










Michaelis

PSELLI PHILOSOPHI

SAPIENTISSIMI IN PHYSICEN ARISTOTELIS COMMENTARII,

IOANNE BAPTISTA CAMOTIO PHILOSOPHO INTERPRETE





Cum summi maximiq; Pontificis Iulii III. Illustrissimiq;
Senatus Veneti Priuilegio.

VENETIIS M. D. LIIII.

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. CARDINALI HERCVLI GONZAGAE FEDERICVS TVRRISANVS FOELICITATEM



Vmma fides ac summa potius religio, qua nomen amplissimũ atq; illustrissimum familiæ uestræ omni tẽpestate semp colui, adeo insedit inhæsitq; in animo meo, ut, cum maiores mei omnes fato quasi quodã numinis uestri adducti atq; generis reuerentia cõmoti ad uos Duces clarissimos Principesq; non solum ciuitatũ sed etiam artiũ omnium optimarum, uirtutum, atq; omnis generis scientiarum & literarum librorũ editorum consecrationes dona ac tanquã ἀναθήματα adducerẽt, quo sub titulo tanti nominis uestri edita opera magis accepta atq; comẽdata in manus hoium libere prodire auderẽt. Ego quoq; uidear nullo modo cõquiescere posse, nisi id, qđ a maioribus meis, sæpius factitatũ accepi, uel sedulitate & officio assequar & adæquẽ uel sin minus id efficere possim, fide tamen atq; obseruantia & amore omni erga Principes uestros ad hoc sanctissimum institutum propius saltem accedam. Nam incredibile dictu est, quantum ego tum sponte mea & exemplis maiorum tum humanitate tua commotus atq; incitatus colere ac uenerari instituerim Deos penates uestros, apud quos fides, religio, uirtutum decus perpetuum, iura, leges, & officiorum sanctissimorum genera omnia magno in honore cultuq; semper extiterunt Quare quod præter cæteras scientias te imprimis philosophia ipsa delectat, quum superioribus annis Olympiodori græci in Meteora commentarios tuo nomini consecratos edidissem, sciremq; amplitudinem tuam non minori studio latinam quoq; philosophiam amplecti quam græcam, & fortasse etiam maiori, quod illa quidem externa tota est & peregrina, hæc autẽ in ædibus ac tectis nostris sata & progenita nobiscum facilius mansuescit, ad manumq; uocata uenit, decreui mecum ipse nunc atq; constitui eodem animo, quo & Olimpiodorum, Pselli illius sapientissimi habiti commentarios in physicam Arist. disciplinam breues quidem sed doctos tamen & elegantes, quos Camotius fecit latinos, & qui uel ipsi soli ut aiunt, sensa Philosophi rectissime ac uerissime explicant, uel præterea nulli, tuo nomini dicatos memoriæ hominum mandare sempiternæ. Quos quidem commentarios studiosissimi quique literarum philosophiæ sibi proponere ante oculos debent, quos intueantur, & quo tanquam in portum tutissimum obscurissimis expositionibus cæterorum diu multumq; iactati cursum suum dirigant, atque in ipsis tandem acquiescant. Recubuisse enim fere in sinu Arist. in illis conscribendis Psellus uidetur. Amplitudo igitur & humanitas tua si, sicut semper facit, alacri ac benigno animo hosce quoq; accipiet, alacriores nos quoque profecto reddet ad cæteros huiuscemodi labores prosequendos. Vale.



IVLIVS PAPA III.



OTV proprio &c. cum, sicut accepimus, dilectus filius Federicus de Turrisanis quondam Andreę de Asula Impressor Venetus ea, qua solita est antiqua domus sua, cura ac diligentia & maxima impensa, nunc Olympiodorum Grecum Philosophum in Meteora Aristotelis, & Damascium Grecum de principijs idest in Parmenidem, & in theologiam Platonis, & Paraphrases Grecas Iosaph monachi in ethica Aristotelis, & Olympiodorum in Meteora e Greco in latinum conuersum & Iosaph monachum latinitate donatum opera noua, & nunq̃ impressa imprimi facere desideret, Veretur tamen, ne de laboribus & impensis suis, quos ad communem omnium vtilitatem suscepit, alij speratos ab eo fructus auferant. Nos igitur ad officium nostrum pertinere putantes omnia procurare, quibus bonæ artes temporibus nostris maxime floreant, illarumq; fautores ad noua semper excogitanda & studiosis publicanda iustis gratiarum prærogatiuis illiciantur & inuitentur. Et propterea desiderio suo, qui bono publico non sine magnis laboribus & impensis studere non desistit, ne ab aliquo iusto & honesto lucro defraudetur, annuere volentes vniuersis & singulis cuiuscunque nationis, dignitatis, status, gradus, & conditionis fuerint sub excommunicationis latę sententię nostris vero & sanctæ Romanæ Ecclesię subditis, propterea etiam mille ducatorum pœna pro vna tertia parte fabricę Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & pro residuo ipsi Federico & heredibus suis applicamus per contrauenientes toties quoties contrauentum fuerit incurrendo, districte pręcipiendo mandamus & inhibemus, ne ipsa opera superius dicta, seu quodcunque aliud opus nouum tam Grecum quam latinum & vulgari Idiomate scriptum, nunquam antea impressum seu imprimendum per ipsum Federicum aut suos heredes seu cura vel iussu suo imprimenda, infra quindecim annos, postquam impressa fuerint, imprimere seu imprimi facere, aut quõcunque vendere, seu imprimi & vendi facere audeant vel præsumant. Et sic per quoscunque Iudices iudicandum fore sublata etc. irritum etc. decernimus Mandamus propterea in virtute sanctę obedientię vniuersis & singulis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Potestatibus, Magistratibus, & alijs ad quos id quõlibet spectat & pertinet, vt eidem Federico & eius agentibus eorumq; heredibus & successoribus in premissis efficacis defensionis presidio assistant, & contra premissis contrauenientes ad declarationem incursus dictę procedant, & pœnam ipsam pecuniariam, a quibus exigenda erit, irremissibiliter exigant & alia faciant, & exequantur in premissis necessaria & opportuna, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Volumus aũt presentis nostri motus proprij plani signaturam sufficere & vbique fidem facere in iudicio & extra, seu si videbitur ire per breue nostrum expedire possint cum voluntate & indulto latissime extenso quod earundem literarum transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis & sigillo alicuius prelati, seu personę in dignitate ecclesiastica constitutis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quę literis originalibus adhiberetur si forent exhibitę vel ostensę. Nõ obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis cęterisque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis. Et ad decennium tantum.

INDEX IN COMMENTARIOS PSELLI

In libros octo Arist. phys. auscult.

Per Camotium Interpretem.

A

Physicæ Ausculationis disciplinam rerum naturalium principium extare. 1
Phis. ausculatio cur appellata sit. 1
Academia quę fuerit, in qua videlicet theologia colebatur. 1
Academia in italica Theologiam floruisse. 1
Antiphõ lineã orbicularẽ rectę parẽ faciebat. 2
Antiphontis oratio de natura Deorum. 12
Aequiuoci notitia vsq; ad tempora Arist. incognita. 2
De æquiuoci natura plura Socrates Platoq;. 2
Aequiuocum ens. 2
Animam esse. 3
Animę esse. 3
Aquam moueri in seipsa. 3
Accidentia duobus modis dici. 4
Anaxi mander quæ principia ponebat 5
Anaxagoræ principia quæ. 5
Anaxagoras & Empedocles in positione principiorum quomodo discordabant. 5
Anaxagoræ homęomeriæ. 5 64
Anaxagorę discreta de principijs.
Anaxagorea mens confutatur. 5

✠ ij

Anaxagoras primus intellectum, primum parentem opificemq; rerum omnium ponebat. 6 27 64
Anaxagoras quomodo cuncta gignebat. 23
Anaxagoreum infinitum quale sit. 25
Atomi principia rerum apud Democritum. 6
Atomorum differentiæ cuiusmodi sint apud Democr. 6
Agẽs quicq̃ nõ agere ĩ quoduis, patiẽs nõ pati a quouis. 6
Apollinis responsum ad Socratẽ, ut musicã indipisceret. 7
Aer quasnam contrarietates habeat. 8
Aer magis uuidus aqua. 8
Aqua quas contrarietates habeat. 8
Aqua cur magnam humectandi uim habeat. 8
Arte quę gignantur. 11
Artes formam materię imprimere. 11
Astrologia num eadem sit, quę & physice. 12
Aspectiuam longe aliter se habere q̃ geometriam. 13
Artes duas esse, quę intelligentiam habeant. 13
Per accidens esse. 15
Agere pertinere tm̃ ad homines, q̃ ratione utuntur. 16
Accidens non esse prius ijs, quę per se sunt. 17
Araneorum telę mirabiles. 18
Per accidens contingentia infinita esse. 19
Aeris difinitio in Platone. 24
Academia eleatica ideas numeros esse ponebat. 29
Appellationes secundum prima potissimas existere 30
Aerem non esse inane, sed corpus. 32
Aer quõ in ignis naturam abit. 36
Aeternitate non esse in tempore. 36
Aeterna in tempore recusant esse. 39
Aeternitatem a re nulla circunscribi atq; terminari. 39
Aeterna neq; motum recipere, neq; sentire quietem. 49
Aeterna nihil pati a tempore, neq; in tẽpore cõtineri. 39
Auctio quid sit. 42
Auctiones uiolentæ quę nam. 46
Alterationes uiolentę uel naturales. 48
Aeternitatem in momento consistere, & nõ in spacio temporis infinito positam esse. 54
Ad augescendum terminum ultimum cuiq; rei a natura esse datum. 57
Animantem sui ipsius mouentem esse secũdũ Plat. 58
Animam solam esse, quę seipsa moueat. 58
Animal totum num se ipsum moueat. 58
De alteratione disputatio. 59
Inter id, qđ alterat, et id qđ alteratur, nihil medio uenir. 59
Alterationem fieri secundum qualitates. 59
Alterari sensus. 59
Quęnã alterentur seu de animantibus seu de inanimis 59
Alteratio in lumine. 60
Alteratio in auditu. 60
De eo, quod augescit & quod auget, disciplina. 60
Alterationem non esse neq; in figura neq; in forma. 60
Alteratio quibus in rebus inesse non dicatur. 60
Neq; in his quę generantur, neq; in abitibus existere alterationem. 60
Alterationem in qualitate uersari. 60
Animi status quietus qualis sit. 61
Animus nũ alteretur. 61
Animi habitus, qui sit. 60
Alterationis ius omne in sensibilibus positum esse. 61
Aequiuoca aliam & aliam rationem inter se gerere. 61
Album & dulce quare inter se non conferantur 61
Aequiuocationes distare plurimum, in causaq; esse, cur res ipsę non conferantur. 62
Alteratio alterationi quõ ęque celer existat. 62
Alterationis, quę species sint. 62
Aequabilitatẽ in quanto esse. 62
Anaxagorę oratio dicentis rectorem primum fabricatum fuisse mundũ quõ refellatur. 65
Animantẽ parui mundi speciẽ gerere. 66
Animal ex seipso natura moueri. 67
Animanti quõ motus, q̃ prius non fuerat, innascatur. 66
Animal quõ seipsum moueat, & maxime secundũ locũ. 66
Animal quo tẽpore ex seipso non mouetur. 68
Aeterna corpora motu cieri sempiterno. 67
Accidere dupliciter dici. 69
Accidens ex necessitate rebus non aduenire. 69
Anaxagoras mentẽ primã immotã esse ac coetera mouere constituebat. 69
Ab anima corpus tangi, non animã a corpore. 70
Aeternum esse hoc uniuersum. 71
Animantium motus qui proprie sit. 71
Animantis motus naturalis. 72
Animum corpus mouere & cũ ipso moueri. per accidens, et nũ sit contra naturam. 72
Auctionẽ ullã absq; alteratione esse non posse. 73
Alteratio prior auctione. 73
Quod augescit, quõ augescat. 73
Antiquius quod habeatur. 73
Antiquitate quicquid prestet, illud quasi religionem secũ afferre. 78
Atomis corporibus cõcrescentibus atq; diductis reliquos motus fieri Democritus & Leucippus existimabãt. 79
Aer quõ moueatur inter rem aliquã proijciendã. 79

C

Causa efficiens ac finalis. 1
Composita apud nos priora esse, quę cognoscantur. 1
Composita uniuersalia esse apud nos. 1
Compositũ uniuersale quamobrem magis innotescat. 1
Contentiosas rationes duas esse. 2
Continua quę sint. 2
Continui natura qualis. 3
Corruptio simplex quę sit. 3
Cognosci rem tribus modis. 4
Corrumpi quodq; in contrariũ suũ. 7
Contraria quoq; ea esse, quę inter contraria media interueniunt, Plato in Phedone docet. 7
Cõtrarietates in pricipijs rerũ plures q̃ duas ẽe nõ posse. 8
Contrarietates nõ omniũ prædicamentorũ existere. 8
Contraria inter se pati non posse absente subiecto. 9
Contraria subiecto indigere. 9
Contrariorũ quæ distinctio sit. 9
Consilio quæ efficiantur. 11
A casu quęnam fiant. 11
Causę tres rerum. 12
Causa cuius, duplex. 13
Causam quũ cognoscimus, tunc scire nos arbitramur. 13
Causa materialis. 14 Causa formalis. 14
Causa exemplaris apud Plat. 14
Causa efficiens. 14
Causa finalis. 14 17
Causa fortuna uel casus. 14
Causas dici pluribus modis. 14
Causas plures eiusdẽ rei esse contingere. 14
Causa per se & per accidens. 14
Causas oẽs in modos quatuor referri. 14 27
Causarũ modi plurimi. 14 Causata quę sint. 14
Causarũ materia cur dicatur. 14
Causas omnes ad sex coniugationes reduci. 14
Causam summã ac supernã in omni re ẽe puestigãdã. 15
Causæ proximę ac remotę. 15
Casu quõ multa fiant, & q̃d sit casus. 15
Casus quõ causa sit. 15
Casum & fortunã inter cęlestia fuisse constituta 15

Contingenter quædam esse. 15
Consilio quædam esse. 15
Casus & fortuna in quibus rebus versentur. 16
Casum a fortuna distingui. 16
Causas omnes a fortuna esse per accidens. 16
Casum latius patere q̃ fortunam. 16
Casus in quibus sit. 16
Casus definitio. 17
Continuum in infinita diuiduum esse. 20
Cælum extra null um corpus esse apud plat.neq; ideas. 22
Contingentiã ab æternis abesse. 23
Corporis definitio. 24
Corpus infinitum vllum nõ sit, disputatio. 24
Corpus sensibile habere qualitates. 25
Corpus omne in loco esse. 25 21
De continuo quæstio ac disciplina. 25
Chaos apud Hesiodum in theogonia. 28
Chaos apud Hesiodum quale sit. 28
Corpus quodq; suapte natura ferri in propriã sedẽ. 30
Corpora duo in eodẽ loco esse non posse. 32
Circuli extremũ semper permanere. 31
Corpus mobile in suum quodq; locum ferri. 32
Contrariorum vnã esse materiam. 35
Celere quid sit. 37
In circo inesse curuũ & concauum. 40
Curuum & concauum in circo esse q̃uo dicantur. 40
Cælũ in loco esse secundũ partes & nõ secundũ totum. 40
Circulum esse res humanas, qua ratione dicatur. 41
Corruptionem non esse motum. 43
Contrariorũ appositionẽ aliã esse secundum habitus, & aliã secundum priuationem. 41
Cõtrarium quid sit secundum lo cum. 44
Continuum vnde nominetur. 44
Continuum quid sit. 44
Contradictionem medio carere. 44
Contraria, quõ scdm locũ definitionẽ suã indipiscãt. 44
Continuum quibus in rebus efficiatur. 44
Continuum ex punctis non fieri. 49
Contactus quid sit. 44
Coalescere quid sit, & in quibus. 44
Cursus τῶν λαμπάδων quo faces a cursorib⁹ tradebãt 45
Celeritas & tarditas num differẽtiæ motus existãt. 45
Corruptio violenta quænam 48
Corruptiones num aliæ aliis contrariæ sint. 48
Continuum quid sit 49
Continuum nõ fieri ex punctis. 49
Continuum semper diuidi in diuisibilia. 49 70
Celerioris definitio ad rationẽ tardioris quæ sit. 49 61
Continuum nullum extrem̃is infinitum esse. 51
Celerius & tardius esse in omni tẽpore. 51
Cõtinui diuisio quõ nunq̃ deficiat neq; cõsistat. 53
Cõtinua in rẽ nullã ex indiuiduis consistere 56
Corpus ab animo moueri. 58
Congregatio quæ sit, & disgregatio. 59
Cõpulsio & dispulsio quæ sint. 59
Cõparari ea sola inter se, quæ eiusdẽ naturæ sunt. 61
Collationẽ cõparationẽq; inter ea incederẽ, q̃ æquoca sũt. 61
Quæ inter se non conferantur. 61
Quæ comparationi apta habiliaq; sint. 61
Celerius quid sit. 62 Et tardius.
Causæ primæ principium nullum extare. 65
Cratylus Heracliti disciplinæ sectator. 67
Corpus quodq; ex elementis constare. 67
Corpus ab animo tangi, & non animum a corpore. 70
Causam quandam existere immortalem atq; sempiternã, quæ cuncta complectitur & administrat. 71
Causam vnam huius vniuersi, q̃ plures esse, præstare. 71
Cœlum multarum rerum animãti causam esse. 72
Contraria interimere prohibereq; se vicissim. 74
Corpus actu infinitum esse nullo modo posse. 78

D

Definitionum partes secundas esse substantias. 1
Quæ definiantur. 1
Democritus vnde esset. 1
Democritea principia qualia. 1
Diogenes aerem rerum principium ponebat. 1
Definitiua oratio. 4
Democriti principia inane & plenum & atomi. 6
Definitionem rei quõ & vnde venetur Aristo. 11
Definitionem ex materia constare & forma. 19
Dispositio vel affectio quæ sit. 12
Deum immotum cuncta mouere. 17
Deum non esse principium naturale. 17
Diuina absq; potentia actus existere. 20 21
Democritus quomodo res gignebat 21
Demæriti πανσπερμία omni seminia. 21
Dexteræ mundi partes, aquilonares, sinistræ australes. 25
Dubitatio copiosæ solutionis mater. 28
Dimensiones sex. 28
Definientes bene, rei genus quærere. 28
Dualitatem minimum esse numerum. 38
Differre vel non differre res quæ dicantur. 41
Deinceps esse quid sit. 44 49
Differentiæ quænã veræ sint. 45
Diuisio rei continuæ quõ nunq̃ deficiat neque cõsistat. 52
Demõstratio per impossibile quando habeat vim 53
Disgregatio seu disiunctio quæ sit. 59
Dispulsio & cõpulsio quæ sint. 59
Dimidium in dimidio quomodo intelligatur. 63
Democriti rõ, q principia cãs ponebat, refellit. 65. 66
Diuisibile potestate & nõ actu esse. 70
Dei numẽ cæli æternęq; cõuersionis tantum cau sam esse illã vero reliquorũ omnium, quæ generantur cãm eẽ. 71
Deũ motorẽ primũ nulla lassitudine fatigari in mouẽdo cælo, sed potestatẽ mouẽdi hẽre sempiternã & ĩfinitam. 79
Deus author cõditorq; cæli motus vniuersi in quanã sphæræ parte sit collocandus. 81

E

Entia quæ intelligat phil. 1 Elementa. 1
Ens dici multis modis. 2 Ens æquiuocum. 2
Ens si ratione vnum est. 2
Ens in entia transumptum. 3 Entia multa esse. 3
Entia subiecto unũ esse, & ratione multa. 3
Entia quæ sint per participationem. 4
Non ens dupliciter dici. 4
De non ente Plato in sophista. 4
Non ens pluribus modis non esse. 4
Ens unũ significare, ac nõ decẽ prædicamenta. 4
Empedoclis principia quæ. 5
Empedoclis sphęrus. 5 64
Empedocles litẽ & amicitiã principia rerũ põnebat. 7
Elementa habere differentias formatiuas. 8
Non ens multifariam accipi. 10
Ens tñ esse apud antiquos, neque quicquã generari. 10
Entia immota quæ sint. 17
Elementa contrarietatem inter se gerere. 24
Præter elemẽta quatuor nullũ aliud elementũ existere. 24
Esse multis modis dici. 26
Elementum in suo quodq; loco esse. 28
Elgatica acade mia ideas numeros esse ponebat. 29
Esse aliud in alio quot modis dicatur. 29
Esse in se quidpiam dupliciter dici. 29
Esse in se primo quidpiam non posse, per aliud posse. 30

Esse aliquid in aliquo septem modis dici. 30
Elementa inter se quo apposita sint, vel aliud potentia seu actu in aliud migrat. 32
Ἐκπυρηνίζεσθαι exprimi seu elidi vnde sumptum
Non ens in tempore non esse. 39
Non ens quomodo non moueatur. 41
Non ens quinq; modis dici apud plat. in sophista. 42
Non ens actu non moueri. 42. 43
Non ens non esse in loco. 43
Esse non posse quidpiā quot modis dicatur 57
Expulsio quę sit. 59
Elemēta nata esse ex homeomeriis Anaxagoras aiebat. 64
Empedoclis sn̄ia. litē atq; amicitiā cās eē rerū effectrices. 64
Empedocles mundum quomodo producebat. 64
Elementa in orbem ire rediresq;. 64
Elementa quomodo immota maneant. 64
Elementa prima rerum mutuam alteratione sustinere. 65
Ens primum immobile existere & infinitum 65
Elementa alia in aliis rebus exuberare ac dominari 67
Elementa quomodo secundū naturam moueantur. 67
Elementa non ex seipsis moueri sicut animantes. 68
Elementa a qua re ad sedem quoq; suam moueantur. 68
Ens enti non aduersari. 74
Non ens non quiescere. 74
Non ens in tempore non esse. 79

F

Forma quæ sit. 1
Forma priuationi contraria. 6
Formam immotam esse. 6
Forma substantia intelligitur. 9
Forma entis ratio. 10
Formam bonum esse quoddam atq; expetendum. 11
Formas incorruptibiles substare. 11
A fortuna quęnam sint. 11
Forma nū natura existat. 12
Formam esse magis naturam q̄ materiam. 12
Finē habere quidpiā 13
Finis optimus cuiusq; rei quis sit. 13
Fortuna quō cā dicat nōnullarū eē rerū, sitr & casus. 15
Fortuna esset, necne, antiquos dubitasse. 15
De fortuna nihil loquutos antiquos fuisse. 15
De fortuna loquitur Empedocles. 15
Fortunę fabrica totius mundi adscripta a nōnullis. 15
Fortunam & casum inter cęlestia constitura fuisse. 15
Fortuna & casus in quibusnam rebus versentur. 16
Fortunam a casu distingui. 16
Fortunę definitio, qualis. 16
Fortunam incertam indefinitāq; esse. 16
A fortuna causas omnes esse per accidens. 16
Fortunę quę aduentant. 16
Fortuna bona vel mala. 16
Fortunam instabilem & caducam esse. 16
Fortuna & casus quomodo differant. 16
Fortunam in negociis ac rebus hominū tm̄ versari 16
Fortunam in artibus quoq; dominari 16
Formicę prouidentia & labor 18
Fortuito quę esse dicantur 19
Fortunā tantū esse in hoc orbe inferiore 19
Finis, quando principiū est. 19
Factio an passio sit. 21
Forma materiæ causa. 19
Formā materię esse terminū. 29
Formam figuramq; non alterascere. 60
Formā a materia esse participabilem. 29
Formam a loco distingui. 29
Formam esse in materia. 29
Forma finis terminusq; rei. 22
Ferri proprie quę dicantur. 42
Formę ipsi nū mutatio insit. 42

G

Generatio simplex quæ sit. 3
Gigni rē omnē ex contrario. 7
Generatio in omni re quæ sit. 8
Generari res pluribus modis dici 9
Generari simpliciter quid sit. 9
Generatio secundū accidens. 9
Gigni nihil, opinio apud antiquos. 10
Gigni ex non ente quomodo sit. 10
Gigni ex ente. 10
Graue in imo subsidere. 25
Genus esse in specie. 29
Generis a specie distinctio. 29 30
Generatio quę sit. 42
Generationem & corruptionē esse mutationē. 42
Generationē non esse motū. 42
De generatione & corruptione. 47
Generationes violentę quęnā. 48
Generatio nū infinite diuidi habeat. 54
Generationē non esse alterationē, sed ipsam consequi. 60
Quę absq; generatione existant. 71
Generatio & corruptio simplex quę sit. 74
Generari res in ipso extremo nunc quō dicantur. 76
Gn̄ationē & corruptionē alterationē eē scd̄m Heraclitū. 77
Nū itra gn̄ationē & corruptionē tēpus vllū itercedat. 74

H

Hippon atheus. 2
Heraclitus principē rerum ponebat ignem. 2
Heracliti liber de animo. 2
Hippocrates quō quadraturā constituat. 2
Heraclitus moueri oīa affirmabat. 8
Humidi definitio. 8
Habitus q̄ sit. 12
Heracliti opinio, igni oīa esse interitura. 24
Habitus animi q̄ sit. 60
Heraclitū qui sequebantur, cuncta fluere dicebant. 77

I

Italica academia quę fuerit. 1
Ignis principiū rerū ab Heraclito ponebatur. 1
De infinito ratio Melissi. 2
Infinitum esse quantum. 2
Intellectus fabricator & cā pria rerū apud anaxagorā. 5. 6
Infinitū nō esse cognoscibile. 5
Ignoratio rei duplex. 6
Infinita non esse principia. 7
Infinitorū scientiā nullam esse. 7
Immota entia quę sint. 17
Infinitū in continuo inesse. 20
Infiniti cognitionē ad physicū pertinere. 22
Infinitum esse. 22
Infinitū principiū rerū esse apud Pithagoreos & Plat. et quomodo sit apud vtrosq;. 22
Infinitū extra cœlū quoq; esse secundū Pythagoreos. 22
Ideas extra cœlū non esse apud Plat. 22
Idæas secundū Arist. nullibi esse. 22
Ideas immateriales Platonem ponere. 22
Idæas esse infinitas apud Plat. 22
Infinito geometras vti & mathematicos. 27
Infinitū ex eo videri esse, q̄ mens nostra semper cogitādo & imaginādo infinitē procedere videatur. 28
Infinitū si sit, quō sit extra cœlū. 28

Infinitũ corpus atq; sensibile nũ sit. 23 24
Infinitũ quinque partita ratione dici. 23 24
Infinitum esse quomodo concedatur. 24
Infinitũ quod vocetur. 24
Igni oĩa interitura Heracliti opinionẽ esse. 24
Infinita quę dixerint antiqui,& quę non. 25
Infinitũ quẽ locum occupabit,si est. 25
Ignẽ infinitum esse. 25
Infinitũ immotũ ex Anaxagora. 25
Infinitũ videri esse aliqua de causa. 25
Infinitũ quomodo sit,& q̃uo non sit. 25 26
Infinitũ corpus p̱ accidẽs extra cælũ esse, quosdã dixisse. 25
Infiniti definitio. 26
Infinitũ parmenides & Melissus quomodo ponebat. 25
Infinitum in numeris quale sit. 27
Infinitum a geometris constitui. fol. 27
Infinitum potestate semper esse. fol. 27
Infinito quomodo vsi antiqui sint. 27
Infinitum actu nũ sit. 27
Infinitum ablatione num sit. 27
Ideę cur in loco non sint. 29
Ideas esse numeros eleatica academia volebat. 29
In infinito loci differentias non extare. 34
Intermedia nonnunq; tanquã contraria esse. 43
Immobile quid sit,& quot modis. 44
Intermedium quid sit. 44
Intermediũ naturã in tribus ad sũmũ minimis ɔsistere. 44
Intermediũ natura quibus accedat. 44
Immutabilitas ἀμεταβλησία immutabilitati quomodo contraria sit. 42
Ignis motus contra naturã vel secundum naturã nũ inter se contrariũ sint, an motibus terrę potius. 48
De indiuisibilibus dissertatio. 49
Infinitum dupliciter dici. 50
Infinita secũdũ diuisionẽ anlogi in tp̃e finito. 50
De impartibili disputatio. 51
Impartibile per accidens tũ mutari. 56
Impartibilia aliud alij non adhærescere. 53
Infinitũ ex finitis seu æq̃libus seu inæqualibus nõ ex istere. 54
Infinitarũ rerũ partẽ nullã eẽ primã neq; vltimã 55 69
Impartibile & indiuiduũ non moueri. 57
Intermedijs vti Arist. tanquã contrarijs. 57
Immotum stansq; aliquid oportere esse, quod reliqua moueat. 58 Per impossibile demõstratio q̃n vim hẽt.
Impulsio vel pulsio quę sit. 59
Incrementum quid sit. 60
Intellectũ seu rationẽ nullã pati alterationẽ. 60
Immotum & stabile quid sit cętera mouens 64
Infinitum quod ponatur. 78

L

Locũ quodlibet corpus circũscribere & terminare. 25
Lineas insecabiles Platonem constituere. 25
Loci quęstio ac disciplina. 28
De loco nõ multũ fuisse philosophatos antiquos 28
Locus nũ sit. 28
Loca corporum attractiua num sint. 28
Loci quoq; notitiã apud Hesiodũ fuisse. 28
Locus quid sit, multũ dubitari. 28
Locum habere corporis dimensiones. 28
Locum corpus non esse. 28
De loco zenonis contemplatio. 29
Locus materia nũ sit. 29
Loci materięq; eandẽ esse naturam apud Plat. 29
Locum conceptaculum Plato appellauit. 29
Locum non esse materiam. 29
Locum a quaq; re esse separabilem. 29
Locum cum vase gerere similitudinem 29
Locum non interire. 29
Loci definitio. 30
De loco ratio zenonis. 30
Loco quę adueniant. 30
In loco esse quicquam quomodo dicatur. 31
Locum neq; grandiorem neq; minorem esse re intus reposita. 30 31
Locum non esse formam. 31
Locus loci num sit. 31
Locũ immobilem existere & quiescere. 31
Loci quomodo fiat mutatio. 31
Locus a re saparabilis. 31
Locum quid vocet Arist. 31
Locus & vas inter se conferuntur. 31
Locus quid sit. 31
Locus supernus & infernus. 31
In loco quid esse dicatur. 31
In loco esse per se & per partes. 32
In suo loco quanq; rem in mundo quiescere. 32
Locus nũ diuidatur. 32
Locũ ẽ loco mutantia corpora μεθιστάμενα 35
Loci contrarietates. 47
Linea q̃uo per puncta diuidatur. 38 49
Lineam a linea tangi per ipsa puncta. 44
Lationem ex motibus sex esse. 41
Lineam semper inter duo puncta mediũ interiacere 44
Lineam in lineas esse diuisibilẽ & non in puncta 49
De latione dubitatio, quę cui contraria sit, & quę contraria habeat. 57 57
In latione orbiculari contrarium nullum esse. 57
De latione disciplina atq; disputatio. 59
Latio cum alteratione nũ conferatur. 61
Lationes inter se quomodo comparentur. 61
In orbiculari rectaue latione malus & minus inueniri 61
Latio recta & orbicularis ex qua cã nõ cõferãtur. 61
Lationis quę species sint. 62
Lationẽ inter motus omnes principatũ tenere. 73
Lationẽ orbicularẽ terminos habere nullos. 74
Lationem, quę in orbiculari linea peragitur, primam omnium esse. 77 78
Lationẽ quæ secũdũ locũ efficitur, inter reliquos motus pricipẽ locũ tenere secũdũ ẽt antiquorũ opinionẽ 78
Rationes antiquorũ philosophorũ, quæ lationẽ secundum locum motuũ primã esse demonstrant. 78
Laborẽ nõ ab agendo sed a patiẽdo prouenire. 79

M

Melissus quinam fuerit, quoue modo a cognitione principiorum aberrauerit. 1
Materia apud Plat. 1
Melissus vnũ ens immobile ponens ab Arist. arguit. 1
Melissi ratio de infinito. 2
Melissi ens cuiusmodi. 2
Moueri omnia Heraclitus affirmabat 3
Mutatio confertim facta. 3
Materiã vnã oĩum rerũ esse quosdam dixisse. 3
Magnitudinem omnem diuiduã in partes esse. 4
Magnitudines indiuiduas quosdam fecisse. 4
Materiã sub pluriũ rerũ nomine antiquos itellexisse. 5
Magnũ & paruũ plato ponebat materiam omniũ 5
Minus minimo reperiri non posse. 6
Mutationes ad scribi materię. 6
Materia æterna, sed non prorsus imota apud Timęũ 6
Musicam vt indipisceret Socrates Apollinis respõsũ 7
Magnũ & paruũ notiora secundum rationem. 7
Magnũ & paruũ q̃uo ɔtraria pricipia rerũ apũd platonicos. 8

Materia quid sit. 8
Materiam aliud esse & subiectum. 8
Materia communis rudis informisq; 9
Materiã cogitatione mentis non legitima νόθῳ συλλογισμῷ comprehendi. 9
Materia quo mentis habitu comprehẽdatur. 10
Materia quomodo rerum initium existat. 10
Materiam esse ens & non ens. 10
Materiam esse receptaculum impressarũ rerũ 10 29
Materiam vnũ numero esse cũ priuatione. 10
Materia magnũ & paruũ est apud Platonicos. 11
Materiam appetere formam. 12
Materia nũ sit generabilis, an nullo generata ortu sit, & num corruptibilis existat. 11
Materia nũ existat natura. 12
Materia, immutabilis. 12
Mathematicus a physico quid differat. 12
Materiam desiderari a quibusdam artibus. 13
Materiam ab artifice fieri. 13
Materiam aliam, aliam formam requirere. 13
Materia, cur inter causas referatur. 14
Materiam & formam esse a physico considerandas. 19
De motu contemplatio. 20
Motus mutationisq; tot species esse, quot & rerũ. 20
Motum per decem prędicamenta dispersum esse. 20
Motus definitio. 20
Motu in definiẽdo antiquos laborasse plurimũ. 20
Motũ qua diuersitate vocabuli antiqui appellitarit. 21
Motus cur ĩdefinitus. 21
Motus, actus imperfectus. 21
De mouente quomodo sit philosophandum. 21
Mouẽs omne nũ inter mouendũ & ipsum moueatur. 21
Mobile & necessario moueri. 21
Motũ in re mobili esse, & non in mouente. 21
Motus quis sit. 22
Motus generalis & particularis. 22
Materiam infinitũ Plato ponebat. 22
Mens principiũ rerum omniũ apud Anaxagorã 23
Mentis nostrę vis propemodum infinita. 23
Mũdi partes dextere, aquilonares sinistrę, australes. 25
Magnitudinẽ potentia diuisioneq; esse infinitã 25 26
Melissus & Parmenides infinitum quõ ponebant. 26
Materiem partẽ esse totius. 27
Mundo nihil maius esse. 27
Motus coeli cur infinitus. 27
Materiam non continere, sed contineri. 28
Motus species sex. 28
Materiam locũ appellasse Platonem. 29
A materia formam esse participabilem. 29
Materiam participari a Plat. dici. 29
Mundũ hunc vniuersum non esse in loco. 31
Materiam a re non esse separabilem. 31
Mundum extra nihil esse. 32
Mundum esse vniuersam rerũ naturam. 32
In mundo esse omnia. 32
Motus nũ per vacuũ & per inane fiat. 33
Motus quomodo a Melisso tollebatur. 33
Materiam vacuũ non esse dicendam. 33
Quicquid mouet, duabus de causis citius moueri. 34
Motus omnis in tempore. 35
Materiam eandem subijci contrarijs. 35
Motum, non esse tempus. 37
Motum magnitudinem consequi. 37
Motum habere numerum. 37
Motus maior vel longior quomodo dicatur. 37
Motũ fieri posse quomodo Zenon negabat. 38
Motuum duorũ quietem mediã reperiri. 38
Motum a magnitudine, & a motu magnitudinem mensionem recipere. 38
Motus multus quomodo dicatur. 38
In mutatione qualibet citius & tardius inesse. 40
Mutationẽ quamlibet esse in tempore. 40
Motum orbicularem motuum omnium mensuram primam existere. 41
De motu disciplina. 42
Motum quemlibet mobilem & in re mobili & a mouente esse. 42
Mutari, quicquid mutatur, tribus modis. 42
Motus alius ab alio qua ratione differat. 42
Motum in quinq; rebus considerari. 42
Mutationẽ a motu distingui. 42
Motum omnem esse mutationem, non mutationem tamen omnem esse motum. 42
Quicquid mutatur, modis quatuor mutari. 42
Mutationẽ mutationi & nõ motui esse contrariã. 42
Quomodo moueatur oratio, quę ex falsa plęrunq; uera fieri solet. 42
Quicquid mouetur in loco esse. 43
Mutationes ex subiecto in subiectum motus esse. 43
Motũ in tribus tm̃ prędicamentis positũ esse. 43
Mutationẽ proprie in substantia constitui. 43
Mutationis mutationẽ non esse. 43
Motũ substantię non esse. 43
Mutationũ ipsi formę insit. 43
Motum ex contrario in contrarium esse. 43
Magis ipsius.
Minus nũ contrarium sit. 44
Magis & minus esse ad aliquid. 44
Moueri continue quid dicatur. 44
Mutationis extremũ contrariũ esse. 43 44
Motũ quemlibet extremũ habere. 44
Motũ secundũ extrema finiri ac terminari. 44
De motu vno triplex philosophandi via. 44
Motus vnus genere q sit. 45
Motus vnus specie qui sit. 45 & vnde sit.
Motus vnus simpliciter qui sit. 45
In motu quolibet tria versari. 45
Motus numero vnus qui sit. 45
Motus inter se implei qui esse possint. 45
Motus continuus qui et quomodo sit. 45
Motuũ extrema quarũ rerum non existãt. 45
Motus vnus qui sit. 46
Motus ęquabilis & inęquabilis qui sit. 46 et quomodo vterq; differat.
Motus qua re inter se differant. 46
Motus qui nam quibusue contrarij sint. 46
Motus simplices quadruplici ratione eẽ cõtrarios. 46
Motus compositus. 46
Motus qui nã in aduersum atq; in contrariũ nitanẽ. 46
Motus qui proprie existant. 47
Mutatio a motu qua re differat. 47
Motus secundũ loci contrarietates. 47
Motui quietẽ contrariam esse videri, nedũ motũ. 47
Cur in motu secundũ locũ mansiones sint scd̃m nãm 47
Mansiones motibus opponi & contrarias esse. 48
Mansionis quietem statum esse. 48
Mansio in imo loco nũ.
Motui, qui ab imo fit, contraria sit. 48
Motũ motui esse ɔtrariũ magis cõuenire, q̃ quietẽ. 48
Rei, quæ mouetur, partẽ hic, partẽ illic esse. 48
Magnitudinẽ ex indiuisibilibus non constare 49
Motum ex indiuisibilibus non cõstare. 49
Motus quis sit tum fusus latusq;, tum momẽtaneus. 49

Motū omnē esse in tēpore. 50
Motū tolli a Zenone quadripartita ratione. 50
Motū dupliciter esse diuisibilem. 51 51
Motu alterius nihil moueri. 51 De ipso.
Mutatū fuisse disciplina. 52
Mutari quid sit & mutatū esse. 52
Quod mutatū est, alicubi est per motū localiter. 52
Ipsum primo Mutatū fuisse duplex existere. 53
Mutari in tēpore duplex existere. 53
In ipso nunc neq; Moueri neq;
Mutari quicquā. 53
Quod mutatum fuit, mutetur prius necesse esse. 53
Magnitudinē finitā in tpe infinito pertransiri nō posse. 54
Motū oēm quoddā hēre tēpus finitū atque prescriptū. 54
Motū quæ impediant questiones, solui a philosopho. 56
Motū qui tollebant sumpto exēplo de orbe. qbus rationibus confutentur. 56
Que moueantur tantū per accidens. 56
Moueri ipsa motū fuisse innumerabilia habere. 56
Motū qdpiā vt sit absque moueri, fieri nullo mō posse. 57
Magnitudinis continue infiniteque diuidue.
Minimū adipisci fas non esse. 57
Motū omnē in alios motus & non in mobilia momenta κινήματα diuisibilem esse. 57
De omni genere mutationis doctrina atque disputatio. 57
Mutationē oēm scdm extrema eē finitā atque terminatā 57
Morti limitē vltimū esse prescriptū. 57
Motū orbicularē habere extrema, & finitū esse. 57
Motus vnicus atque continuus qui sit. 57
De eo, quod seipsum mouet, disciplina que sit. 58
Moueri ab aliquo, quicquid mouetur. 58
Motu alieno que regantur & administrentur. 58
Motus corporalis secundū locū. 58
Motū omnē ex aliquo ad aliquod iter habere. 58
Motus numero vnus qui sit. 58
Motus genere vnus qui sit. 58
Motū infinite non procedere. 58
Quæ mouent, & q mouenī, tāgi illa atque ptinuari. 59
Quod primū mouet, ei inhęrere & cū eo eē, qd mouet. 59
Mouens primū & finale mouens qūo moueant. 59
Inter mouētē & rē, q mouetur, nihil mediū interuenire. 59
Motus tres existere 59 Motuū primā esse lationem 59
Quot modis ab alio quidpiā moueatur. 59
Moueri aliud ab alio quadripartito. 59
Motū habere has species, pulsionē, attractionē vectionem atque versationem. 59
Mouentē & rē quæ mouetur, simul existere oportere. 60
Inter illud, quod extremū mouet, & quod primo mouetur medij nihil intercedere. 60
Motus ois cū quolibet motu nō sit conferendus. 61
Motus inter se qua nā cōparatione correspondeant. 61
In motibus collatio quenā generatim existat. 61
Non omnē motū cū omni motu esse conferendū. 61
Motus quinā figuris inter se differant. 62
Mutationes sex esse. 62
Immotū & stabile quid sit cętera mouens. 64
Motus primus omniū q sit, unde alij motus depēdeāt. 64
Motus primus nū sit ęternus, an ortū habuerit. 64
Motū primū hunc mūdum in ęternū perpetuare. 68
Motū esse una omniū uoce confirmari. 64
Motum primū ęternum dici ab ijs, qui.
Mundos innumerabiles posuerunt. 64
Mūdos innumerabiles & oriri & occidere apud quosdā. 64
Motū primum esse, sed non ęternum secundū quosdā.
Nihil moueri, dupliciter posse contingere. 64
De motu disputationem omnē susceptā non solū ad cognitionē naturæ esse necessariam, sed ad primā quoq; rerū omniū causam cognoscendam ualere plurimū. 64
Motus primus ęternus sit nec ne. 64
Motus qui definiatur. 64
Moueri unice quędam tamen quędam et motibus moueri contrarijs. 64
Mali scientiam per se esse nullam 64
Motū semper fuisse ac semper futurū. 64
In motu generando motū motui pręcedere oportere. 65
Quę faciunt contra.
Motus ęternitatē, dissoluit philosophus. 66
Mutationē nullam esse ęternam. 66
Motum ęternū esse, quę causę probent. 66
Motū infinitum non esse, quę rationes afferant. 66
Motum esse ęternum eum, qui in orbē efficitur. 66
Motus in animante qui fiat. 66
Causa, cur quędam interdū moueantur, interdū quiescant cuius rei tripartita diuisio est. 66
Moueri cuncta secundum Heraclitum, falsum esse. 67
Moueri cuncta q disputant, quibus ratiōibus arguant. 67
Quędā semp moueri, qdā semp qescere, nōnecesse esse. 67
Mutationes cōtrarias medium quoddā inter se habere. 67
Motum nulla ratione tolli posse. 67
Res omnes interdū moueri, interdū qescere, falsum ēe. 67
Motus rerum inanimarum qūo fiat. 67
Quę ab alio moueantur. 68
Quę moueantur secundum naturam. 68
Quidpiā cognatę cōtinueq; naturę seipsū qūo moueat. 68
Mouere secundum naturam & contra naturam. 69
Motus qui fiat ablato impedimento. 68
Quęcunq; moueantur, ab alio moueri. 68
Moueri ab alio bifariam sumi. 68
In mouentibus primum mouēs magis mouere. 68
Mouens primū esse, quod nō ab alio moueatur. 68
Mouens primum quale sit. 69
Mouens vltimum quale sit. 69
Quicquid mouet, non necessariū esse ab alio moueri. 69
Quod extremū mouetur, illud moueri necessarium esse, mouere tamen non esse necessariū. 69
Mediū, quo mouens mouet, & moueri & mouere. 69
primū mouens mobile prorsus existere. 69
Motus oēs finitos certosq; esse. 69
Motus nū in se recurrant. 69
Quicquid mouetur, diuisibile esse in semp diuisibilia. 69
Mobilis res quę sit. 70
Quod seipsum mouet, vt vtraq; eius pars & moueat & moueatur, fieri non posse. 70
Moueri dupliciter dici 70
Omnē seipsum mouens necessario habere partem, quę moueat, & partem quę moueatur. 70
Motum æternum esse. 71
primū mouēs cūcta mouēs, ęternū imotūq; semp ēe. 71
primum mouens, numen esse immobile & ęternū. 71
primum mouens ab omni mutatione seiunctum penitus esse atq; separatum. 71
Mundi assiduam sempiternamq; conuersionem alijs rebus motus causam ministrare atq; dispensare. 71
Motus vnus qui habeatur. 71
Quæ sint, quæ seipsa moueāt, uidelicet animātiū gnā. 71
Quæ moueant se intrinsecus, non omni motu ex seipsis moueri. 72
Mundum a prima causa pendentem, inde nim uirtutemq; omnem suam haurire. 72
Mundum esse æternum, unde demōstrari possit. 72
Mundi æternū circū actū uarijs uicibus p hyemē modo, modo p æstatē ortū & enterītū animātib9 afferre. 72
Qua de cā hæ res mūdanę uarię diuersęq; īter se sint. 72
Motus ipsi quomodo inter se conferantur. 72 72

Motus tres existere. 72
Motum secundum lationē omnium primum esse. 72
Motum orbicularem primum omniū esse. 72 73
Motum orbicularem motus alios omnes antecedere. 73
Motum cæli cæteris motibus tempore priorem esse. 73
Motus qui contraria habeant. 74
Motus contrarij qui sint. 74
Motū unū duas res contrarias sortiri, motū scilicet & quietem & qūo id fiat. 74
Motus contrarios nū simul esse contingat ad unum continuumq; motum ex gemino constituendum. 75
Motū circularem unū continuūq; & infinitum esse. 74
Motum omnem vel circulatim peragi vel in rectam lineā vel ex vtroq; constitui atq; permisceri. 74
Motus per cursum rectum qui sit, et qūo contrarij motus alius alij. 74 77
Motū cōtinuū eūdē & numero ēe & ꝓprie unū existere. 74
Motus qui regrediantur remeentq;. 74
Mediū inter extrema numero unum, ratione duo esse. 75
Motū ī rectā lineā unū atq; cōtinuū ēe nullo mō posse. 76
Motū vnū atq; cōtinuū in orbiculari linea perfici. 77. 78
Moueri motu æterno sēsibilia secūdū Heraclitū falsū est. 77
Motum ꝑfectum & immortalem priorem antiquioremq; eo esse, q̄ imꝑfectus atq; immortalis existit. 78
Motus orbicularis quomodo peragatur. 78
Motū orbiculare regulā mēsurāq; motuū omniū esse. 78
Motū, qui in orbē ꝓgrit, summa æquabilitate cōfieri. 78
Primū mouēs īmobile, incorporeū, atq; indiuiduū esse. 79
Ad motum tria ꝑtinere, id, qđ mouet, id, quod mouetur, & tempus, in quo is motus efficitur. 79
Motū cōtinuum unum esse & unius & sub uno. 79
Motus ἐκ τῆς ἀντιπεριστάσεως ex circunstantia. 79
Motus mūdi vniuersi vnus atq; cōtinuus & æternus. 79
Mouens primum ōi magnitudine carere, & indiuisibile esse, & infinitæ virtutis existere. 81

N

Nomē definitionē esse complexā strictimq; cōplicatā. 2
Nomen esse explacito decretoque hominum. 2
Natura principiū motus. 2 Natura quæ gignātur. 11
Natura qūo sit pricipium motus. 11 12
Natura quid sit. 11 Naturā quæ res habeant. 11
Secundū naturā quæ sint. 11 Natura quæ sint. 11
Naturalia ab artificialibus differre. 12
Naturam, magis formā esse quam materiam. 12
E natura productio & uia in naturā. 12
Naturam dupliciter dici. 13
Necessitate quædam esse. 15 Necessarium quid sit. 17
Naturā rationis expertem, facere tamen ex ratione. 16. 72
Naturam peccare nonnunquā. 17
Naturam alicuius causa facere, quæcunq; facit. 17
Natura qua de cā temere quidpiā facere plerunq; uideat. 17
Natura cur pariat mōstruosos fœtus. 18
Naturalia ex necessitate & q̄ frequentissime fieri. 18
Naturam creare omnia alicuius rei gratia. 18
Naturæ opera esse perquam admirabilia. 18
Naturę sagacitatē artemq; admirabilem esse. 18
Naturam duplicem existere. 18
Naturæ errata cur cōmitantur. 18 Natura quæ sint. 19
Natura, lex diuina stabilis constansq;. 19
Naturā de rebus non consultare, sed alicuius tamē gratia omnia facere. 19
Necessarium duplex esse. 19 Necessariū hypotheticū 19
Numerum esse infinitum apud pythag. 22
Numerum esse substantiam secundum pythag. 22 62
Numerū parē infinitæ naturæ esse apud pythag. 22
Numerus impar num infinitus. 22
In numeris infinitum quale sit. 27
Numen mutare nescit institutum suum. 29
Nunc finē esse terminumq; temporis 36
Nunc tempus metiri. 37
Nūc in tpe se habere æque, ac pūnctum ī magnitudine. 37
Nūc in tpe existere, & tēpus in ipso nunc tanq̄ in fine. 38
Nunc non habere situm, sed in fluxu semper esse. 38
Nunc partem temporis esse nullam. 38
Vnitatē numerum nō esse, sed numeri initium. 38
Nunc copulare partes tēporis quomodo dicatur. 40
Nunc qūo idē & aliud & aliud dicatur. 40
Nunc quot modis capiatur. 40
Nunc ipsi nunc num continuetur. 49
Nomina rerum signa non esse, sed animi cogitationū. 50
Nunc indiuiduum existere & in omni tēpore inesse. 51
In ipso nūc nihil moueri, neq; quiescere neq; mutari. 51. 52
Intra nunc tēpus intercedere. 53
Numeri diuersitas in qua re consistat. 65
Naturā ēe cām. cur queq; res ex ordie ī hoc mūdo ꝓcedat. 65
Naturam uno eodemq; tenore semper se habere. 65
Numerum a rebus numerabilibus interdum ꝑmetiri. 72
Natura prius quid dicatur esse. 73
Naturam nihil speciatim particulatimque prouidere & administrare, sed generatim & in uniuersum. 74

O

Orationē esse nomen fuse dilatatum. 1
Omne in omni esse permixtum aiebat Anaxagoras. 5 6
Oratio qūo moueatur, quum ex falsa plerunque uera fieri solet. 41

P

Physicę auscultatiōis disciplinā rerū naturaliū pricipiū ēe. 1
Physica ascultatio cur appellata sit. 2
Principijs cognitis reliqua facile cognosci posse. 1
De principijs nū recte philosophati sint maiores querit ab Arist. 1
Principium materiale & formale. 1
Principia non cuiq; methodo pręceptionique inesse. 1
Principijs carere sciētias maxime cōtēplatiuas ac sūpmas. 1
Pueros a principio confuse cognoscere, mox distincte. 1
Parmenides quinam fuerit, quo ue modo a principiorum cognitione aberrauerit. 1
Physicos philosophos in ionico gymnasio floruisse. 1
Principiū quid sit. 1 Principiū unū immobile. 2
Parmenidis ratio in quo peccet. 2
Principia diuersis modis res habere qūo dicantur. 2
Principium temporale & negotiale. 2
Principio quę careant. Partes idem, quod & totū. 2
Parmenides qūo refellatur. 3
Parmenidis ratio quę sit, quū dicit ens esse unum. 3
Principia ante alia omnia prius esse cognoscenda. 5
Principia rerum contraria faciunt omnes. 6
Priuatio & forma, principia. 6
A principijs reliquas res omnes esse. 6
Principia rerum esse contraria. 7
Prīcipia rerū forma & priuatio cū materia apud Arist. 7
Priora quę sint. 7 Posteriora quę sint. 7
Particularia magis sensu comprehendi. 7
Principia infinita non esse. 7 Priuatio quid sit. 8
Priuatio quot casibus dicatur. 8
Priuationem esse non ens per se. 11
Priuatio si sit circa simplicē generationem. 12
Physicū inter atq; mathematicum quid inter sit. 12
Philosophos ex Italia potius theologos esse dictos. 13
Pythagoram theologicā Philosophiā constituisse. 13
Per se esse. 15
Principia duo esse, quę moueant naturaliter. 17

Polos totius mundi esse immobiles. 27
Principium proprium nec nasci nec mori. 23
Potestate quō dicatur quicquam esse. 26
Parmenides infinitum quō ponebat. 26
Phantasiæ vis quenā sit. 27
Phantasiæ non esse credendum. 27
Per aliud quum quid dicitur. 30
Partes num dicātur in toto esse tanquā in loco. 31
Proportionem quæ inter se habeant. 34
Passiones corpore & quantitate carere. 35
Partem metiri totum. 35
Prius & posterius magnitudini inesse. 37
Prius & posterius quō in tēpore accipiantur. 37 40
Plus & minus quō dignoscantur. 37 Punctū quid sit. 38
Passiones & habitus num sint motus. 42
Phantasiam dici passiuū intellectum. 42
Priuationem quō esse dicamus. 44
Proximum seu adiunctum ἐχόμενον quid sit. 45
Pūcta nō facultatē habeāt tāgēdi & ad tāgendū. 44
Punctum a puncto non tangi. 44
Inter puncta medio quicquam venire posse. 44
De puncto indiuisibili. 49
Ex punctis non fieri continuum. 49
Puncto punctum non esse continentem. 49
Punctū nullo modo moueri nisi per accidens. 56
Proiectio quæ sit, & de ipsa philosophica præceptio. 59
Perfectū quidque quo tempore dicatur. 60
In pueris perturbationem duobus modis sedari. 61
Potestatem perduci ad actum. 64
Priuationē, habitus priuationē esse. 64
Prius & posterius in tēpore nō esse, nisi tēpus sit æternū. 64
Principia omni causa atque demōstratione carere. 66
Pricipiū, vt pricipiū est, vno eodemque mō se habere semp. 66
Potentia aliquid esse, duobus dici modis. 68
Potētias omnes seu potestates nō necessario pducī ad actū. 70
Principium firmiter permanere semperque perdurare. 72
Primum esse quot modis dicatur. 73
Principiū finale. 73 Perfectum quid sit. 77

Q

Quadraturam quō constituebat Hippocrates. 2
Qualia augescere, ac magnitudinem capere 16
Quietem omnē esse in tempore. 39
Quiescere quæ res dicatur 39
Quietem quō esse dicimus. 44
Quietem motui contrariā esse videri, nedū motum. 47
De quiete tractatio. 47 Quies quieti nō cōtraria sit. 47
Quietes quænam contrariæ fiunt. 47
Quies motu nulla interrupta quæ sit. 48
Quietis generatio num nulla sit. 48
Motū motui contrariū esse magis cōuenire, quam quietē. 48
Quiescere quid dicatur. 52
Quiescere & requiescere inter se differre. 55
Requietudinē esse quasi generationē quandā quietis. 55
Quietem finē esse ac metam laborum. 55
Quiescere nihil in indiuiduo momento. 55
Quiescere quid dicamus. 55
In qete nullā primā eē partē. 55 Quiescere quid sit. 55
Quietem aliud esse, & aliud mansionem. 55
Quietem, motus priuationem esse. 64
Cuncta nullo modo quiescere. 66
Quietes quenā contrariæ fiant 76
Quietē tēpus quō metiatur. 89

R

Rationes aspere difficilesque quæ sint. 2
Rerū & densum notiora secundū sensum. 7
Raritas densitasque efficientia duo apud antiquos. 8
Rationale vel animal hominis partes esse quō dicatur. 29
Raritudinē ac densitudinē passionū & affectionū omniū in corpore cunctarum causam esse. 79
Raritudinem atque densitudinē secundū quosdā generationem & corruptionem esse. 79 Ratū quid sit. 35

S

Scire vel cognoscere quō dicatur, & quid sit. 1
Syllogismus. 2 Syllogismus contētiosus. 2
Sophismatū libellus. 2 Spherus Empedoclis 5
Substantia contrariorum capax recipiensque. 6
Subiectū tertiū requiri ad rerum generationem. 7
Subiecta plura ab antiquis inducta ad res procreandas. 7
Substantiæ nihil esse contrarium. 7
Subiectum non habere contrarium. 8
Subiectum semper subsistere. 8
Substantiam in subiecto aliquo esse. 9
Sectio infinite quō fiat. 26 Simul pluribus dici modis. 36
Ex subiecto in subiectum mutationes esse motus. 41
Separatim seorsumque esse quid sit. 44
De ipso qđ stat. & de ipso stare præceptio atque disciplina. 55
Ipsum qđ stat, infinite diuisibile esse & ī tēpore esse. 55
Stare quid dicatur. 55 Sensibilia, quæ sint. 60
Sanitatem non esse alterationē. 60
Sanitatem, temperiem humorum esse. 60
Scientiā nō esse de his, quæ sub alteratione redigūtur. 60
Scientiam magis ad quietem & securitatem mentis spectare quam ad motum & perturbationem animorum. 61
Scientia quid sit. 61
Scientiæ virtus quō in animo quieto effulgescat. 61
Scientiæ comparationem, alterationem non esse. 61
Species differre aliam ab alia qua re dignosci queat. 62
Similitudinem in quali esse. 62
Substātiā, numerū esse, vt pythagorici dicebant. 62
Sorites, acerualis ratiocinatio. 63 67
Scientiā nullā de proprijs principijs disputare. 66
Stillicidia quæque separatim cauādi lapidis vim non habere omnia simul habere. 67
Subiectum aliud ab eo esse, quod sibi inest. 4
Subiectum aliud esse & materiam. 8
Sol quō generet hominem. 18
Spatiū ad cognoscēdū & ad explicandū esse difficillimū. 28

T

Theologiam in italica accademia floruisse. 8
Thales aquam principium ponebat. 2
Terrā apud nullos pro principio poni. 8
Totum partibus suis inniti. 2
Theologorum philosophiam a Pythagora fluxisse. 13
Tempus neque sisti neque inhiberi posse. 23
Terra cur immota maneat. 25 Totius definitio 26
Tāgi aliud esse quam terminari. 27 Totū quādo est 30
Num in toto partes dicantur esse tanquam in loco. 31
In toto pars quō dicatur esse. 31 Tangatur quō res. 32
Terram immotam hærere. 32
Terra quare immota stet in medio mundo. 34
Tempus unum esse de continuis. 36
Tempus in motu esse. 36
Tempus non esse, quasdam suspiciones persuadere. 36
Temporis partem nullam extare. 36
Tempus non constitui ex ipsis nunc. 36
Tempus neque in seipso neque in quaque sui parte interire. 36
Tempus quid sit, nō satis traditum ab antiquis fuisse. 36
Tempus quid sit secundū varias hominum opiniones. 36
Tempus non esse circumuolutionem totius mundi. 36
Tempus spheram esse, quosdam dixisse. 36
Tēpus nō esse motū. 37 Tardū qđ sit. 37
Tēpus quō præterire nō sentiatur, & apud quos & qdo. 37
Tempus absque motu non esse. 37
Temporis sensum quō habeamus. 37
In tempore prius & posterius quō accipiantur. 37
Temporis notionem quando assequamur. 37

Temporis definitio. 37
Tempus esse numerabile & non numerans. 37
Tempus omne idem esse. 37
In tẽpore nũc existere,& tẽpus in ipso nunc tãquã ĩ fine. 38
In tp̃e nũc se habere æque,ac punctũ in magnitudine. 37
Tempus numerum lationis esse. 38
Tempus continuare cursum suum. 38
Tempus secundum nunc in partes diuidi. 38
Tempus celere uel tardum non dici. 38
Tempus dici multum,exiguum,longum,breue. 38
Tempus a motu terminari atq; permetiri. 38
Temporum duorum medium non reperiri. 38
Tempus & motum alterum ab altero terminari & alterum ab altero mensionem recipere. 38
Tẽpus multũ q̃uo dicat. 38 In tẽpore ẽe q̃uo res dicanẽ. 39
In tempore esse,cęlestia non dici. 39
In tempore quicq; esse,duo habere significata. 39
A tempore quæ contineri dicantur. 39
A tempore pati quanq; rem genitã,& consenescere. 39
Tẽpus delimare cuncta,& memoriam rerum auferre. 39
Tẽpus per se se intentionis rerũ potius causam dici, q̃ generationis. 39 40 Tẽpus quietẽ q̃uo metiatur. 39
Tempus dimensionem rerum esse. 39
Tempus per se motus mẽsuram esse. 39
Tempore contineri quę res dicantur. 39
Tẽpus quasnã res ad alterã tantũ partẽ cõplectatur. 39
Tempus potestate diuidi & non actu. 40
Temporalia aduerbia qualia sint. 40
Tẽpus idẽ & aliud atque aliud q̃uo dicatur esse. 40
Tẽpus qua ratione nõ peruenit unquã ad exitũ suũ. 40
Tempus sapientissimum qui dicant esse. 40
Tempus dementissimum Paron quare dixerit. 40
Tẽpus p̄ accidẽs causã ẽe generationis ac substãtię rerũ. 40
In tempore prius ac posterius q̃uo dicantur. 40
Tempus ad animum nostrum q̃uo se habeat & afficiat. 40
Tẽpus qua de cã in uniuerso mũdo esse videatur. 40. 41
Tempus actu & potestate. 40. 41
Tempus nũ esse posset,si anima non esset. 41
Tempus cuiusnam motus numerus existat. 41 (re. 41
Tẽporis naturã formari atq; cõstitui secũdũ motũ orbicula
Tẽpus motũ lationis uniuersi cur antiqui dixerint. 41
Tangere quid sit. 44
Tempus continuare semper cursum suum. 44
Tactus in quibus sit. 44
Tẽpus esse continuũ qua de causa fatendum sit. 45
Terrę quies. 48
Terræ quietis in sublimi nũ ulla generatio sit. 48
Quod tãgit aliud,q̃uo tãgat. 49. Totũ q̃uo tangat totũ. 49
Tẽporis cõtinuitas. 50 Tẽpus ex ipsis nũc nõ cõstitui. 49
Tẽpus per nunc infinite diuidi. 49
Tẽpus esse continuũ & diuisibile in infinita. 50
Tẽpus,q̃d ẽ finitũ,ĩfinitũ q̃uo efficiat secũdũ diuisionẽ. 50
Tẽporis sectionem esse secundũ nunc. 53
Tẽpus intra nunc intercedere. 53
Tempus habere infinita nunc. 53
In tempore non est inuenire aliquod primum,neque in magnitudine,neque in continuo. 55
Tẽpus omne nõ ĩ ipsa nũc,sed ĩ alia diuidi tẽpora. 57
Tractio quę sit. 59 Tardius quid sit. 62
In tp̃e prius & posterius nõ ẽe,nisi tẽpus sit ęternum. 64
Tẽpus esse ęternum. 64
Tẽpus una cum mundo produci generariq; a Platõe. 65
Tangi nos oratione alicuius,non a nobis orationem. 70
Totum continuum esse dici.
Tempus infinite diuisibile q̃uo dicatur. 70
Tẽpus nũ ĩtra gñonẽ & corruptionẽ ullũ intercedat. 74
Tẽpus infinite finiteq; quo modo se gerat. 75
Tempus semper perpetuare continuareque cursum suum, neque ab aliqua re sisti posse. 75
Tempus tribus rebus addictum esse. 77

V

Vnũ quot modis dicatur. 2 Vnum esse multa 3
Vnum dici continuitate,indiuiduo,& ratione. 3
Vnum & idẽ tribus modis dici,genere,specie,numero. 3
Vniuersale notius esse secundum rationem. 7
Vacuum & inane nihil esse. 23.31. Vacuũ,locũ nõ ẽe. 28
Vas quid sit. 31 De vacuo quęstio 32
Vacuum quum videtur esse plenum. 32
Vacuum qui esse dicant,& qui esse negent. 32
Vacuum vel inane quid sit. 32 33
Vacuum quid sit ex Democriti Leucippiq; sententia. 32
Vacuũ ẽe ĩ mũdo q̃ dicebãt,& q̃bus ratiõibus adducti. 33
Vacuum extra mundum & in mundo esse Pythagorici posuerunt,& in numeris quoque ipsis 33
Vacuum esse,quibus rationibus adprobetur. 33
Vacuum quidam qua ratione constituerent. 33
Vacuum ponẽtes q̃uo ab Arist. confutentur. 34
Vacuum q̃uo tollitur ex circunstantia. 35
Vacui nihil in mundo,neque extra mundum residere. 35
Vacuum esse p̄ rarum ac densum quibusdam videri. 35
Vacuum si esset,immota cuncta in ipso fore. 35
Vacuũ ut sit,quę rationes efficere videantur. 35
Vacuum esse quinam confiteri cogerentur. 35
Vacuum nullo modo esse. 36
Vacuum neque potestate quidem esse. 36
Vnitatẽ nõ esse numerum,sed numeri initium. 38
Vna esse quid sit. 44
Vnitatem substantiam esse absq; positione ἄθετον οὐσίαν Pythagoricos dixisse. 44
Vnitas & punctum num vnum esse possint. 44
Vnitates deinceps duntaxat habere. 44
Inter vnitates medium quid non interiacere. 44
Valetudo cur vna appelletur,eadẽ fluẽte substantia semp 45
Violentum quid sit. 47 Verba imagines esse rerum. 50
Vectionẽ in triformi motu consistere. 59
Versatio,seu volutatio quę sit. 59
Vectionum plures species. 59
Virtutẽ vitiumque eorum esse,quę sunt ad aliquid. 60
Vitium seu malitiam non esse alterationem. 60
Virtus quid sit. 60
Virtutẽ esse ab omni affectu animi vacuitatem, vel modum quendam affectionum. 60
Virtutes ẽt esse misericordiã & hospitalitatẽ atq; charitatẽ.
Vitium quid faciat in animo nostro. 60
Vitium sempafficere passionibus & morbis animum. 60
Vitium quid sit. 60
Virtutem omnem moralem in voluptatibus & angoribus animi moderandis consistere. 60
Voluptas q̃d sit. 60 Voluptatis bona cuiusmodi sint. 60
Virtutes morales non esse alterationes. 60
Vim finitam tempore infinito non mouere. 79
Vim infinitam in magnitudine finita esse non posse. 79
Vim finitam in aliquo infinito esse non posse. 79


Z

Zenonis de loco contemplatio. 29 Zeno de loco. 29
Zenonis ratio de loco. 30
Zeno motum quadripartita ratione tollebat. 50
Zeno tollens motum q̃uo decipiebatur. 50
Zenonis ratio de tollendo motu q̃uo diluitur. 55. 75
Zenonis q̃driptita captiosa rõ de tollẽdo motu qualis foret. 55
Zenonis ratio de tollendo motu Achilles nominata. 55
Zenonis ratio refellitur de milio. quę talis erat. si modius milij refusus decidensq; tãtum aeris conciuit ad strepitũ faciendum,milium quoq; vnum per se tantã aeris particulam concitare,quę particula aeris ex proportione vnius milij exiliter resonet. 63

Finis.

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM PRIMVM. COMMENTARII

IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.



T primum tibi quidem Discipulorum optime librum organi, quantum in nobis fuit breui paraphrasi dilucidauimus atq; interpretati fuimus, Quoniam autem nos dimittere & a nostro latere negas te penitus uelle discedere, nisi quæcunq; etiã ad physicæ auscultationis disciplinam exponendam afferri possunt, ante sensum tuum facilia constituerimus, qui præsertim totus pendes ab ore & ab omni nostro sermone, age præceptis tuis obtemperantes Deoq; optimo, qui totius naturæ causa est, cõfisi aggrediamur rem ipsam. Tibi igitur quisquis erit, in cuius manus is liber peruenerit, huius nostri laboris rationem omnem atq; institutum nomini tuo adscribat. Hoc itaq; præsens uolumẽ quod implorata ope diuina σὺν θεῷ aggredimur iam exponere, est naturalis partis ipsius philosophiæ, quæ refertur ad eam partem, quæ in cõtemplatione rerũ uersatur ὑπὸ τὸ θεωρητικόν potius autem rerum naturalium principium extat. Sed quoniã de principiis rerum naturalium quæstionẽ habet, atq; contẽplationẽ, & ab ipso Aristotele conscriptũ fuit, & physica auscultatio appellatur, de qua est totus is liber. Ratio est, quia quũ omnes huius disciplinæ naturales attentam auscultationẽ requirant, sicut & reliqua ipsius scripta subtilis ingenii altæq; meditationis, id quod dicitur, natatoribus egeant, hæc præsertim disciplina interpretis uocẽ desiderat. Vbiq; autẽ principia ipsa laboriosa pars totius negotii existunt nõ sine causa igitur & principia quoq; naturalia huiusmodi sunt. Sed quærendũ q̃d à Philosopho hoc loco quærit, quid est utrũ principia rerũ naturaliũ, an principia cognitionis rerũ naturaliũ. Et respondẽdũ est utrãq; rẽ quæri, hac de causa uidelicet quoniã ipsæ quoq; cognitiones ad ipsa cognoscibilia ex iis sunt, quæ ad aliqd quorũ necessario una eadẽq; sciẽtia est, colligit enim ratione, tanquã de ipso principio cognitionis rerũ naturaliũ hoc modo deficiẽte minore ꝓpositione in primo modo primæ figuræ naturalis sciẽtia & præceptio. omnis sciẽtia atq; methodus cognoscitur, principiis ipsius cognitis. physica ergo cognoscitur, principiis ipsius cognitis. In ꝓcessu uero disciplinæ suæ de principiis rerũ naturaliũ disserit. uide autẽ, & quo modo non conclusionẽ dixerit, sed quod ex cõclusione sequitur. uidelicet & scientiæ quæ de natura est principia explicare tentandum est. sed ea quæ circa principia cõtingũt. de principiis enim rerũ superioris quoq; memoriæ patres loquuti sunt. recte autem an perperã, absolute an imperfecto loquuti sint, quærit & inuestigat.

QVONIAM autem cognoscere & scire.

Scire autem & cognoscere uel ex altero ad alterum uicissim idẽ dicit ἐκ παραλλήλου. cognitio namq; ᾗ δ᾽ναις uniuersalior sciẽtia est. uel cognoscere ᾗ δ᾽ἐναι est de simpliciter cognoscibilibus & de cognitionibus. scire autem de illis rebus est, quæ eædem eodem modo semper se habent. Distinguens autem dicit, quarũ principia sunt, principia accipiens materiale & formale. causa factiua & finalis. at elementũ materiale, formaliter. quæ quidẽ & ipsa principia appellarentur: hoc quidẽ, tãquã à quo, illud uero tanq̃ primo mouens. respiciẽtes enim ad finẽ rerũ operamur. Quare autẽ ita distinguit? quia nõ oẽs methodi & præceptiones principia habẽt. magis nãq; actiuæ methodi principia habẽt manifesta. Quædã tamẽ ex cõtẽplatiuis tanq̃ quæ materia nudatæ nõ habeãt quæ per se ipsa sunt atq; informata, principiis carẽt. sed statim intellectus inuadit, & cognoscit ipsa absq; principiis etiam præcedentibus. More autẽ præceptoris à rebus nobis notis initiũ facit & à rebus cõpositis. quas & συγκεχυμένα cõfusas dicit quasi sensus & cognitio ipsa simpliciter adoriatur. Posterius uero innotescũt ea, quæ natura priora atq; simplicia sunt. natura nanq; illa prius intelligit tanquam principia & causas. & modus est per resolutionem.

OBIDQVE ex uniuersalibus.

Disciplinæ suæ modum atq; institutũ nobis bene cõciliat & planum facit apud sensum nostrum quum à rebus apud nos prioribus, notioribusq; exordium capit; hoc consilio, ut inde postea

priora natura inuadat, comprehendatq; hoc est principia & causas. Ergo composita & apud nos priora dicit & uniuersalia alio modo, ac superius alibi dixit. animal enim & homo, uniuersalia. Socrates autem, singulare. Hoc autem loco uniuersalia dicit composita ipsa, qua si ex pluribus constituta. singularia uerò, simplicia. quibus simul positis compositum efficitur. Quo modo uero huiusmodi uniuersale magis notum sit, ratione colligit sic. uniuersale, totum quoddam. totum sensu facilius apprehenditur. plura namq; complectitur. sensus quoq; crasso iudicio intelligit, & sub plena specie ὁλοσχερῶς rem assequitur. at natura simplicia exacte percipit. Hoc idem & quodam modo pati inquit nomen ad ipsam orationem. ex eo, q nomen definitio est complexa et strictim cōplicata. at oratio, nomē fuse dilatatum. Quodam modo uero dixit, propterea q non proprie ex partibus definitionis constat nomen, sed res ea quæ nomini significatur. partes nanq; definitionum, secundæ substantiæ sunt. at nomen ex decreto est & placito hominum, ut alibi dicit. et quem admodum nomen compositum, tragelaphos hircoceruus est, sic nomen simplex, homo est. Ea quoq; quæ non sunt, nominantur. definiuntur uero tantū ea, quæ sunt. tamen, circulus, nomen indefinite totum quid designat. partes uero huius definitionis per singularia uadunt. Similiter quoq; & aliud affert, quo rationem ostendit suam, ex rebus nostris communibus atq; uulgaribus sumptum. qui & Aristotelicus mos est, pueros quoq; ita facere. qui primo sub confusa mentis notitia & res intelligunt & loquuntur deinde singilatim dignoscunt, nominatimq; parentes appellant suos. Atq; hoc modo exorsus proœmium huius disciplinæ in quæstionem ingreditur atq; disputationem, quæ de principiis est, ex diuisione. Sciendum autē est, quemadmodum in huiusmodi ingressus non discriminat principia, quæ à maioribus suis posita atq; constituta fuerunt quæ nam uidelicet theologica principia extant, ut qui de principiis solum naturalibus certat disserere. De omnibus tamen simpliciter agit, & tāquam naturalia sint, omnia arguit, ac refellit. Platonica autem diiudicat. sed & hæc quoq; tanquam debilia & manca erigit, & in meliorem formam reducit. Vide autem, ut in sua diuisiōe nihil prætermissum sit. et quo modo principia ipsa persequēs singilatim eos qui de principiis disputarunt, eiiciat ex schola sua. Quum autem dixisset sicut physici, ex hoc loco significat, Parmenidem & Melissum à disputatione principiorum naturalium longo itinere deflexisse. Ii nanq; philosophi ex Italica Academia erant, in qua Theologia mirifice exercebatur atq; excolebatur sicut etiam physici quoq; philosophi in Ionico gymnasio floruerunt, ubi natura tātum & naturalia docebantur.

SICVT Democritus.

Democritus erat ex Ionia atq; Abderites, & qui risu omnibus illudebat. Tamen quum is de principiis naturalibus disputaret, horum genus unum esse ponebat. atomos nanq; faciebat. figurationes autem ipsarum differentes, circulum, triangulum quadrangulum, rectum, rotundum, & reliquas figuras. similiter & formas calidum, frigidum, dulce, amarum, asperum, lene, itemq; reliqua. Simili autem modo inquit ii quærunt, qui entia τὰ ὄντα quærunt & inuestigant. hoc est secundum hanc diuisionem totis suis partibus integram, & ii pricipia quærunt. Entia autem dicit ea, quæ in materia formam acceperūt τὰ εἰδοποιημένα quæ quidem simpliciter quoq; elementa appellant, sicut Thales aquam, & Diogenes aerem, uel etiā Hippon atheus, hoc est irreligiosus uel Deos negās. & Heraclitus ignem, at terra in libro ait qui de anima inscribitur, iudicem nō habuit. nemo enim extitit, qui ipsam terrā pro elemento habuerit. ut quæ crassa ualde sit, neq; ex se ipsa habeat motum. Alii uero duo dixerunt esse principia σύγκρισιν καὶ διάκρισιν congregationem & disgregationem. uel potius terram & ignem, ut Parmenides. Alii etiā tria principia posuerunt, & Empedocles quatuor. Hippocrates quoq; unum reprobans principium in natura hæc uerba loquitur. Si unum esset homo, non doleret. quod si doleret, unum & illud foret, quod sibi mederetur. Entia autem hæc dicit, à materia ipsa inter distinguens. materia nanq; non ens. & ut loquamur secundum Platonem, uerax mendacium quod & informatum εἰδοποιηθὲν, unū est & infinita nō est. Forma autē εἶδος ens quidē est secundum Platonem, & proprie ens quasi essentialitatem afferens ὡς ὀντότητος παρεκτικόν. At sicut Aristoteles censet, nihil est. uel si est, post multa est, sicut dicit in aliis locis. Hac de re entia dicit elementa. & entia ea, quæ ex ipsis constant. primum autem inuehitur in Melissum, quiens unum immobile dicit esse. accusat autem hunc atq; in hoc reprehendit, quod dixerit unum principium. causa est, quia principium, cuiusdam uel aliquorum principium est. quo igitur mo

do unum est? Non pure autē neq; libere militat aduersus unū principium nam posset quispiam dicere, & quid prohibet unum quidem esse principium, aliquorum uero esse, sed eorū quæ posterius in generationem uenerunt ὑστερογενῶν & quæ ex ipso principio constiterunt? Quare & immobile unum principium esse consentiens, ualidam instantiam facit. Vnum nanq; & immobile nunquam mouetur ad substantiam alterius πρὸς ὕπαρξιν ἄλλου. Pugnat autem & aduersus immobile separatim, uel potius disputare recusat contra eum, qui principia naturæ negat, nam natura principium est motus. Vt igitur non est à geometra disputatio instituenda contra eum, qui geometriæ principia tollit destruendæ ipsius gratia: sic neq; homini physico contra Melissum est decertādum. Tanquam enim decretum quoddam suum θέσιν profert hoc dictum philosophus. quemadmodum & alii quoq; de quibusdam rebus opiniones habuerūt, quæ in uulgus non probarentur παραδόξοις ὑπολήψεσι. ut Heraclitus, cuius decretū erat res omnes moueri ac semper. Aæ igitur rationes contentiosæ sunt.

NAM falsa accipiunt.

De contentiosis rationibus περὶ ἐριστικῶν λόγων alibi quoque disseruit, duas eas esse, quorum una formam sanam habet, materiam autem uitiatam. altera autem e cōuerso quæ habet materiā hoc est propositiones sanas & recte ualentes, formam autem idest figuram morbo laborantem. Et priorem quidem uocauit nomine syllogismi, tanquam figuram seruantem. secūdam uero, contentiosum syllogismum tanquam in forma uitiatum atq; peccantem. Loquutus quoque est & de asperis difficilibusq; rationibus in eo libello, qui de sophismatis est, eam duplicem esse asserens, una quidem est, si ex probabilibus concludit argumentum. & dubitationem in hoc affert. nam si non probabilis conclusio infertur, utra propositio soluenda est? Altera ratio est, quoties ex omnibus similibus hoc est ex duabus propositionibus similibus non probabilibus constat. quærit enim quis & secum dubitat, utra propositio illud non probabile collegerit. Nihil enim obstat, quominus quum duæ etiam falsæ sint, ex altera tamen illatum fuerit falsum. cuius modi hæc ratio est. Socrates sedet. omnis sedens scribit. Socrates scribit. falsa omnia. Sed maior infert falsum. sublato enim socratem sedere, non prohibetur ob id conclusio, idem quoq; comperies in non probabilibus. Parmenidis igitur ratio talis erat. præter ens, non ens. non ens, nihil præter ens nihil ens igit̃ unū. Inerat aūt mēdaciū in eo q̃d dicebat. non ens, nihil. non ens enim albū, est dulce. At Melissus de infinito ita colligebat. ens ortū non habuit ullum. quod ortum non habuit, principium non habet. hoc autem, infinitū est. ens igitur, infinitum. Habet aūt & hæc ratio sua extra consequēs suū, falsum. sumebat enim quod ortū habuit, principiū habere. cōuersa uia ἀντιστρόφως & quod habet principiū, ortū habuit. id quod falsum est. Plera nāq; sunt, quæ quidē principiū habēt sed tēporale, sed negotiale. per se tamē non genita fuerūt, sicut cœlū & mūdus uniuersus. Et e cōtrario quædā sunt, q̃ principiū quidē quoddā tēporale habēt, nō tamē negotiale, sicut cōcretio casei. in oculis quoq; illuminationes ἀναλάμψις absq; tēpore oriūtur. Is igitur quū hoc modo sumeret conuersionē cū oppositione faciebat. si quod principiū habet, ortū habuit, & quod ortū nō habuit, principiū nō habet. hoc autē immobile esse dicebat. Quā rationē suā ex inductione Philosophus confutat sic. plura nāq; moueri cernimus. sed quia hæc ratio Melissi nō difficilis est neq; grauis, sed molesta potius atq; onerosa φορτικός nēpe quæ motū rerū tollit omnē, uel ens asserit esse infinitū, neq; contra quā disputet, dignā indicat. sicut neq; contra Antiphontē est disserendū, qui orbicularē rectæ parē esse faciebat. At Hippocratis ratio habet, contra quod dici possit, quia principia seruat geometricæ disciplinæ. per meniscos nāq;, quibus in orbiculares lineas ambitus est, construit quadraturam circuli. Sed quoniam inquit, quanquam secundum naturæ principia non loquuntur, pariter hæc consideratio philosophiā postulat, de ipsis dicendum est. Et primū contra duos luctatur. quum enim æquiuocum sit ens, qua ratione illi ens simpliciter tradunt?

QVONIAM multis modis dicitur ens.

Vsque ad ætatem Aristotelis, æquiuoci ipsius non penitus notitia habita fuerat. Sed Plato uel potius ipse Socrates de æquiuoci natura disserere plura cœpit. is nanque pluribus locis de hoc fuit loquutus. Maxime autem de hoc quoque considerationem atque disputationem redigit refertq; in maximum organum. & secundum ex quatuor organis dialecticæ disciplinæ, pluraq; dicta antiquorum per hoc recte constituit & emēdat. Ens igitur inquit æquiuocum est. significat enim decem prædicamenta, quæ toto & omni differunt.

Quid igitur est illud ens, ñnum substantia & ipsa una tantum, sicut homo, equus, uel quidpiam aliud. an & qualitatem. ens autem & hoc est, sicut calidum uel dulce. si substantia quidem, habebit utiq; & aliquod accidens. Quod si accidens est, uel unum, uel plura, & quum sit substantia, plura & non unum, ens. si substantia nulla sit, esse non potest. hæc nanque omnia in subiecto, substantia, sunt. iste de subiecto dicit, tanquam & de ipsa prædicatur. Lignum nanque album dicimus, & hominem bonum. ita impossibile constituetur & hoc & illo modo. Volens autem ostendere etiam ex oratione horum disputantium absurda colligi & concludi, Melissum cum Parmenide coniūgit. is nanque quum ens finitum diceret, a medio enim inquit æque libratum μέσσοθεν ἰσοπαλὲς: quod uero medium habet, finitum est. Melissus ens infinitum dicit. Is igitur infinitum dicens, utitur quanto. ita præterquam quod substantia est, & quantum habet. duo ergo entia, & non unum ens. Qui aūt dicit infinitum, eum uti quanto, intelligitur ex definitione quanti, infinitum nanque est quantum, quod pertransiri non potest ἀδιεξίτητον Qui igitur hominem dicit, rationali utitur. qui dicit circulum, figura, qui dicit infinitum, quāto. nam infinitum per se est quanti, sicut & finitum. Si autem & substantia dicitur infinita, secundum accidens dicitur. Ergo & substantiam & quantum esse ratio necessario postulat; & nō unum ens, sed duo, uel quantum solum. quod quidem quantum sine substantia ut sit, esse non potest. omnia enim de subiecto substantia, & in substantia considerantur alia quoque de causa, quia accidens principium esse substantiæ absurdum est. Vel substantia solum, & non infinitum erit, ex hoc nanque inducitur quantum.

PRAETEREA quoniam & ipsum unum multis modis dicitur.

Ex æquiuocis alio quoque modo argumentatur, quia unum est æquiuocum. Et de uno quidem in libris metaphysices partitionem facit magis theologicam; & quæ iis rebus, de quibus ibi agitur, maxime conuenit. Hoc autē loco partitionem facit magis naturalem. membratimq; refutat rationem ipsorum, ut quæ esse nullo modo potest. Nam si in æquiuocis quod secundum unum apposite dicitur, indefinite dici uitium est. sicut quum dicimus. canis latrat, adaptatur enim terrestri animali. quanto uitiosius postea est in eo dici, quod ne secundum quidem partem ullam quadrat? Dicitur itaque unum, uel continuum sicut lignum unum. uel in infinita diuiduum, uel indiuiduum sicut unitas μονὰς & punctus. hoc enim modo numeramus, unum, duo. uel plura significans, pluribus & differentibus uocibus una atque eadem res numero significatur. Ergo si continuum est ens: multa, & non unum. in infinita nanque diuiditur. & antequam & de aliis duobus dicat, hoc est, & de indiuiduo & de eo quod pluribus nominibus explicatur περὶ πολυωνύμου, inserit dubitationē forte non ad rationem facientem, sed per se ipsam prolatam. Nam sophistæ, qui idem quod et totum, partes esse ratione concludūt, partes quoque easdem inter se esse dicebant, quæcunque enim cuipiam rei; eadem aduenium, & inter se eadem sunt. quam quidem rem in corporibus undique sui consimilibus ἐπὶ τῶν ὁμοιομερῶν accidere forte necesse est. at in sui undique dissimilibus, nullo pacto res ipsa cogit. Dubitat autem solum, utrum unum pars & totum, & quomodo unum, & quomodo plura. Non continua autem accipit, quorum dissimiles partes existunt τὰ ἀνομοιομερῆ. nanque in domo summa tabulatorum & coctilium laterum non sunt unum. huiusmodi enim continuum est. Talia autē, aliud quidem tangentia sunt; sed non continua. Quum igitur dubitasset, non dissoluit dubitationem permittens te quoque ui ingenii tui subtilius uersari in dubitationibus dissoluendis, atq; in illis negotii habere plurimum. Habes igitur in eiuscemodi loco fortasse dicere; quemadmodum partes quidem & totum unum sunt, & quemadmodum etiam non sunt unum, sed multa sunt. Et ob hanc rem frustra est ratio sophistarum, ut enim totum partibus suis innititur atque in iis apte consistit, utraq; unum sunt. ut autem ipsæ quoq; per se partes & cogitatione complecti possunt & existere; multa & nō unum sunt ad ipsum totum. Quæ quum esset loquutus, reuertitur ad propositum. At qui si tanquam indiuiduum est ens unum, indiuiduum quantum nō est sed ne quale quidem quæ igitur ratio adduxit Melissum, ut ens diceret esse infinitum? sed ne finitum quidē est. finitum nanq; alia res est, & aliud finis. Indiuiduum igitur siue punctus existat, siue nunc, siue motio κίνημα; fines finita dixit, hunc quidem lineæ, illum autem temporis, illū uero motus.

CAETERVM si ratione τῷ λόγῳ unum entia omnia sunt.

In tertiam quoque diuisionis partem ingreditur. si igitur ratione unum est ens, sed nonū loquitur

quitur

quitur sic. Sed augens absurda quæ possunt consequi, ens in entia transsumit. quid prohibet, diceret quispiam si ens quidem illud in ratione forte pluribus uocibus nuncupatur πολυωνυμούμενον quæ autem ex ipso existunt, multa & infinita & differentia. Et dicere est quoniam illud ens entitatem ὀργίζοντι reliquis omnibus communicat & impertit quomodo illud se habuit, tali modo & quæ ab ipso sunt, habuerunt: idcirco transfert atq; transumit rationem τὸν λόγον in entia, atq; accidere dicit; ut ii eandem opinionem opinentur, quam & Heraclitus opinabatur. Heraclitus nanq; tollens τὴν ἀκινησίαν immobilitatem & moueri omnia affirmans, omnia assidue in omnia mutata abire arbitrabatur, & unum esse & bonum & malum & non bonum. deinde quum ab ipsa actione rerum argueretur. res scilicet inter se aliā ab alia distare, conuictus transferebat orationem suam ad definitionem rerū. Et dicere omittens fortitudinem & bonum & malum, definitionem boni & mali eandem dicebat. hoc nanque & ipse per datiuum casum declarat, idem enim erit bono & malo esse. De hoc in iis quoque quæ de syllogismo sunt. uerba habuit, siquis uidelicet dabit eandem boni esse definitionē, quam & mali, bonum quoq; malum ut sit, contingere. Aliter quoque is dat hoc quidem per se ipsum, illud autem esse per accidens. nam fortitudo ut uirtus, per se ipsum bonum est, ut uero uulnerum causa sit, per accidens. Mala res quoque est serpens, per se mortiferum quid: per accidens autem, quod ex eo conficitur medicamentum, salutare est. Quum de uno disputationem philosophus instituerit, tanquam quod pluribus modis dicatur, comico aculeo eos quoque insequitur κωμῳδεῖ, qui & uetustioris & recentioris ætatis fuerunt, ut qui de uno male senserint, & qui ita dicere metuebant: Socrates albus est: ne Socratem unum multas res facerent; ideo q; uerbum illud (est) album à Socrate discriminat, & duo ipsa facit. Ob hanc causam ii quidem uerbum est auferebant; & sic dicebant, Socrates albus. alii autem uerbi dictionem concinnabant sic dicentes, ὁ σωκράτης λελεύκωται Socrates candefactus, atque hoc modo est uerbum extra orationem exterminabant. Verum quonam modo est uerbum duo faciebat Socratem & album, candefactus autem non faciebat. quando ita dicere, Socrates ambulat, idem dicere est quod &, Socrates est ambulans. Vel quia est ex ente deducitur, ac dein actu positum ea quæ dicuntur, duo facit. ubi uero ui ac potentia iacet uerbum est, sicut quum dicimus Socrates ambulat; non aperte duæ res ostenduntur. Ipse autem horum ambiguitatem dirimit ac dissoluit dicens. non uno modo prorsus unum est. neque metu trepidetis, ne unum album socratem duo faciatis. Quid enim uetat unum esse subiecto quod in ipso album inest: ratione autem, duo? multa enim entia, & multa hinc unum.

MVLTA autem entia sunt, uel ratione, sicut aliud albo esse.

Ex eo, quod entia multa sunt, unum esse multa constituit, & quemadmodum multa entia sint, & antea dixit. diuisa nanque per decem prædicamenta fuerunt. Hic autem alio quoque modo dicit, ipsa quoque uidelicet entia secundum quale solum, multa esse. per datiuum autem profert uerbum suum; ut ostendat musicum & album ratione multa existere. subiecto uero, quia utraque in socrate, unum esse. Ergo si entia subiecto unum sunt, & ratione multa, hinc sequetur, ut unum tale, sit uel ratione uel subiecto. In libro autem qui de anima est, ipse philosophus nomen declarat, & in simplicibus datiuo utitur. anima nanque & animæ esse, idem, at in compositis rationes distant, & aliud est homo, & aliud homini esse. Tanquam igitur simplicia hoc etiam loco album & musicum, composita autem ipsi Socrati sic appellat, uel igitur ratione entia multa sunt, uel diuisione. Quo in loco quum plæriq; dubitarent, quo nam modo hanc rationem illi conciliarent: unum multa esse consentiebant. Ego autem inquit dico contingere, ut idem unum et multa sit, non quidem contrarie hoc est actu, sed hoc quidem ui ac potentia, illud uero actu. Non dixit autem uel simul potentia esse. nanque contingit in iis quæ sunt secundum potentiam, contrarium ut insit, sicut dixit in libello de interpretatione, contingere uidelicet secundum potentiam talem & sic esse & non sic esse. At in rebus iis, quæ actu sunt, ut contraria insint, esse non potest. Hinc inuadit in confutationes ipsorum, & primum manus conserit cum Melisso, cuius rationem captiosum argumentum manifesto esse demonstrat ex consequenti. Quod enim genitum est, principium habere satis constat, si reale, utiq; et temporale, non tamē si temporale, necessario & reale. Casei nanque concretio & omnis conferta mutatio principium habet temporale, quo cœpta est: reale non habet, confertim nanq; ipsa fit. Vel igitur sic inde accipit, ut ait philoso-

phus, & perperam facit conuersionẽ cũ oppositione, uel in affirmatiuis e' diuerso rationem collocat & quod ex consequenti est, fallax argumentum facit παραλογισμόν παρὰ τὸ ἑπόμενον sic. si quod genitum est, principium habet, & quod principium habet, genitũ fuit, si uero quod principium habet, ortum est, quod ortum non est, principiũ non habet. Deinceps inquit hoc ipsum, cuiuslibet scilicet rei arbitrari principium esse reale ex iis, quæ secundum tempus incœperũt, & quæ secundũ tempus alterãtur, omittenda nanq; est generatio simplex, quia principium manifestum habet secũdum tempus, absurdum esse.

VT MVTATIONIS, quæ non conferta fiat.

Simplex generatio ea est, quæ ex non ente uenit ad esse sicut & corruptio simplex, quæ ex ente labitur ad non esse. Aliqua autem generatio, quum scilicet subiecto restante alteratio quædã efficitur, & aliqua corruptio, ad eundem modum. Vt igitur inquit cuiuslibet rei principium o' Melisse reale * quanquam omniũ rerum principia existunt, quæ secundum tempus ad esse producuntur. nam conferta mutatio; sicut perceptiones secundum sensum, & illuminationes quæ à fulgore lucis ob oculos nostros proficiscuntur quod rei principium extet ullum, nõ habent.

DEINDE quare, quanuis unum sit, immobile est?

In illius nanq; partibus inesse motum res ipsa docet. si enim ex illo omnia sunt, & aqua hæc et unum est ceu pars, & in se ipsa mouetur. aquæ enim est in loco esse qua de re non illud quoq; ens mouebitur, ex quo hæc aqua est? Quare autem non accepit aquam uniuersam, sed aquæ partẽ? & qua de causa etiam non in loco hanc moueri dicit, sed in se ipsa? quare etiam uocem illam: in se ipsa: addit, & non in loco moueri? Vel intelligitur ipsum aquæ partem accipere; ut ipsam particulatim sumens det excellentiam indiuidui, quanquam id fieri nullo pacto potest. In se ipsa autem moueri præ eligit, id quasi proferens ex ubertate rationis. nam quanquam non das moueri ens secundum locum, da tamen in se ipso ipsum moueri. da alterari. sic enim motus erit. Quin ex re quoq; ipsa ens specie non esse unum, accipe & perdisce. aliud enim equus est, & aliud homo, nisi fortasse dixeris materia esse unum, quemadmodũ quidam ex physicis etiã dixerunt. una nanq; materia omnium rerum est, quod si ita est, alteratio erit ad hanc scilicet rem: ut quæ specie inter se differunt, generentur. alia nãq; aliud alii contraria sunt. quam ob rem igitur motum tollis? In Parmenidem quoq; talia dicta conueniunt. propria tamen quædam sua habent, contra quæ est disputandum, in eo uidelicet ipsum peccare, ꝙ affert species duas contentiosæ rationis, tum quia falsa sumit, tum etiam quia non concludit. Dicit nanq;, quod præter ens, non ens. & simplici modo accipit ens. non ens enim, nihil dicit. potest autem aliquid & non ens esse, quod non est album uel nigrum. quare igitur nihil? Et rursus, ens ergo unum. ex quibusnam propositionibus hoc colligitur? nam præter ens nihil ex hac ratione concludetur. Is autem aliter quoq; argumentatur, nihil ratione Parmenidis concludi posse. nam si dabimus inquit album esse solum, & album rem unam significare, neq; esse æquiuocum. nihilominus & rursus non unum hoc erit. Nam unum dicimus continuitate, indiuiduo, & ratione. indiuiduum igitur hoc loco missum facit. hoc nanq; rationem in quali non habet. Vel ibi causam reddit, in eos qui ex indiuiduis. ergo omne, quod post multa dixit, tantundem ac si diceret. quoniam neq; continuitate neq; ratione unum est ens, indiuiduum ergo. Verum neque hoc quidem esse posse supra ostensum fuit. Sed continuitate qui erit unum? nam neque quantum est, & per accidens diuidi potest in infinita. Quid erit autem ratione unum? Sed ne hoc quidem potest. aliud nanque est albus color, & aliud corpus albũ, ex indiuiduis ergo. Neq; specie, quoniam tribus modis unũ & idem dicitur, genere, specie, & numero. Quum in diuisione unius assumpsisset, numero unũ, & duo diiudicat ac perpendit, unum scilicet specie & materia & genere & unum quidem specie esse reiicit atque reprobat ex eo, ꝙ homo aliud est ab equo. materia uero unum admittit & adprobat. Sed illi non ita unum dicebant.

NON est præter album separatum quidpiam.

Quum supra concessisset solum quoq; album esse neq; ipsum æquiuocũ, sed unum; nũc necessitatem ponit, quæ ipsum æquiuocum uideri esse cogit. quoniã præter corpus album ipsum albũ separatum ullum non est. quo fit, ut non unum album sit & ipsius albi corpus recipiens. Neq; enim sic loquitur. dico duo hæc corpusq; recipiens & album ex eo, ꝙ album seiungo & ipsum per se facio. sed dicit sic. subiecto scilicet idem esse album & corpus. quæ esse tamen diuersum inter se habent, & duo utiq; existunt, quãuis album à corpore recipiente non seiunctum sit. Ex

iis uerbis

his uerbis aliud argumētum ualde nobile producit, necessario uidelicet ob hoc esse accipere non solum ens significare unū quemadmodum dicebamus, sed nō æquiuocū, sed & quod ens. quod est accidens, hoc est quidpiam aliud præter substātiam, ex nouē prædicamētis quidpiā aliud tanquam subiectum dicere necessario habebunt. At uero non erit secundum ipsorum sententiam, qui ipsum ens solum esse prædicant. alterū enim esse debet præter ipsum ens, quod illi constituunt nam subiectum aliud ab eo est, quod sibi inest. At ratio necessario probat illud aliquid esse, quod ipsis dicere non licet, qui unum esse ens dumtaxat dicāt. quod reliquum est, illud erit non ens. Erit igitur aliquid non ens. quod necessario res ipsa postulat, esse uidelicet aliquod subiectum huic enti atq; substratum. ergo reperietur ens accidens sine subiecto. Neq; enim ratio ipsorum dicere permittit aliud esse ens, quod tanquā enti subiicia tur, propterea φ ens significare unum dicunt & non multa. ut hoc modo sibi sit utrunq; subiectum, & quod accidit. Cæterum sic ens statuebant, ut unum & non plura significaret. Quod si effici non potest, ens ut illud sit, quod alii accidat, sed potius illi aliud accidat, quod prorsus erit non ens, unum enim ens, qua de causa potius ens est hoc subiectū, & non ens. & quomodo. Dico corpus albedinis recipiens album dici per participationem. & caliditatis recipiens, calidum ita & ens quoq; recipiēs tāquam accidens non ens, non ens erit. sed erit non ens, quia participat de non ente. sicut ipse in exemplo albi ex suppositione loquitur. Quoniam uero non ens dupliciter dicitur, unum quidem secundum aliquid non ens homo enim unum quidem est, non entia autē infinita. quod uero nullibi ac nullo modo est ens, tale illud non ens.

QVARE etiam si album significaret.

Ab utraq; parte uersat argumentum suum. esto enim inquit quod accidens alicui est, quod ens quidpiam album. hoc certe album uel ens est uel non ens. si ergo quod nō ens est, accidit autem cuidam enti, per albi participationem album erit. per participationem non entis erit non ens quod si album est. ens, plura certe entia sunt & subiectum ipsum, & id quod sibi aduenit. & non unum, quemadmodum ipsi sua ratione asserunt. Simulq; apparet, nos ne magnitudinem quidem sibi concedere. qua igitur ratione dicis ipsum esse finitum quum ipsum dicis μεσόθεν ἰσοπαλὲς in medio æqualiter libratum? Quare autem magnitudinem habere non necesse est id, quod ens est. an quia omnis magnitudo diuidua in partes est? & erunt plura entia, quæ per partes inter se differant. neq; enim diuidetur magnitudo, in accidentia entia sed in uere entia ens sicut & ipsum ita de natura habet & cōstat καθὸς ἔχει καὶ αὐτὸ φύσεως ita fiet, uti plura sint quæ & entia. Vt declaret autem quicquid est ut ens, diuidi in ea quæ ut entia sunt, omissa corporali naturaliq; hominis diuisione in caput & manus & pedes & in reliqua membra substantialem accipit. Qua de causa id fecit? hac de causa scilicet, quia illæ partes quidem sunt indiuidui singulatim. hæ uero sunt hominis uniuersalis, sicut animal, pedestre, bipes. magis autem proprium atq; præcipuum uidetur uniuersale ut ens, quam ipsum particulare. Nam quanquam primam substantiam esse dicit singulare quod libet & præcipue, tamen ad nos hoc dicit & ad sensum nostrum. ratio est, quia illud uniuersale natura prius & honoratius extat atq; incorruptum, sicut in disciplina demonstratiua disputauit. circa quod ipsæ quoq; demonstrationes existunt. Ex diuisione igitur sic instituit sermonē suum, quum animal et bipes partes sint hominis huius, quem statuimus esse ut ens, illas quoq; partes esse aio quæ & entia. si non accidētia sunt. Quod si accidentia sunt, uel ipsi homini accidentia uel cuidam alii. sed id nō potest. Accidentia nanq; duobus modis dicūtur. uel simpliciter accidētia, quæ aduenire uel nō aduenire cuipiam rei contingit. & si hoc modo cōtingit aduenire & nō aduenire animal & bipes ipsi homini. uel ipsa per se accidētia, circa quæ sciētiæ quoq; demōstratiuæ existūt. ut simum in nare, in ratione cuius subiectū est. simitas enim est in nare cauitas. hoc autē fit quoniā nō in quopiā alio subiecto simū inueniri potest quā in nare. Et si hoc est, in ratione animātis erit homo itidemq; in ratione bipedis. sed e diuerso reperitur res. Ipse autem præsumit & cōstituit assumptū tale λῆμμα quæcūq; in disinitione cuiuspiā rei dicūtur, uel ex quibus cōsistūt sicut in lignis et aliis, quæ partes sunt, & domus quod totum est, totius uel compositi definitionem nō dici in ratione eorum definitiua.

VEL in albo hominis albi ratio atq; definitio.

Dixit quæcunq; in definitiua oratione in sunt, in ratione horum non in esse rationem totius definitiuam, & in definitiua oratione hominis in sunt animans, bipes, in quarum rerum definitionibus ratio definitiua hominis non inest. Quæ autem sunt, ex quibus existūt. hoc est ex albo &

homine est homo albus, in quorum definitionibus ratio totius definitiua non inest, sed e contrario. Iterat igitur & colligit uerba sua hoc modo, si simpliciter hæc accidentia definitionis partes adueniunt homini, ab ipso separentur, necesse est, sed id nō potest. Sin per se accidētia sunt, in horum quoq; definitione ratio hominis in sit, necesse est sed id quoq; esse non potest, e' contrario nanq; magis se habet res. Quod si cuipiam alii ac non homini hæc accidentia sunt, & quod ex ipsis constituitur, accidens illi erit uidelicet homo. Sed hoc extet absq; ulla demonstratione ἀναπόδεικτον tanquam assumptū consensu omnium approbatum, quod est ut ens, illud nō esse accidens. Alterum quoq; tanquā assumptum statuatur per se apertum ac manifestū, quod superius ui rationis collegit et confirmauit, quum dixit, si partes alteri accidunt, & totum illi accidit, uel ambo simul, uel utrunq; particulatim accidit, & quod ex ipsis consistit, accidens quum sit, illi accidet. Exempli gratia si musicum accidit homini, & rursum albū & musicum, album simul homini accidet.

EX indiuiduis igitur totum constabit.

Concludens sermonem suum ita profert, qui quidem duplicem forte' habet intellectum. Vel ex indiuiduis ἐξ ἀδιαιρέτων pro idiuiduū ἀδιαίρετον attico loquēdi more, sicut τὸ ἐκ τρίτων ἀντὶ τοῦ τρίτον quod ex tertiis est pro, quod est tertium. Et quoniam supra dixit unum dici modis tribus, uel continuitate, uel ratione, uel indiuiduo, de duobus primis locutus non esse uidelicet neq; continuitate unum, neq; ratione, colligens orationem suam ita ait. Restat ergo, ut indiuiduo unum sit. uerum id quoq; esse non potest, ut ante ostendit. Quomodo enim habebit magnitudinem, præsertim si finitum dicetur hoc unum, sicut Parmenides asserebat, uel infinitum sicut Melissus cēsebat. indiuiduus nanq; finis, non finitus, uel ergo sic, uel ad simul propinquū. Ex longis igitur indiuiduis constabit ipsum ens, & non ex accidentibus uel sibi uel alteri, atq; est simplicior præceptio hæc.

QVIDAM autem utriq; rationi assenserunt ἐνίδοσαν.

Qui uero inquit sunt ex schola Platonis & Xenocratis ἐνέδοσαν τοῖς λόγοις ἀμφοτέροις se insinuarunt in utranq; rationem, hoc est assensi sunt & ei, qui diceret, quod præter ens, est non ens. & ei, qui ex dissectione ἐκ διχοτομίας iis quidem, qui esse non ens dicebant, iis autem, qui magnitudines indiuiduas faciebāt. Quæ nam autem sint hæc, altius dicendum uidetur, ut quē sensum hæc uerba habeant: quidam autē assenserunt, facile' intelligatur. In Sophiste de non ente Plato sic disserit, in eo nanq; libello Socrates est, qui Sophistem alloquitur hoc modo. tu es præstigiator atq; deceptor oculorum hominum γόης, qui circa ea quæ non sunt, dolose uersaris. Sophistes respondet, reliquum esse non ens. contra quē Socrates instat, pluribus modis esse non ens. τὸ ἄρρητον in explicabile, quod est nullibi & nullo modo. Secundum τὸ καθ' ἑτερότητα quod est secundum alteram ab alia parte diuersitatem, hoc quidem non ens, illud autem ens. tertium, quod ente melius est, hoc est super essentiale ὑπερούσιον quartum, quod ente deterius est, id quod etiam post essentiale appellat μετούσιον & aliud, falsum quod phātasia hoc est imaginatio mentis sibi comminiscitur atq; confingit, quod ex opinione & sensu est, sicut remus in aqua apparet, quem remum opinio tenet non esse inflexum, sensus uero' esse inflexū tenet.

PERSPICVVM quoq; est.

Parmenides in suo proprio Syllogismo dicebat minorem propositionem, quod præter ens, est non ens. Sed Aristoteles quum sciret atq; intelligeret in entibus solis id positum esse, non tamē in non entibus, hanc rationem uitio dabat atq; uituperabat tanquam falsam. Si enim inquit dicimus, non ens opinabile est, sed per accidēs tantū hoc uerbū est non enti adaptatur opinabile enim est, & non ens est. Et paulo ante antiquos quoq; dicebat metu trepidasse, ne per hoc uerbū est rē unā facerent duas, quū dicerent, Socrates albus est. hac de' causa quosdā ex iis fuisse, qui est abstulerunt. quosdā, qui orationem sic concinnarunt. Socrates albefactus ὁ σωκράτης λελεύκωται ut dubiū non sit, est non habere locum in non ente. Qui uero' ex familia Platonis erāt huic rationi assentiebantur, quia si unum solum significat ens & non decem prædicamēta, quantū tale est colendū & obseruandum, est enim nō ens. materia nanq; est nō ens. pariterq; quod super ens extat. tamē est sibi cōmode quadrat & cōuenit, qūo oportet & nō simpliciter. ut enim ipsa materia accipitur atq; cōprehēditur, ita se habet & est. Tria nāq; inquit alio loco Timæus, tribus cognoscūtur. id ea quidē, intellectu p sciētiā. materia autē, mētis discursu nō legitimo λογισμῷ νόθῳ. ideo q nōdū recto tramite à mēte intelligatur, sed per pportionē & cōuenientiam

nietiā κατ' ἀναλογίαν effectus aūt & edita opera rerū & sensu & opinioē cognoscūtur. Habet igitur & est in nō legitimo discursu, q in specie semper cernitur. in nō ente autē ligno ente uero quapiā re alia, Aristoteles quoq; est, constituit. sed ita assentiebantur, ut esset non ens. Ad dissectionem autē, quā is necessario faciebat, et apud illos unum multa, esse demonstrabat, se insinuabant magnitudines indiuiduas facientes. Contra quæ alio loco certat philosophus, quum de lineis indiuiduis scribit. Sed ii dicebant. isto illud quoq; ens habens magnitudinē & indiuiduū, ita ut semper unū cōsistat. Ipse autē dicit. si hoc est, neq; fieri potest, oppositio simul ut sit. quomodo enim & ens esse & ens nō esse cōtinget. Ideo illi aiebāt. quod præter ens, nō ens. hac mente scilicet, ne aduersa contradictio ἀντίθεσις media intercipiatur, & fiat deinde quod præter ens, ens. At ego inquit in ea quæ non simpliciter generatio est, dicerē non ens. quod enim album non est, est ens nigrum uel fuscum uel quodpiam aliud. Porro dicere, si nihil aliud quidpiam erit præter ens ipsum, omnia unum futura à ratione prorsus distat. Esto enim nihil aliud esse præter ipsum ens erit autē diuiduum tanquam magnitudinem habens. & rursum ens multa fiet. Hinc principia quoq;, quæ physici homines decreuerunt, prosequitur ex quibus quidam trium rerum unam tanquam subiectum posuerunt absq; sola terra, uel quodpiam aliud elementum, uel medium ignis & aeris, uel medium aeris & aquæ. utraq; enim dicuntur. & cæteras res generant in densitudine & raritudine, in exuperantia & in defectu. sicut Plato inquit magnum & paruum, materiam intelligens. paruum quidem. tanquam informem. magnum autē, tanquā quæ omni rerū forma effingi atq; signari possit ἀναμάττεσθαι πάντα δυναμένη ex quo ἐκμαγεῖον impressorium receptaculum & rerum matrem ipsam uocat. & quæ participat bonū. omnes nāq; res participāt numē diuinū, neque extra prouidentiā ipsius quicquā cadit. priuatā tamē dicit τοῦ καλοποιοῦ εἴδους specie ea, q̄ res decorat honestatq;. Cæterū Plato magnum & paruum tanquā subiectū constituit. formam autē, supernè. Illi autē elementum illud unum, subiectum esse statuebant. densitudinem autē & raritudinem, superne tanquam differentias accedere.

ET QVICVNQVE unum & multa esse dicunt.

Anaximander non ponebat principia, contrarietates, sicut illi unà cum subiecto raritudinem & densitudinem. sed unum tantum elementum ponebat. ex quo exprimi contrarietates dicebat & excerni. At Empedocles Anaxagorasq; in eo q unum & multa principia esse dicebant, conueniebant. ii nanq; cæteras res omnes ex mixcela illa extrahebant, Anaxagoras quidem dicens: ἦν ὁμοῦ χρήματα πάντα erant simul cunctæ res. At Empedocles ex illo suo sphæro, quem amor atq; concordia elementorum faciebat, litem excernebat & sciungebat, mundumq; faciebat. Discordabant autē inter se in hoc, q hanc excretionem semel factam Anaxagoras uolebat. Empedocli uero placebat circuitu maximorum annorum certorumq; temporum ambitu aliquando ex amore fieri sphærum, interdum autē ex lite fieri mundum. Hunc sphærum iunioris ætatis homines in confusa mole rerum in prouerbii loco collocabant. at ille pro Deo habuit hunc sphærum suum, sicut in aliis locis inuenimus. Præterea neq; inter se ad huc concordare uidebantur, propterea q Anaxagoras quidem excreta hæc corpuscula pauxilla infinita esse aiebat, & quæ undiq; sui consimilia ὁμοιομερῆ, & ipsa contraria. Empedocles uero sola quatuor rerum primordia statuebat. Hinc quantum in ea parte fuit, Anaxagoræ sententiæ assentiri incipit. communis enim inquit omnium physicorum opinio est, ex nihilo fieri nihil sed ex aliquo ante fieri, quæcunq; fiunt. Ideoq; Anaxagoras initium faciens suæ disciplinæ hæc uerba scribit. erant simul cunctæ res. ἦν ὁμοῦ τὰ χρήματα πάντα. neq; aliam generationem præter alterationem esse opinabatur. Verba uero illa, aliqui autē concretionem & discretionem σύγκρισιν καὶ διάκρισιν media interseruit, tanquam alii physici longe aliter dicerent, quam qui ita loquerentur. Quidam enim erant, qui raritudinem & densitudinem esse aiebant. alii autē, qui magnum & paruum ceu exuperantiam & defectum. quidam, qui ex uno contrarietatum excretionem. alii etiā, qui quatuor elementorum ex sphæro excretionem Anaxagoras autē ex miscela suas homiomerias insitas extrahebat. alii uero concretionem & discretionē, asseruerūt ex quibus atq; ex subiecto cæteras res omnes gignūt. Denuo autē opinioni Anaxagoræ assentitur; quoniam contraria ex contrariis gigni cernebat: ex nihilo autem quicquam non gignitur. contraria igitur inerant in eodem. Et a diuisione pro Anaxagora argumētatur. Si enim quicquid gignitur, uel ex aliquo uel ex nihilo gigni necesse est. Sed ex nihilo ut

gignatur, esse non potest: de hac nanque opinione omnes philosophi consenserunt: ergo ex entibus quidem, ex homiomeriis uidelicet, sensu uero nostro incomprehensibilibus ob exiguitatem molis suæ.

PROPTER hanc causam omne in omni permixtum esse dicunt.

Quia quodlibet ex quouis gigni cernebant, hoc est ex cibo nasci sanguinem & reliquos succos corporis, itidemque ex cæteris epulis, & plerunque contraria oriri ex contrariis: idcirco aiebant ii, qui Anaxagoram Claromenium sequebantur & decreta eius tenebant, omne in omni esse permixtum atque confusum. Is autem & primus omnium extitit, qui opinatus est fabricatorem intellectum efficientemque causam fuisse, quæ hoc discrimen rerum omnium ex illa miscela promoueret. ideoque quidam uenuste ac decore ipsam mentem appellarunt νοῦν. Dicebat itaque Anaxagoras omnia in omni esse permixta & infinita. quicquid autem ex illis gigneretur, uideri ens summe impermixtũ, & ab eo appellari, quod in sui substantia maxime dominaretur. Ratio est, quia uerbi gratia in pane plures cibi homiomeriæ insunt quam arboris uel ligni uel pilorum uel aliarum rerum, propter hoc cibi nomen accepit, & non aliud nomen infinitarum rerum ex quibus constat, secumque defert ex illa prima omnium rerum miscela. Posteaquam autem huic opinioni assensus fuit, sicut more suo plærunque facere solet & in pluribus aliis locis. Philosophus, hinc initium capit eiusmodi opinionis confutandæ. Si igitur inquit quælibet disciplina atque præceptio ex cognitione oritur ante insita & innata ἐκ προυπαρχούσης γνώσεως operæque pretium est nos prius principia ipsa maxime cognoscere, quã quæ ex ipsis principiis existunt, si recte cognoscere debemus, opus in his quoque fidem principiis magis præstare, maximeque ipsa scire & intelligere, quam quæ ab ipsis sunt. Quærendum igitur est, si ipsa principia quorum infinita multitudo est, cognoscere res ipsa nobis permittat. & syllogismo utens ita loquitur. Principia rerum, sunt infinita, infinitum, non est cognoscibile. principia igitur, non cognoscibilia sunt. Quod si principia non cognoscibilia sunt tanquam infinita, & quæ ab ipsis sunt incognoscibilia prorsus existunt infinita autem sunt & secundum multitudinem plura nanque infinita quoque ex miscela simul consistunt ad substantiam alicuius rei constituendam. secundum & magnitudinem. quia in ipsis minimum non inuenitur, sed adhuc minus minusque datur. atque hoc semper modo proceditur secundum proprietatem quanti continui, & secundum speciem. nam calida & frigida, & mollia & aspera, & acida & dulcia & amara, & reliqua omnia. Secundum argumentum ponit, quod tale est ex secundo hypotheticorum, si partem cuiusdam rei quálibet & quamuis esse contingit, & totum esse contingit. atqui totum esse non contingit, ergo ne partem quidem.

DICO autem aliquam eiuscemodi partium.

Antea dixit partes hominis albi, album, & hominem. nunc autem ad harum distinctionem, partes eas dicit, in quas rei inhærentes, diuiditur ipsum totum. Caro nanque & os & talia sunt partes animantis, sed inhærentes sibi, & quæ per se existunt. fructus quoque & frondes & trunci partes sunt plantarum uel potius arborum. album autem, pars hominis albi est, sed non inhærens, & quod per se existat. sed accidens tantum est atque in toto solo consideratum. Interitu igitur & sublatione eius, quod sequitur, fieri uidelicet non posse, ut quantumlibet sit ὁπηλικονοῦν & secundum magnitudinem & secundum exiguitatem uel os uel caro, ad quod enim quantũ utrunque horum progredietur in magnitudinem, ad quantũ autem usque & decrescet ac minus fiet tollitur antecedens, quod erant in ea miscela homæomeriæ, quæ quidem homæomeriæ exiguitatis suæ terminum ignorant, neque minimum habent. ut quæ semper secundum ius quanti cõtinui minores ac minores inuentæ sunt. Tertium hic argumentum accedit. in quo primum accipit tanquam confessum assumptum, quodlibet corpus finitũ interimi a corpore finito. si enim uerbi gratia centum cubitum est linamentum contentum, & est finitum omnino, deinde illius mensuram constitues rem aliquam pluribus uicibus minorem ac finitam, maior res permetietur a minori, totaque absumetur. Si hoc ergo est, ratio Anaxagoræ nõ satis tuta neque stabilis est. si enim res omnes in miscela insunt infinitæ, neque ulla ex hac generatur, sed res inhærentes tantum excernuntur, esto miscela aqua. excernanturque ex ipsa quæ finita est, corpora infinita, caro, & caro rursum ex reliquo illius miscelæ extrahatur, ac rursum alia caro minor semper minorque. Quod si minor, non prorsus & minima, ut ob hoc excretio hæc sistatur. ita semper corpuscula extrahẽtur, & magnitudo finita a finitis corporibus non haurietur neque absumetur.

sed

sed minus semper extrahetur.

SVA exiguitate magnitudinem aliquā non absumet.

Natura nāq; continui talis est. si igit' ex supposita miscela hoc est ex aqua caro secernetur. quādiu autem fiunt hæ ablationes in minorem semper magnitudinem aqua decrescēte, minor semper aufertur. caro tamē quædam sui exiguitate non ita uincet, ut alia non minor adhuc ipsa uideatur. id nāq; in continuis esse non potest. Ergo si excretio hæc cōsistet atq; ex opere requiescet, ratio ipsorum non seruat dignitatem suam. quæ erat, omne in omni esse permistū. ecce enim ablatio sistitur. & quod ex ea miscela reliquum est. non habet homœomerias carnis: ut ab illis caro colligatur. Quòd si excretio hæc in opere suo semper progressa nūquam sistetur, sed ex illa rerum miscela semper extrahetur caro: si minorminorq; adhuc semper erit, quū miscela finita sit, & ablata corpuscula ἀφαιρέματα magnitudinis finitæ sint, ipsorū multitudinē infinitā esse continget. hoc autem esse non potest. Vtitur autem in his etiam secundo modo hypotheticorum, quo sublato consequenti tollitur & antecedens, ponit igitur alterum argumentum tale. si caro tanquam continuum semper diuidua est, neq; minimum in ea accipere est: quāquam secundum materiam talis est, tamen secundū formam omnis caro terminata & circūscripta est & magnitudine & exiguitate. Statuatur igitur minima caro secundū suam ipsius formationē πέρι τὴν εἶδος ποίησιν αὐτῆς secūdū enim materiā, ut statuatur. esse non pōt. Ergo si ut ratio ipsorum loquitur, omne in omni permixtum est, & omne ex omni excernitur, quidquā ex minima etiam carne extrahetur, necessarioq; minus erit quod extrahetur. minus igitur minimo reperietur. quod esse non potest. Aliud argumentum ex decreto κατ' ὑπόθεσιν is igitur nullo modo naturale corpus infinitum dicit, sicut & demonstrabit. sit tamen ex decreto corpus tale & miscela ipsa sit. inerit in illa quidem & unum & ens & infinitum, & ab alio separatum. quod esse non potest. Quoniam uero Anaxagoras dicebat hæc secerni nunquam, sed in omni omne semper esse permixtum, quum ita diceret inquit ille, non sciēter dicebat. rectè autē dicit, quū aliomodo dicit. accidētia nāq; & passiones semper à substātiis inseparabiles existūt.

SI IGITVR colores corporis & habitus permisti sint.

Quoniam inquit Anaxagoras nunquā secerni, sed rursum in ablatis corpusculis inesse homæomerias cæterarum rerum, is inquit transferens sermonem in aliud dicendi genus rectius loquetur, q̄ cum ita loquitur. species scilicet quæ in homæomeriis insunt, has enim infinitas quoq; in miscela esse statuebat, calidum, frigidum, dulce, amarum, molle, asperum, & reliqua. Hæc igitur naturam talem non habent, ut separari, ac secerni substantiis queant. hæc nāq; omnia de subiecto, & in subiectis existunt. Quod si seiungentur ac secernentur, ipsa per se erunt, neq; altera quidem entia secūdum subiectū. Quare si hæc secerni non possunt; absurdus is qui apud ipsum est, intellectus, ut qui ea quærit, quæ esse non possunt. tum secundum quātitatē: quia aliquod continuum diuisione secundum materiam nequit consistere, tum secundum quale, propterea q; passiones habitusq; per seipsæ stare aliquando absq; substantiis non possunt. Si igitur uitio dandus est is, qui ea tentat aggrediturq;, quæ fieri nullo modo possunt, uituperandus, et is suus quoq; intellectus est, quem ipse primus ex decreto suo inducit tanquā parentē opificēq; omnium rerum & causam huiusce uniuersi effectricē, sicut perbellè ac lepidè mens quoq; appellabatur, ut supra diximus. Quia uerò & eorum solum quæ ex consimili specie essent ὁμοειδῆ generationem admittebat, tāquam ex solis homæomeriis genita ipsa res esset; ex anhomæomeriis autē generationem esse prorsus negabat, ipsam rerum actionem ad confutationem ipsius ponit Philosophus, Est enim inquit, ut limum ex limo gignatur, & in multiplex limū unū diuidatur limum. est autem, ut aliqua res non solū ex homæomeriis generetur sicut in limo, sed etiam ex anhomæomariis. ut domus ex lateribus ac lignis & clauis & cæmentis genita & constituta. Ex quo & ipsa quoq; elementa a natura habent, ut aliud ex alio generentur non per excretionē ex homæomeriis, sed etiam ex anhomæomeriis secundū quandam alterationē. Quia igitur eorum, qui infinita principia eiuscemodi esse dicebant, orationem reiecit: rectius dicit esse dicendū, pauciora finitaq; elementa rerū existere. sicut Empedocles, qui quatuor elemēta statuebat. Vsq; adhuc omnes inquit contraria, principia faciunt ipsarum rerum. reiicit & hoc, quoniā & ipse in suæ disciplinæ progressu ui reducet ad hoc propositū oratione ipsius ponetq; priuationem tertium principium unà cum forma, quā plato introducit, & cum materia. Forma autem priuationi prorsus contraria est. Quin et Democritus ipse quum inane & plenum

dicit κενὸν καὶ πλῆρες, contraria hæc ponit. itidemq́; quum adiicit differentias atomorũ, quas ramentis minutissimis, quæ in radiis Solis per ianuam ingressi cernuntur, assimilabat. uel hæc potius esse atomos constanter asseuerabat, sicut in his, quæ de anima sunt, cognouimus. Siue igitur ex uero sensu, siue lusus cauillationisq; gratia hoc dicant, ego quidem nescio. usq; adhuc tamen Democritus Abderites quum eiuscemodi quædã principia introducat, addatq; his & differentias quoq; ipsorum, positionem, figuram, ordinem, quas differentias atomorum abderitiis quoq; nominibus appellat τροπὴν, ῥυσμὸν καὶ διαθιγὴν, hoc est uersionem, tractum, siue ductum, tactum siue connexum. dicens τροπὴν positionem, supra, infra, dextra, sinistra, ante, post. in hasce nanq; partes se conuertit, quicquid mouetur. ῥυσμὸν figuram intelligit ἐκ τοῦ ῥύεσθαι à trahendo, uel deducendo. ex puncto enim deducto lineæ consurgunt; ex quibus postea figuræ existunt. quæ deinde sunt uel rectæ, uel angulatæ, siue rotundæ, & curuatæ in angulos diuersos, uel alio modo se habentes διαθιγὴν ordinem intelligit. ordo nanq; facit, ut contingat quidem alia aliam hoc uel illo modo. Hæc inquam principia quum Democritus dicat, contraria quoq; & ipse introducit tanq̃ principia quædam. Quin autem iusta de causa contraria, principia extent; haud dubium est. nam principia ipsa neq; inter se aliud ex alio esse necesse est, ut ne sit unum principium alterius principium. neq; ex aliis rebus, ipsa constare par est. hac de causa uidelicet; ne ea unde hæc constent, principia rerum existant. Tertium his accedit, ut ex his tanquam ex principiis cætera sint, quæcunq; sunt. Ita ex primis contrariis uel scilicet densitudine & raritate, uel exuperantia, & defectione hæc existunt. cæterum ex raro densum qui gignitur, quando ex raritudine densatio non generatur? Cui loco respondendum est, subiectum scilicet rarum in densum mutari. nam substantiæ proprium officium est, se ipsam idem et unum numero existentem, contrariorum capacem esse atq; recipientem secundum suam ipsius mutationem. Posteaquam igitur realiter πραγματικῶς extruxisset argumentum suum ad rationis quoq; uim uirtutemq; ipsum transfert ac reducit. nam quum rei causam quærit & inuestigat, rationẽ quærit, & inuestigat. Ponit igitur sumptionem primam λῆμμα quicquid agit nõ quoduis agere in qđ uis. neq; quicquid patitur, à quouis pati, nisi id per accidens fiat quispiam enim erit, qui ab albo discet. neq; patietur ab albo per se, sed per accidens. discet enim a suo doctore, cui contigit natura album. pariter & quod album fit, ex non albo fiet non secundum tamen mutationem ipsius qualitatis, sed secundum subiecti mutationem sed non ex quolibet non albo, sed ex nigro uel ex intermedio colore fiet hæc mutatio. Etenim & uox ipsa non album, sed non ex tali non albo. neq; enim ex non uoce album simili ratione & musicum, ex non musico hoc est, ἐξ ἀμούσου ex ignaro musices. est nanq; non musicum etiam secundum negationem, sicut lapis non musicus; est & secundum diuisionem uel distinctionem, sicut non musicum τὸ ἄμουσον ignarum musices priuatione musici. sicut etiam ageometretes & arithmeticus ex negatione, & malus geometra per affectionem geometricæ scientiæ. Quare ea quæ per affectionem studiumq; rei κατὰ διάθεσιν sunt, proprie contraria habentur in quibus & duplex ignorantia rei est. quæ enim ex negatione tantum, simplicẽ ignorantiã habent pariterq; se rem habere & in corruptione quoq; dicendum est.

SIMILI ratione & musicum non in quoduis, sed in male musicæ affectum εἰς τὸ ἄμουσον καὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ μουσικόν.

Antea & dictum fuit, non ipsa inter se aliud ex alio mutari secundum suam ipsorum mutationem. eiusmodi nanq; tanq̃ positiones immota manent. nunq̃ enim esset, ut bona ualetudo in morbum abiret mutata. sed qui morbo laborat, mutatur in rectè ualentem. uel econtrario. ipsæ nanq; mutationes materiæ adscribuntur. Nam immotam formã atq; in eadem sui natura semper permanentem, Timæus quoq; constituit apud Platonem. materiam autem, æternam quidem esse existimat, sed non prorsus immotam. Quod autem est tanq̃ editus partus ἔκγονον hoc est sensibile, immobile secundum formam atq; immutabile existit. secundum uero materiam mouetur, atq; in mutatione uersatur. Quatenus igitur passiones & affectiones formæ rationem obtinent, ipsæ immobiles per se stabunt. sicut & subiectum, quod materiæ rationem sustinet, in qualibet mutatione uersatur. Ergo musicum interibit in non musicum. & in hoc non in quoduis, sed εἰς ἄμουσον in musices ignarum. nanq; & ipsa quoq;, quæ non simplicia sunt, cuiusmodi sunt statua, & domus, & quoduis aliud inuentum in compositione, & ordine, & figura eandem rationem habet. Quia uero domus ipsius contrarium uel statuæ non suo quodq; nomine appellatur,

pellatur, res latet. quod si generaliter loquereris, in illis quoq; eadem ratio inueniretur. Compositum enim quodq; ex non composito. & concinne adaptatum ex non concinne adaptato, & figuratum ex non figurato generantur. & hæc in ipsa intereunt & corrump ntur. Quia uero ἡ ἀναρμοστία disconueniētia siue uitiosa partium quadratio est & in domo non probe apteq; extructa, & in synphonia concentu uocum, ꝙ non recte se habet, & in uictu moralibusq; institutis uitiose ordinatis, sicut diuulgatum est illud Apollinis responsum ad socratem, musicam ut adipisceretur, non ex qua uis disconuenientia conueniens domus proportio generabitur, sed ex quæ sibi opponitur. & reliqua se habent eodem modo. Domus nanq; non gignitur ex non constitutione, sed potius ex eo ꝙ partes ex quibus ipsa constituitur, hoc uel illo modo aliæ ab aliis disiunctæ iacent. ὡς ἐξ ἀσυνθεσίας ἡ σύνθεσις tanq̄ ex dispersione compositio partium. & ordo ex inordinatione. & figura ex non figuratione ἐξ ἀσχημοσύνης non ipsa tamen mutantur, sed ea, quæ sibi subiecta sunt. Ex quibus rebus colligitur quicquid gignitur, ex contrariis gigni, & quicquid corrumpitur, in contraria corrumpi, uel in ea quæ media inter ipsa interiacent. Quæ autem inter contraria media interiacent, contraria & ipsa esse docet Plato in Phedone, qui ex hac ratione collecto argumento animo ipsi attribuit immortalitatem.

VSQVE adhuc igitur.

Quum scopum propositum sibi philosophus habeat, se quoq; uelle ponere principia rerum, contraria ipsa formam dico & priuationem unà cum tertio subiecto hoc est cum materia, ostendere uult sententiam suam cum sententia quoq; antiquorum congruere & conuenire. Dicit itaq; omnes quoq; philosophos antiquos usq; adhuc eos qui ante se fuerunt, secutos in hoc fuisse, ꝙ principia rerum uoce consensuq; communi contraria esse decreuerunt. quanq̄ absq; ratione causaq; eiuscemodi opinionem constituerunt quasi inconsiderate & sine ulla demonstratione. Tamē alius ab alio differūt, ꝙ quidā priora contraria, principia posuerunt. quidā autē, posteriora. Deinceps quæ nā ex cōtrariis priora essent & quæ posteriora exponit tali oratione. priora dico ea, quæ ratione notiora clarioraq; existūt, & quæ non cadūt manifesto sub sensum. posteriora ea dico, quæ sub sensum cadūt. Quidā enim dixerūt ut Parmenides. calidū & frigidum, hoc est ignem & terrā. alii autem humidū & siccum. Hæc autem sensilia sunt, & sensui subiiciuntur. Calidum autem & frigidum, efficientia sunt, siccum uero & humidum, patientia. quare hæc etiam priori & posteriori inter se distant ob hanc scilicet causam, quia ea quæ efficiunt, illis priora sunt, quæ ab aliis patiuntur. Ex his rursum ut sensilia sunt, par & impar ἄρτιον καὶ περιττόν inter se differant, ut quæ ratione priora sunt. hæc autem Pythagoras constituit. at Empedocles ponit concordiam & discordiam rerum νεῖκος καὶ φιλίαν. Quo fit, ut omnes simul principia longe alia inter se constituant atq; concelebrent. nam quædam priora sunt, quædam autem posteriora, atq; eadem tamen conuenientia & comparatione κατ' ἀναλογίαν. hæc enim omnia secundum exuperantiam atq; defectionem dicuntur. sicut & qui raritatem & densationem constituunt μανότητα καὶ πυκνότητα. raritas nanq;. exuperantia. & exuperantia & defectio magisq; hæc complectiua sunt. Deinceps ea quoq; ponit, quæ notiora sunt secundum rationem, & quæ secundum sensum. & in summa loquitur sic, uniuersale & quod magis complectiuum est, notius esse secundum rationē ratio nanq; ὁ λόγος circa uniuersalia uersatur. quæ uero ob sensus posita sunt & ob hoc particularia, magis sensu comprehenduntur, ut quæ sensu notiora sunt. & deinceps hæc quæ sint, connumerat.

VT MAGNVM et paruum.

Magnum & paruum ponit notiora esse secundum rationem. rarum autem & densum, secundum sensum. At uersa uia ἀντιστρόφως id erat agendum. ratio est, quia magnum & paruum, sunt quanti. rarum autem & densum, qualis. quantum uero magis sensibile existit, quatenus etiam magis corporale extat. Sed ad hoc dicendum, ad subiecta ipsum respexisse secundum quod & rarum & densum sensibiliora existunt. at magnum & paruum ratio est, quæ in materia terminat, ac diiudicat. magnum enim, ut quod recipere cuncta in se potest. paruum, ut quod nihil ex illis est. hæc nanq; non sensu comprehensibilia, sed ratione diiudicabilia existūt τῷ λόγῳ διοριστά. Hinc colligens orationem suam ait, contraria principia esse oportere, perspicuum esse.

PROXIMVM autem est, ut de numero ipsorum loquamur.

Non esse quidem unũ contrarium principium manifestum est. utrum autẽ duo uel tria uel plura sint, quærẽdum uidetur. neq; enim infinita ipsa ponẽdum. rerũ nãq; infinitarum sciẽtia nulla extat. ergo ne ipsorum quidẽ contrariorum principiorum, si infinita sunt, sciẽtia erit. Ipse autem aliter suæ rationis illationẽ facit, hoc scilicet modo. si infinita essent, quæ in uno contraria existũt non solum ipsa, non scibilia sunt, sed ne ipsum subiectum quidem unum scibile erit. Quam ob causam? ob hãc uidelicet, quia huic subiecto contrarietas quoq; una sat est. unum autẽ genus & quæsitum unum, substãtia. de entibus enim quærimus, ex quibus rebus existãt. Quare quãti quidem contrarietas, æquabile & inequabile ἴσον καὶ τὸ ἄνισον. quãti, simile ac dissimile ὅμοιον καὶ τὸ ἀνόμοιον. eorum quæ ad aliquid, magnum & paruum. Ita substãtiæ quoq; contrarietas erit, forma & priuatio, de quibus progressus disputabit. quarũ rerum gratia hãc suam omnem instituit disciplinam atq; disputationem, ut scilicet ostendat contraria principia existere, rem esse probabilem & conueniẽtem. Alia quoq; de causa, ut scilicet doceat satius & rectius esse ex finitis cũcta consistere, sicut ait Empedocles q̃ ex infinitis ut Anaxagoras dicebat. quascũq; enim res is constare faciebat ex infinitis, Empedocles constare facit ex finitis. Præterea si plurima contraria sunt, alia aliis priora erunt. sicut exempli gratia dulce & amarum, albo & nigro. quia enim mel album est, per dulcedinẽ excellit. quia uero nigrum est, habet amaritiem. forte & è contrario. ob dulce, albicat. ob amarum, nigricat.

QVONIAM uero finita.

Posteaq̃ contraria necessario principia esse constituisset, & non simpliciter contraria, sed priora, alia enim aliis priora sunt, quo'd hæc neq; ex aliis existãt, neq; ex seipsis uicissim alterum cõstat ex altero tanq̃ ex quibusdam subiectis, posteaq̃ etiam superiorum philosophorum sententiam summopere adprobasset, quorum quidam magnum & paruum dixerunt, quidam autem raritudinem & densitudinem, alii amorem & discordiam rerum, & alii alia, quod tertium quoq; necessario' quæritur, scrutatur deinceps & contemplatur. Nam si sola hæc contraria sunt, dubitaret quispiam necessario', quomodo densatio procreabit raritudinem, uel ipsa illam. Cæterum nonne superius dixit, contraria alterum gigni ex altero? quid est igitur, q̃ hoc loco ait, dubitaret quispiam in hoc? Cui rei respondemus uel utiq; contraria ex seipsis uicissim generari sed non secundum rei subiectæ mutationem. non dare igitur & tertium quid sibi subiectum, hoc affert dubitationem. id enim declarat & uox illa, Si quid, quasi nos recipiamus hæc tanquàm subiecta quædam. Atq; hinc exemplo illustrat sermonem suum ex opinione Empedoclis. amor igitur & discordia, quæ contraria sunt, nisi subiectum quoq; habuerint, unum procreabit alterum. sed hoc fieri non potest. Interim autem ab opinionibus quoq; antiquorum affert atq; constituit contrariam introductionem huiusce tertii subiecti, quum dicit ab ipsis quoq; antiquis non solum unum subiectum sed duo & tria & quatuor subiecta fuisse introducta ad naturam rerum procreandam. Præterea non optimum factu neq; laudabile omnino est arbitrari ex eo quod de subiecto est quasi in subiecto substantiam gigni atq; subiectum. prius nanq; his erit subiectum ipsum, in quo hæc existunt. Ita fiet, ut si substantia accidentibus prior sit, accidentia autem sola principia sint, principii principium existat. subiectum enim prius eo uidetur esse, quod prædicatur tanquam accidente. Itemq; substantiæ nihil est contrarium, ut substantiã ipsam & illud quod huic substantiæ contrarium est, quasi principia constituamus. ergo substantiam ex altera substantia sibi contraria introducemus. Reliquum igitur est, ut hæc quoq; ex propria negatione generetur. dicimus enim ex nigro album, quoniam nigrum albo cõtrarium est. & ex musices ignaro hominem fieri musicum. atq; etiam ex non apte' composito fieri apte' compositum. Quodam igitur modo ex non substantia erit substantia. & prior quæ non substãtia est, ea, quæ substantia est.

IDEOQVE' siquis & priorem rationem
ueram esse existimaret.

Prior quidem ratio fuit, quæ necessario' contraria principia constituit. secunda hæc est, quæ & tertium sibi subiectum quærit & inuestigat. Siquis igitur est, qui utranq; rationem tenere atq; conseruare uelit, is & tertium quid constituat oportet. sicut etiam quidam inquit ex antiquis bene fecerunt. ex quibus quidam aquam dixerunt, ut Thales samius. alii autem ignem, ut Heraclitus Ephesius. aliqui uero' ea quæ inter hæc media sunt. intelligens quæ

media

media sunt, ut quidam uolunt, aerem. quemadmodum Diogenes dicebat & Hippon negans deos ἀθέως. Mihi autem placet philosophum intelligere quæ inter hæc media sunt, inter aerem & ignem, id quod igni quidem densius existit, aere autem rarius ac liquidius. uel inter aerem & aquam id, quod aere quidem dẽsius existit, aqua autem rarius. Studio autem breuitatis & de utrisque dixit hoc modo. deligit autem ea, quæ inter hæc media sunt. elemẽta nanq; ipsa cum contrarietatibus aliud alii cõnexa simulq; complicata existũt, nacta contrarietates quasi differẽtias εἰδοποιοὺς formatiuas. ignis quidem calidum habet effectiuũ, siccum autem passiuum. magis autem in ipso excellit effectiuum q̃ passiuum. at aer, effectiuum quidem calidum passiuum uero humidum. magis autem rursum in eo eminet effectiuum. terra quoq; frigidum quidẽ sortita est effectiuum, aridum uero passiuum. magis autẽ eminet in ipsa passiuum. ut sit excessus ipse ac defectus ad unum in uno παρ' ἑνὶ ἐν ἑνί. Quamobrem à re coacti alterum subiectum præter ipsa quatuor elemẽta oratione sua posuerũt. ex aliis autem ii, qui per concretionem aerem dixerunt, rectius dixerũt. nam aer minus sensibiles differentias sortitur, quod autem proximum elementum est, aquam alii opinati sunt. Vsq; ad hunc tamen omnes qui unum statuere, ipsum contrariis figurant informátq;. quæ generaliter existunt, excessus ac defectio. raritas nanq; sub excessum, densitas autem sub defectionem redigitur & ordinatur. pariq; ratione magnum sub excessum paruum autem sub defectum. Quare de uno & de duobus quibusdam quærere, antiquam opinionẽ quærere est. Illud uero scire nostra interest, quia minus manifestas cõtrarietates habet natura aeris, id circo quosdam errore lapsos aquam aere humidiorẽ esse confessos fuisse. non est autẽ ita. sed aer magis uuidus, q̃ aqua. Atq; id primum quidem ex definitione humidi intelligi potest. humidum nanq; illud est, quod proprio termino ægre unitur atq; circunscribitur, alieno autẽ bene unitur atq; circũscribitur. ὑγρὸν τὸ τῷ ἰδίῳ ὅρῳ δυσόριστον, τὸ δὲ ἀλλοτρίῳ εὐόριστον. Aliter quoq; id docemur, nã sicut calidũ quod in igni existit magis exuberat, ad id quod in aere est. sic & humidum quod in aere existit, ad illud humidum quod in aqua est, magis excellit. neq; enim calidum aeris comparationem ullam cum aqua habet. Et rursum aquæ frigidum. ad frigidum illud quod in terra existit, magnum est. itidemq; & aridum quod in terra. est, ad illud aridum quod in igni existit. Hoc enim modo conueniẽtia ἡ ἀναλογία seruatur quod si quispiam obiiciat, aquam magnam humectandi habere uim, sciat id tale ex eo esse, q partium crassitudinem aqua habet. tanq̃ ferrum quoq; igni incãdens magis urit, q̃ ipse ignis, tanq̃ substãtiæ crassioris existat. pluraq; alia locis suis atq; temporibus explicabuntur.

NON eodem modo tamen. sed antiqui quidem.

Omnes igitur quodammodo tria quædam principia rerum esse dixerunt. in hoc tamen discrepat oratio eorum, q antiqui unum quidem illud esse quod pateretur, hoc es subiectum uoluerũt siue aqua illud esset quod supponeretur, siue aer, siue quod inter hæc medium est, seu quidpiam aliud. duo autem efficiẽtia ponebãt, raritatem uidelicet & dẽsitatem uel quampiam aliam contrarietatem. Quidam uero posterioris memoriæ, & qui sunt ex academia Platonis, unum quidem efficere asseruerũt ipsam uidelicet formam, duo autem pati hoc est materiam, quam magnum ac paruum appellabãt. magnum quidem, tanq̃ quæ formas omnes posset recipere. paruum uero, ut quæ re ipsa formam habẽt nullam. Ex quo loco quum optime rationem suam construxisset & ordinasset, optimam uidelicet & laudabilem rem esse tria elementa & principia esse fateri, nunc ingreditur ad eorum opiniones euertẽdas atq; confutandas, qui plura principia q̃ tria esse oportere arbitrabãtur. Nam si plura sunt, uel alterum quoq; erit subiectum uni contrarietati substratum, ut quatuor principia sint. atq; hoc superuacaneum est. ad hoc enim, ut contraria patiãtur, satis est unum subiectum. quoniam uim potestatemq; habet rari dẽsiq; recipiẽdi. nam si uim a natura non habuisset utraq; etiam contraria recipiẽdi, sed unum tantum, opus quidem & altero subiecto esset ad alterum contrarium recipiendun. Quod si duas contrarietates statuemus, ut principia quinq; sint simul cum subiecto, altera materia opus erit alteri contrarietati. Verum alteram materiam superuacaneam esse pronuntiauimus. Sin altera ex altera geminæ quum sint contrarietates, genrare possunt. ad illud enim uerbum, quum geminæ sint, puncto subdistinguendum est, ne orationem solæcismum faciamus puncto subdistinguẽdo ad uocem illã, generare, altera ex contrarietatibus superuacabit. ex densitudine nanq; & raritudine uerbi gratia generabitur etiam dulcedo & amaritudo, al-

bedo & nigredo, uel quæpiam alia contrarietas. Simulq; & illud fieri nō potest, ut quum unum sit subiectum, contrarietates plures existāt q̃ duæ. ita priore & posteriore non ipsæ solum, uerum & quæ principia sola sunt, inter se different. His etiam adde, quo'd omnes contrarietates quanq̃ nō omnium simul prædicamentorum existunt, sed uerbi gratia substantiæ separatim, uel qualis priuatim, ad unam tamen primam referūtur.

NOS igitur ita dicimus.

Approbat quidem Platonem philosophus, qui formam dixerit & materiā. refellit autem rursum eius orationem, qui res duas subiectum cōstituerit magnum uidelicet & paruum, formam autem in ipso existētem. Ob hanc causam ipse probat rationem sentētiæ huius, si materiam & subiectum unum fecerit, & duo in ipsa tanq̃ contrarietates. ac de omni generatione sermonem generalē facit, ut tādē ex his uerbis in ea incidat, de quibus hic loquitur, ostēdatq; materiam in se habere priuationem. Vtitur autem ad hanc rem duplici argumento. quanq̃ enim in subiecto materia & priuatio idem sunt, ratione tamē multum inter se distant. Percurrit igitur uerbis omnem generationem tam in simplicibus q̃ in compositis, quum dicit primo simplicia esse. homo, musicus factus est. & factum est non musicum, musicum. Composita autem sunt, quum dixeris. factus est musices inscius homo, musicus homo. uel nō musicus homo, musicus homo. ἁπλοῦν γὰρ τοῦ γινόμενον. simplex enim est, genitum. genitum autem intelligit hominē ac materiam. at cōpositum καὶ τὸ γινόμενον καὶ ὃ γίγνεται & genitum & quod gignitur q̃d gignitur autem, dicit musicum uel passionem. Atq; hæc quidē hoc loco loquitur hoc modo. paulo' uero' post hæc uariabit atq; inuertet. materiāq; appellabit id, quod gignitur ὃ γίνεται passionē autem, τὸν γινόμενον rē iā genitū. Ex hoc igitur affert argumētū primū, ut scilicet ostendat aliud materiam esse & aliud priuationem. constitue enim hominem tanq̃ materiam, & musices ignarum tanq̃ priuationem. Ergo si homo & musices ignarum una res essent, non ex uno quidem unice, ex altero autem dupliciter dicerentur. at nūc inuētum in his hoc modo est. priuatio nanq; habet καὶ τουτόδι & hoc aliquid, καὶ τ ἐκ τὸ τοῦδι & hoc ex hoc aliquo dici Ratio est, quia dicimus. factum est musices ignarū, musicum. & ex musices ignaro, musicum. pariq; ratione in ipsis etiam compositis. factus est musices ignarus homo, musicus homo. & ex musices ignaro homine, factus est musicus homo. At materia unum habet τὸν τόδι μονον καὶ οὐ τὸ ἐκ τοῦδι hoc aliquid solum & nō hoc ex aliquo hoc. factus homo musicus est. non tamen dices, ex homine factum est aliquod musicum.

GENITARVM uero' rerum, quemadmodum simplices res gigni dicimus.

Genitum & antea subiectum dixit, uelut si hominem, quum simpliciter dicimus. uel musicum hominem, quum complectiue loquimur. Ab hoc igitur loco instruit in acie secūdum argumentum, aliud scilicet esse materiam & subiectum, & aliud priuationem in ipso existētem & prius quidem de hoc argumentatum est ex his, quæ more usitato dicuntur. Nam priuatio dicitur & in recto casu & in genitiuo cum præpositione ἐκ ex musices enim ignarus, musicus fit. & ex musices ignaro, musicus. at subiectum in recto casu solum profertur. homo fit musicus, non tamen & ex homine. Nunc autem, quia subiectum genitum subsistit ac permanet. at priuatio non manet neq; subsistit. & quid dico priuatio, quando ne forma quidem subsistit. Ex quo fit, ut aliud priuatio sit. & aliud materia. & numero quidem duo unum existunt, specie autem duo non quia solum non subsistit priuatio, sed etiam & compositum non subsistit. non hoc autem dicit q; nō subsistat & ipsum subiectum, subiectum nanq; semper subsistit, sed q; illud quod cum ipso subiecto dicitur, non inde ope ulla adiuuatur ad hoc, ut subsistat. Ratio est, quia musices ignarus homo quum musicus factus est, musices ignarum non subsistit. atq; id iure quidē hac uidelicet de causa, quia quod non contrarium cuidam rei est, illud subsistit. nam si contrarium habuisset, in illud mutatum esset secūdum subiectum. at subiectum non habet contrariū, substātiæ autem nihil est contrarium, contrarium uero' non subsistit. currit enim propere' in contrarium suum. neq; enim talē habet naturā, ut cū contrario suo simul existat. neq; ex utrisq; compositum subsistit. Sed hæc oratio non utraq; complectitur, sed contrarium duntaxat, quemadmodum & supra dicebamus. quo'd inde scilicet ope nulla addiuuatur non musicum ad hoc, ut subsistat, quia cohæreat cum subiecto. quod quidem subiectum semper subsistendi naturam habet. Præterea aliud quoq; tanquam tertium argumentum producit. quod huiusmodi est, ex aliquo fieri quid numerosius in his inueniri, quæ non subsistunt q̃ hoc ali-

quid fieri. quanq̃ etiam utraq; habet. ex musices nanq; ignaro efficitur musicum, & ex musices ignaro homine, fit musicus homo. At in his quæ subsistunt, non dicitur hoc ex aliquo fieri neq; enim dicitur ex homine musicus. homo nanq; ipse subsistit.

CAETERVM & in his etiam, quæ subsistunt.

Ex aliquo fieri, quod numerosius ampliusq; dicebatur in his quæ non subsistunt, q̃ hoc aliquid fieri. & differentias posuit ad subiectum. ꝙ ipsum scilicet hoc aliquid gigni, tale habet, & non hoc ex aliquo. Inuenit quærendo tamen in his quoq; quæ subsistunt, hoc ex aliquo plærunq; inueniri. Quid ergo, iacebit iners argumētum suum, idemq; erit & subiectum & non subsistens? nequaq̃. sed rursum & isto etiam modo loquens inuenit maximam in ipsis differentiam. quanq̃ enim ex hoc gigni inuētum est in his, quæ subsistunt. sicut quum dicimus ex ære fieri statuam, non tamen æs fieri statuam dicimus. Sed in his, quæ subsistunt. utraq; simul in eodem inuenta sunt, dico & hoc aliquid fieri, & ex aliquo fieri in his tamen, quæ subsistunt particulatim quum enim est hoc aliquid fieri, ex hoc aliquo locum non habet. quum uero ex hoc aliquo, hoc aliquid locum nō habet. Ob id dicit, fieri statuam ex ære dicimus, non æs statuam. quare autem hoc modo dicitur? hac de causa uidelicet, quia si dixeris, factū æs statua est, uideris dicere iam abiisse æris naturā. sed tamē adhuc pmanet, & ærea statua denominatiue dicitur παρωνύμως.

QVVM uero gigni pluribus modis dicatur.

Duobus uidelicet modis. uno, quum simpliciter gignitur. altero autem, quum quid. qui non se lauit, ex quo die est genitus. hoc simpliciter. factus est diues, aliquid hoc. In omnibus quidem rebus, que secundum quid gignuntur in quolibet prædicamento excepta substantia, aliquod esse subiectum perspicuum est, accidentibus substātiam subiectam. At simpliciter gigni quum in substantiis solum existat, obscurum dubiumq; subiectum habet, nisi quodammodo notho mentis agitatu cognoscatur νόθῳ λογισμῷ. Tria nanq; existunt, forma, materia, atq; ex his duobus editus fætus. sed materia hoc modo cognoscitur. sensibilis res, sensu & opinione. forma autem intellectu per scientiam hoc est discursu. at discursus & agitatio mētis ἡ διάνοια, quæ extra se proripit ac peruagatur rerum naturas. atq; huiusce motus per definitiones indiuiduè fit, homo, animal. animal, substantia. homo, substantia. Transitio uero naturalis nunq̃ per definitiones hac de gratia, ne quod absq; partibus est ἀμερὲς illud attingat, quod sine partibus est.

QVOD sola substantia.

Quia substantia in subiecto aliquo nō est. hoc enim significatur uerbo illo, de subiecto. sed hæc simul cum ipsa sunt. Ipsa enim uero sat idonea opportunaq; est, quæ cæteris rebus subiiciatur tanq̃ subiectum. extare autem aliquid, quod huic subiiciatur, arduum ac perq̃ difficile est. Ipsum igitur dicere conueniebat, omnium rerum commune, informemq; materiam. Verum, tamē magis ad sensum magisq; materialiter loquitur, quū dicit plantas & animātes ex semine ortos existere, estoq; animantibus & plātis, quæ substantiæ sunt, tanq̃ subiectum semen ipsum. Confert deinceps sermonem suum, & de rebus quæ gignuntur, loquitur in uniuersum hoc modo. quæcunq; simpliciter gignūtur, gigni multis modis dicuntur. figuratione, uelut statua ex ære. appositione, ut ea quæ apponuntur simulq; inter se apte quadrant. ablatione, sicut hermæ ex lapide enim undiq; exciso hæ delineato hi fiūt. compositione, ut domus. alteratione, sicut ea quæ secundum materiam mutantur. ut puta quum ex aqua aer, & ex aere aqua uel ignis. ita singula in uniuersum, non solum quæ secūdum quid gignūtur, sed etiam quæ simpliciter gignuntur. hoc enim est, quod hoc loco ponitur eo uerbo, ex subiectis quibusdam gignūtur. Quæ omnia hæc posteaq̃ dixisset, communem materiem informemq; omittit dicere. quo consiglio? uel quia de illa quærit, atq; hoc quod quærit, efficere confessum non uult. uel ꝙ ex conuenientia cōparationeq; horum omnium materia quoq; ipsa cognoscetur. hoc nāq; est, quod dici solet τοῦ νόθῳ λογισμῷ τὴν ὕλην γινώσκεσθαι discursu mentis non legitimo materiam ipsam cognosci. atq; ex hoc apparet, quod genitum est esse compositum. & est quidem, quod genitum est. estq;, quod hoc gignitur. Quod genitum est, antea subiectum dixit. & quod gignitur passionem ipsam. hic autem quod genitum est, passionem quod autem gignitur, diuidit hoc rursum in subiectum & in contrarium. Quare licet dicere & subiectum genitum tanquàm mutationem, & contrarium genitum tanq̃ perfectum suaq; forma iam expletum. & rursum illud quod gignitur, & subiectum tanq̃ quod recipit formæ inductionem τὴν εἰδοποιΐαν &

contrarium, hoc est musices inscium. ut quũ quidem est, subiaceat. quum autem non est, tanquam quod non recesserit. priuatio nanq; est, sed tanquam habitu adueniente manifestò informatum, non ipsum per se tamen, sed per materiam. ita & illud quoq;, quod gignitur, habet secundum subiectum. At generatio secundum accidens est tum, quum dicimus. factus est ex calido musicus sæpe enim & tale quidpiam in aliquo continget, sed non per se ipsum nanq; non musicus, musicus per se.

QVIA gignitur quod libet.

Hoc est musicus homo, & ex musico. quoniã uero hoc quidem remaneret subsistit, illud autem non subsistit, ponit uerba illa quodam modo. qui enim ex re ulla quæ non remaneat, quidpiam generabitur & quasi constituetur? Et hanc rationẽ comprobat & confirmat ex definitionibus tum utriusq; tum simplicium tum eorum, ex quibus musicus homo constitutus est. Ergo si utriusq; consideratio diuiditur in rationes amborum, dicetur quidem omne quoq; ex ipsis compositum. ratio nanq; hominis & altera ratio æris simul constituta perficiet albi hominis considerationem. Non dixit, dissolues rationem compositi, sed rationes. ratio est, quia quanquam una est ipsius consideratio, tamen & ipsa compositi est. & considerationes erunt, uel consideratio. sicut enim subiectum compositum est, ita & ipsius consideratio composita est. & si dissoluetur compositum, unum numero erit simul cum priuatione uel cum habitu. duo uero ratione sunt, & subiectum & unum ex ipso. hoc enim aliquid declarat subiectum. atq; ex ipso gignitur id, quod gignitur sed non per accidens, tanquam ex priuatione. Materiam itaq; habemus simul cum priuatione, & unum numero, & duo specie hoc est ratione. una autem & forma est, sicut ordo, uel figura, siue conueniens aptitudo ἢ ἁρμοσία. uel quidpiam aliud de his, quæ de materia hoc modo prædicantur ad subsistẽtiam. Et dicere quidem est principia esse duo, considerando materiam simul cum priuatione unum esse subiecto & numero. & tria quoq; principia esse dicere possumus, quum aliã esse materiam & aliam priuationem quæ sibi inest, à ratione cogitamus. Vel potius ut ipse subdit, duo quidẽ principia sunt, ut contraria sola. hæc nanq; antea pronuntiata fuerunt. tria autẽ sunt propterea, quia contraria alterum ab altero ut patiantur, esse non potest. quæ res continget absente subiecto, quod secundum ipsa mutatur.

DICITVR, Autem & hoc.

Quum interpretatur uerba illa, est autem, ut nõ sint, ita inquit dicitur autem & hoc quemadmodum duo principia non sunt, propterea q; subiectum ipsum longe diuersa res est à priuatione & ab habitu contrariorum. hæc nanq; contraria dicit. Subiectum igitur ab his aliud quomodo erit? uel quia ipsum contrarium non est, quum illa cõtraria existant. Quare & duo principia dicentur quodam modo numero enim duo. subiectum nanq; simul cum priuatione numero unum est, & forma aliud. & rursum tria, ideo q; aliud subiectũ est à priuatione, quæ sibi inest. aliud enim est homini esse & musices ignaro. & aliud esse nõ figurato est & æri. Quot igit̃ principia rerũ existunt, & quomodo duo & qũo tria, dictũ iam est atq; hinc apparet, quandam naturam contrariis esse subiiciendam, ut ne ab altero alterum contraria patiãtur, sed illius mutatione hæc inter se, uicissim eant uarientq;. contraria autem ipsa quoq; duo esse quodam modo necessario conuenit. forte autem ut alia ratio postulat, non est necessarium duo esse. sufficit nanq; & ad utraq; alterum contrariorũ. causa est, quia unius præsentia hoc aliud est. & absentia huius rursum introducitur alterum, sicut in somno uidere licet. somnus nanq; quum adest, dormire facit. ubi abest, uigilias affert. ex quo & Homerus quoq; non somnolentiam appellat τὴν αὐπνίαν. ,, At subiecta natura, hoc est materia. & uide, ut hellenes aliam naturam habent, materiam scilicet, & aliam substantiam, hoc est formã. ,, Ipsa igitur subiecta natura scibilis est. sed forma erat propriè scibilis. à mente enim per scientiam cognoscebatur. at materia non simpliciter scibilis est per uiam sciendi rectam, sed per conuenientiã quandam & per comparationem. absq; ratione enim ex rebus informatis absentia formæ ipsa precipitur atq; cognoscitur. Nam ex statua statuaria forma sublata relictũ est æs. igneaq; forma ab igni sublata, captu mentis non legitimo materia conoscitur.

ITA ipsa ad substantiam, se habet.

Substantiam, formam intelligit. quod autem ex ipsa consurgit, fætus est uel partus sensibilis ἀπογέννημα τοῦ αἰσθητὸν qui quidem fætus est hoc aliquid & ens. Ita materia sorte accepit, ut natura diceretur si autem substantia à uerbo esse dicitur, illa quum sit nõ ens, quomodo sub-

stantia

ſtantia appellatur. Dicimus tamen quodammodo ex conuenientia comparationeq; rerum informatarum & captu mentis non legitimo comprehenſibilē dici materiam. unum igitur ipſa principium exiſtit tanq̃ ſubiectū. at non ita unum, ut hoc aliquid & unum habet nanq; & in ſeipſa priuationem μία δ' ὁ λόγος unum quo ratio, apte' autē & apposite' duos articulos apponit ad principium quidem τοῦ δ' ad rationem uero' ὁ. Rationem autem, formam dicit. nam entis ratio, forma eſt. itemq; contraria huic formæ eſt ea, quæ in materia ineſſe uidebatur, uidelicet priuatio. & ob hanc cauſam & duo, & quodammodo tria. hæc enim conſideratio hac uia proceſſit, Primo' quidem dictum fuit, principia contraria ſolum eſſe. poſterius autem aliquid eſſet quod ſibi ſubijceretur, neceſſe eſſe. Ex his itaq; rebus ita deciſis planum factum eſt, quæ differentia contrariorū exiſtit. unum ſcilicet, formā eſſe & figuram εἶδος καὶ μορφὴν alterum autem eſſe priuationem, atq; in materia conſiderari. & aliquid, ſubiectum. Vtrum autē ſubſtantia ſit ipſa forma, an materia, nondum conſtat. declarabitur autem paulo poſt. Quemadmodum uero' unice' hoc modo diſſoluatur & dubitatio antiquorum, dicamus nunc. illi nanq; quum quererent naturam rerum & inueſtigarēt, ob inſcitiā ueri itineris in aliam uiā diuerterūt. omnemq; generationem atq; corruptionem ſuſtulerunt. & nil quicq̃ gigni neq; corrumpi quicq̃ pugnaciter contenderunt. Neceſſario nanq; id quod gignitur, eſſe dicebant uel ex ente uel ex nihilo. de hoc itaq; omnes una uoce conueniebant conſentiebantq; ad tollendam rerū generationem & corruptionem. neq; ulla in parte ipſam approbant. Rem enim nullam gigni ex nihilo opinabantur. rurſum autem ex ente gigni quidpiam, non eſſe rationi conſentaneum arbitrabantur. quomodo enim gignit', id quod eſt & ſi ex ente gignitur, eſto illud ens. Iſte igitur ſoluit hāc dubitationem tali oratione. ex ente gignitur aliquid, quod quidem aliud quid eſt, & non quod gignitur; quando una natura communis rerum omnium exiſtit. Materia nanq; ipſa ſi recte' cognita recte'q; fuiſſet intellecta, antiquorum dubitationem proculdubio diſſoluiſſet. nam materia eſt per ſe ens, ob uero' priuationē non ens. at priuatio per ſe non ens. atq; hac de cauſa enti materia accidit, & ens per accidens. Gignitur igitur unumquodq; ex materia, quod eſt & ens & non ens per ſe ens, per accidens non ens. & potentia, actu non ens. atq; ex his uerbis non tollitur dignitas contradictionis, quæ eſt idem eſſe & ens & non ens.

ESSE enim iam.

Ex non ente nihil gigni concedebant, ſed ex eo quod nequaq̃ eſſet ens. Multifariam nanq; non ens. eſt enim ſuperſubſtantiale & diuinum, & quod ente melius eſt. eſt quoq; deterius ente, materia: quod poſt ſubſtātiale dicebant, tanq̃ ſub inferiorem ſedem ipſius entis. eſt quoq; per alteritatem κατ' ἑτερότητα, non ens quidem hoc, ens autem aliud quid, quod unum eſt ens. infinitum autem non ens. eſt etiam falſum, quod animi imaginatio apud ſe confingit medium interueniens inter opinionem, & ſenſum. nam in aqua remum opinio quidem non iudicat eſſe inflexum. at ſenſus inflexum iudicat. inter hæc & ineffabile non ens connumeratur, hoc eſt, quod nullo pacto, ac nequaq̃ eſt ens. quod quidē ne dicitur quidem quid, tanq̃ in totum non ens. Ex hoc igitur omnium poſtremo omnes communiter opinabantur nil quicq̃ gigni poſſe. Ii autem quum diuiſionem non entis ignorarent, ex non ente nil quicq̃ generari ſimplici decreto pronuntiarunt. At Philoſophus pacificat conciliatq; haſce rationes, & conſtanter aperit ſententiam ſuam. quum dicit dici licere gigni etiam quid ex non ente, & non gigni quid ex non ente. alia autem atq; alia uia. Quum tamen generalem ſermonem faciat, & de ente, & de non ente pronuntiat. & primo' ait nihil in his intereſſe, utrum dixeris, ex hoc aliquo genitum eſt hoc aliquid τὸ τόδε an, hoc facit, uel hoc patitur. ex medico nanq; inquit ſanitas gignitur, & medicus ſanitatem facit. Quare quoniam in his dupliciter idem dicitur, & rationem non offendit; manifeſto' quippe conſtat ex ente etiam quid gigni, & ens aliquid facere, inter ſe magno momento non differre ſecundum ſententiam rationis. Hoc autem ideo facit; q ab hoc ſermone faciliorem de re propoſita uiam argumentandi conſequitur. uel à quapiam alia re diſtinguit iſte transferens, & ipſum quoq; ex aliquo in ipſum facere. Aedificat igitur medicus per accidens. accidit enim medico ædificatori eſſe. & albus fit uel niger. hoc autem exemplum eſt ipſius pati. medicat enim medicus, tanq̃ qui facit. medicinæ autem uirtutem non affert, tanq̃ qui patitur, ut medicus. facere autem medicum, ut medicum. & pati medicum, ut medicum. uel fieri ex medico, ut medico, ipſum per ſe eſt.

MANIFESTVM eſt ex ente etiam gigni.

Sic ex medico duplicem gigni effectum, uel ædificationem per accidens, uel sanitatem per se. quod per rectum iste protulit, tanq̃ apertius & manifestius. Medicus ædificat, & medicus medicat. ita est & ex non ente gigni quicq̃, & ex non ente ut non ens. sicut ex semine hominem. ut enim non ens, gignitur. & non, ut ens. Est etiam & ex non ente per accidens. accidit enim semini non esse homini, quod postea hominis naturam recepit. Quo fit; ut non ipsum ens gignatur, sed non ens. non illud tamē, quod nullo pacto ac nequaqua'm est ens, quod & ineffabile dicitur. id quod quum illi non distinxissent, ab hoc proferendo se remouerunt. atq; alio itinere deuio uagati sunt rati prorsus rem nullā generari posse, neq; quicq̃ cæterarū omnium esse præter ipsum ens. Nos autem inquit dicimus nihil quidem gigni ex non ente simpliciter. gigni tamen quidpiam posse ex non ente secundum quid confitemur: id quod dicitur per alteritatem καθ' ἑτερότητα; ente quidem unum, infinita uero' non ente. Ex non ente igitur gignitur aliquid, quasi per accidens: ex priuatione nanq;: quod est per se nō ens, non inhærente ad distinctionē a' materia: ipsa enim inhæret: illud gignitur. Accidit enim semini non esse homini, quum semen sit. quare quum dicimus, genitus homo est ex semine; non ex ente ens dicimus, sed quā ex nō ente. neq; enim est homo. Ita quā non ens, genitus est. semini nanq; accidit, ut non homo sit. nam genitus ex priuatione est. Quomodo autem priuationem non ens per accidens quum dicat, deinde & per se non ens ipsam superius uocauit? cui rei respondendum, ipsum non priuationem dicere non ens per accidens, sed semen in se habens hominis priuationem; ipsam uerò priuationem non per accidens dicere non ens, sed per se. Quare si ex semine natus homo est, ex non ente per accidens natus est. q̃ si ex non homine, ex non ente per se. Similiter se habet & ex ente gigni, uel ex hoc aliquid gigni. accidit enim non enti homini ens esse, ut semen. quomodo se habet semen ens per se, hoc pet homo ens per accidēs. exempli gratia ex animante gignitur animans, hoc est ex equo equus. non ipsum, sed aliud. Atq; ita est, ex ente animante quā ens animans gigni animantem. gignitur quoq; ex cerebro bouis apes, sicut ex equo fucus. iste autem neglexit, & posuit canem. atq; hoc modo est, ex ente animante sed per accidens animāte apem gigni uel fucum. contigit enim ea, unde hæc orta sunt, animantia esse.

QVOD si aliquod animal gigni debet.

Si quod animal gigni debet ex animali quā animal & non per accidens; non ex animali erit simpliciter, sed ex quodam animali consimilis sibi generis atq; eiusdem cognationis τοῦ ὁμογενοῦς καὶ ὁμοφύλου. Ex his igitur rebus accipi quædam disciplina potest de his, quæ ad quæstionem proposita fuerant; quemadmodum scilicet ens neq; ex ente per se: neq; enim quā ens gignitur, sed q̃ ipsi contigit non esse id, quod posterius gignitur, sed aliquid aliud ens: neq; ex nō ente simpliciter. neq; enim quā non ente, sed non ente aliquid, aliquid uero' aliud ente. Atq; hoc modo non tollitur dignitas contradictionis; quæ erat, uel esse quid, uel non esse. secūdum enim aliud idem est, & secundum aliud non est. & rationi contradictionis non resistit. Vnus arguendi modus ex ente aliquid gigni, & rursum ex non ente, talis fuit. Alius autem est; contingere, ut quod potentia ens sit, actu non existat. quibus de rebus in his, quæ de metaphysica sunt, copiosius latiusq; disputat. Quæ igitur noua res est, uel aliena, si ex ente potentia aliquid actu gignitur. & ex non ente actu aliquid actu gignitur? atq; in hūc modum & ex ente esse ens, & ex non ente ens esse possit? Ita dubitationes hoc modo dissoluuntur, propter quas coacti tollunt & generationem rerum & corruptionem & in summa omnem mutationem, immobilitatem opinionibus suis complexi. Ipsam enim naturam rerum hoc est materiam si oculis suis bene uidissent atq; cognouissent, omni ignorantia mentisq; errore liberati essent. Materia nanq;, unde res omnes procreantur & ens est, & non ens. non ens quidem, per accidens propter priuationem, sibi insidentem, & non per se. nam si ipsa per se fuisset non ens, fuisset certè nullibi & nullo modo. Ens autem potentia est. potest enim recipere formam & fieri ens. propterea q̃ ipsa dicitur receptaculum impressorium & nutrix rerum omnium; tanq̃ quæ alliciat ad se & imprimat formas rerum matrisq; rationem & munia fœminæ sustineat erga formas. Hanc itaq; materiam Platonici quoq; attigerunt, sed non commodè. primo' quidem, quia Parmenidis rationem adprobant dicentis. quod præter ens, non ens. non ens, nihil. ut uidetur, illud admittunt ex non ente simpliciter aliquid gigni. dein quia uidetur unum numero esse materia simul cum priuatione, & potentia hanc habent.

ET HANC quidem proximè & substantiam quodammodo materiam.

Materia

Materia unum numero est simul cum priuatione est, autem non ens, sed non per se, sed per priuationem. at priuatio, non ens per se. Tractat & aliam distinctioné materiæ & priuationis hoc modo. materia quidem in propinquo est & substantia. subsistens enim & formam recipiens ens actu fit & substantia. potentia enim & aptitudine ens proximum enti substantiæq; est, & ut uno uerbo loquar, actu enti. At priuatio, nullo modo substantia fiet. neq; enim subsistit. ii uero, qui ex familia Platonis erant, hanc ipsam materiam, & magnum, & paruum appellauerunt, & aliud, formam; contra atq; Physici triáda locuti. Nam Physici subiectum quidem unum, contraria uero duo. hoc est aquam, uel aerem, uel intermedium. raritudinem autem & spissitudinem, contraria. Isti uero duo tanq̃ subiectum, magnum uidelicet & paruum. unam autem formá, in ipso. Ea uero uerba: uel utrunq; simul, uel utrunq; separatim: loquitur ipsis obtrectans atq; subsannans. ut qui unum & solum loquentes hoc est materiam, rursum duo fecissent. uel utrunq; simul, quasi unum dicerent ipsam materiam. uel separatim, tanq̃ duo facerent. Vsq; adhuc tamen inter se conueniunt omnes, unum subiectum materiamq; esse oportere. quanq̃ autem & duo quidam ipsam dicunt; tamen unum relinquentes, hoc est priuationem; unum subiectum dicunt. neq; enim discrimen materiæ & priuationis intelligebant. quoniam materia, quidem, quæ substat concausa formæ efficitur. mater quoq; patri concausa esse dicitur ad procreationem liberorum, quum tamen pater causa sit. At priuatio nó substat. ob quod & iudicaretur ab eo, qui in malum ipsius effectum uel prauam naturam acriter intuetur, πρὸς τὸν κακοποιὸν αὐτῆς ἀτενίζοντι, neq; existere quidem prorsus. Quem autem malum effectum uel prauam habet naturam? uel quia sicut ens, quod est pulchri boniq; efficiens καλοποιὸν ὄν, informat rerum naturam ita è contrario ipsam materiam male afficit, ac disponit, & ipsam per se reddit non ens. Nam forma, bonum quoddam est atq; expetendum. materia uero boni appetens. prorsus autem propter priuationem formam appetit, & concupiscit. Ergo si non per hanc sed ipsam. per se, quemadmodum dicere quidam uidentur, qui priuationem simul cum materia pro re una tantum habent; accidet, ut materia suum ipsius interitum concupiscat. Atqui neq; forma sui expetens est, neq; priuatio. illa nanq; nullius indiget. hæc uero, quia contrarium est. Contraria autem interimunt, alterum alterum. ita materia propter priuationem.

CORRVMPITVR autem & generatur.

Hinc de materia philosophatur, num generabilis existat, an nullo generata orto. & num incorruptibilis perduret, an corruptibilis & ipsa sit. Dicit itaq; generari ipsam ac corrumpi non per se sed per accidens. semen nanq;, quod homo non est, progreditur in hominis naturam. corrumpitur igitur semen, sed non materia seminis, sed ipsum scilicet esse semen: & homo fit. at non materia hominis gignitur. ipsa nanq; eadem est, quæ & seminis. Huiusmodi igitur & generationem & corruptionem materia receptat, quam dicit per accidens. corrumpitur enim & priuatio, non ipsa. & res informata efficitur, non ipsa. Ipsa autem secundum se & propriam ipsius uirtutem incorruptibilis atq; ingenerabilis perdurat. nam si interiret, in se ipsam postremo interiret. ante igitur interiisset, q̃ interiret. & rursum si genita fuisset, primum materiam alteram subiectam oportuisset, unde ipsa generaretur. subiici nanq; quidpiam oportet, ex quo insidente generatio fit. Quare quoniam huiusmodi est ipsa natura; erit anteq̃ generetur. additum autem est uerbum illud: non per accidens: ob eas res, quas ante dixit. ideoq; ex non albo gignitur album. & hoc non quoduis album; sed illud, quod corpori non albo contrarium est. & corrumpitur album in non album, & hoc nó quoduis. potest enim esse, ut ex medico domus fiat; non quà medico, sed quatenus medico ædificatori esse contigit. Hac de causa additum illud est: non per accidens. materia nanq;, quæ homo non est, ex non homine recipit sustinetq; fieri homo. Absolutè autem in primo de materia agit, in secundo de forma. disputatio cuius coniunctior iis est, quæ de metaphysica traduntur. Ibi nanq; & in duobus libris ultimis μ & ν aduersus formas per se disputando contendit. quæ quidem formæ & incorruptibiles substant. De formis autem inquit naturalibus hoc est materiæ inhærentibus caducisq; & mortalibus in his, quæ hunc primum librum consequentur, quæ uidelicet in secundo disputantur, loquemur.

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM SECVNDVM. COMMENTARII IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.

EORVM, quæ sunt, quædam natura sunt. quædam autem ob alias causas.



Onsueuit Aristoteles, quum alicuius rei definitionem uenatur, ex iis rebus ipsam colligere, quæ maxime' rem consequuntur, quemadmodum etiam in demonstratiua disciplina recte' precepit. id quod in uolumine quoq; de anima fecit uenatus ipsius animæ definitionem. Hoc itaq; loco perscrutans & inuestigans naturæ definitionem, quando de naturalibus formis & materiæ immistis atq; morti obnoxiis disputaturus est, à rebus naturalibus resolutiue' ipsam uenatur. Diuisiue' igitur producit sermonem de more suo usitato, & loquitur sic. ex entibus quædam natura gignuntur φύσει γίνεται ut animantes, plantæ, & partes harum, & elementa omnia. quædam autem ob alias causas. Vel enim arte, ut artificialia omnia. uel consilio & animi instituto, sicut amicitiæ & inimicitiæ & res aliæ innumerabiles. Vel à fortuna sunt, uel à casu ἐ αὐτομάτου. hæc enim omnia inter causas rerum paulopost constituet & connumerabit, sed per accidens tamen. quum enim apte' lateq; de iis rebus differere nondum possit, quia naturalia prius urgent & instant; idcirco profert indefinite' sermonem suum dicens, quædam autem ob alias causas. In his tamen etiam quæ arte constant, naturalia subiecta inuenit. lectus enim ex ligno fit, quod lignum habet motus principium ad expoliendum & abradendum, non ad hoc tamen ut lectus fiat. Hæc quoq; inducit hac gratia; ut partim quomodo ipsa à naturalibus differat, partim autem & quo pacto se habeant, ostendat. atq; hæc, naturam constituat. quà enim prædicamentum adepta sunt inquit, quasi nuncupationem in hoc, utputa lectus uel sedes, uel uestimentum ut uocentur; ingenitam in se mutationem nullam habent. quà uero' sibi contigit, ut lapidea sint uel lignea, in hoc tantum habent principium motus & quietis. Neq; enim semper mouet. sed aliquando est, quum & ipsa ab opere requiescit re scilicet perfecta atq; absoluta. interim autem primario & per se, & non per accidens. primario quidem, quia arborem mouent ad augescendũ & sterquilinia iniecta & humor ipse & pleraq; alia extrinsecus apposita. sed secundario hæc. Ratio est, quia nisi à natura haberet arbor moueri, hæc adposita nihil ualerent, neq; proficerent. id quod ex uestimentis cognoscitur. uestimenta nanq; concalefaciunt membra nostra tum, quũ circumposita corpus ambiunt. in lapide autem non id efficerent. Per se autem & non per accidens, quoniam aliquãdo est, quum medicum se ipse medicat. & uidetur hoc modo ex seipso motus esse uerum medico accidit, ut & ipse ægrotet & curetur. Hoc autem esse ex eo apparet, ꝙ hæc plerunq; alterum ab altero separantur, medicus & medicari. Non hoc igitur modo natura mouet. sed principium motus in seipsa habet & per se, & non per accidens.

NATVRA igitur est, quod dictum fuit.

Quid natura sit, ex his cognouimus, quæ sunt secundum naturam, & quæ in se habent principium motus & quietis, quà principium illud est mouendæ ac quiescendæ rei naturalis, in qua ipsa natura existit per se primario & non per accidens. quia quædam aliæ quoq; causæ, & per accidẽs sibi possunt accedere. ut medicus, si a' se ipso medicaretur. habet nãq; a' se ipso motũ sui medicandi, non quà tamen medicus, sed quà patiens. Quæ autem ea sunt, quæ naturam habent? quæcunq; scilicet in se ipsis principium habent, & omnia substãtiæ sunt. subiectum nanq; est, quod habet naturam. & in ipso subiecto natura semper existit. Quæ sunt autem secũdum naturam? eadem quæ & naturam habent, & si quid faciũt secũdum naturam, uel hæc patiũtur sicut naturam habens sursum eundi ignis, sursum fertur secundum naturam. hoc enim sursum ferri, neq; natura est, neq; naturam habet. ignis nanq; naturam habet agendi aliquid uel patiendi. natura autem est & secundum naturam. Præsumpsit igitur, & naturam definiuit. Quæ autem in quæstione posita sunt, hoc ordine procedunt, ut primo sit ne res, nec ne, quæratur.

deinde

deinde si est, quid est. ac deinceps qualis est. postremo qua de causa est. Nequis igitur istum merito reprehenderet & accusaret, ꝙ in hac quæstione quæ de natura est, male se gesserit, nempe qui omisso quærere si est, se contulerit ad quid est, idcirco pro hoc suscipit defensionem dicens in rebus quas una uox omnium esse consentit, quærere si sunt, uitiosum esse & superuacuũ. Confessum ergo atq; euidens est hoc tale, naturam scilicet esse. ridiculum itaq; est ostendere conari naturam esse, id quod clarum & illustre. Quod si quispiam ex dubiis & occultis hoc facere omnino pergat, ille certe ea quæ per se nota & aperta sunt, & quæ non per se nota, nequit discernere. & quemadmodum hoc interdum fieri contingat, ex homine cœco à natali die facile intelligitur. Is nanq; de manifestis coloribus colliget & ratiocinabitur, atq; ex rebus incognitis & occultis rem claram constituet & manifestam. At ille de nominibus forte rationem sermonemq; habebit. inquiet enim album λευκὸν illud esse quod aciem oculorum diffundit ac diducit, ex λα particula intensiua & ευο illumino. uel alio quodam modo.

VIDETVR autem natura & substantia.

De materia & forma collationem inter se facit, utra ipsarum existat natura atq; substantia. & primo de his antiquorum opiniones exponit, deinde dicit sententiam suam. Videtur igitur inquit sicut & Antiphonti placebat, quod primo per se rude atq; impolitum est ἀρρύθμιστον hoc est materia, naturam substantiamq; esse illud. Huius autem rei fidem argumentumq; sumebat ipse Antiphon ex iis, quæ arte constarent. siquis enim sedem in terram defoderet, atq; putredo uires caperet ad germinandum & alescendum, non gigneretur neq; pullularet sedes, sed lignum ex quo sedes constat. quasi hoc substantia existat. Quod autem erat sedes, per accidens erat. lignum enim est, quod patitur aliam atq; aliam recipiens figuram & habitum ab arte & lege humana. quemadmodum scilicet ipsi homines hæc arte exercenda præceperunt. Ergo quod remanet substatq;, illud magis natura ac substantia erit. ex proportione igitur harum artificialium rerum, ita & in naturalibus esse ait. Esto itaq; sicut hic uel æs, uel aurum, uel lignum, uel quoduis aliud subiectum, ita in naturalibus uel aqua, uel aer, uel quoduis aliud subiectum, uel etiam ambo, uel simul cuncta, sicut pleriq; rerum naturam ex quatuor elementis constituerunt. sit terra subiectum tanq̃ materia. atq; ex illo generetur os uel lignum, uel quæpiam alia res naturalis. terra enim semper substat. os autem & lignum inquit, non substat; sed in aliud uertitur, prout materia mutatur. quare subiectum, natura, & substantia est. Atq; hæc loquitur Antiphon, & reliqui, qui ipsius opinionem sequuntur. & hoc modo ex artificialibus in naturalia transferunt rationem suam, ignari toto & omni ὅλῳ καὶ παντί differre res naturales à rebus artificialibus. quia res artificiales in summa facie figuram accipiunt. at naturales generantur secundum naturam. neq; naturalia ordine suo attingent, ut ipse dicturus est.

QVOD enim quis ipsorum tale esset suspicatus, siue unum, siue plura; hoc.

Quod enim quis ipsorum primum elementum & materiam esset suspicatus. siue unum, ut dicebamus. siue plura, ut Empedocles qui quatuor elementa ponebat, hoc substantiam esse dicebat, uel tot etiam posita simul elementa. Formam uero, tanq̃ passionem opinabatur. hoc est si ad longum tempus duratura neq; mutationem ullam acceptura esset, habitum appellabat. uel tanq̃ quæ sæpius mutaretur, dispositionem, & affectionem. Ex his autem subiectis, uel materiebus unumquodq; æternum esse existimabant. neq; enim ex ipsis ipsis fieri mutationem. habitus autem & dispositiones oriri innumerabiliter & interire. Quare autem materiam, immutabilem dicit; quando secundum suam ipsius mutationem receptrix est cõtrariorum? Vel ipse dissoluens inquit, quia non ex ipsis sibi mutatio est. neq; enim ipsa ex se ipsa materia mutatur, sed propter ea quæ in ipsa apparent. ita neq; materia sola mutatur, neq; contraria alterum in alterum mutantur. sed illa secundum materiæ mutationem mutantur. ergo in his simul mutatio, & non in utroq;. Vno igitur modo natura ita dicitur, hoc est materia. alio autem forma, non simpliciter uero forma sed quod est secundum rei rationem, hoc est quod rei naturam informat τὸν εἰδοποιοῦν. Argumentando autem id declarat ex proportione sumpta ab arte, & ab iis, quæ arte constant. quemadmodum enim ars dicitur, quicquid est secundum artem, & quod actu in materia apparet. neq; enim ui potentiaq; os, os uocatur, nisi secundum rationem sit informatum. nam tunc os ipsum accipit & sui rationem, & quid est. Quare & alio modo erit, & forma natura, tanq̃ quæ rem perfecto complet, & informat. & quæ natura, & naturalem φύσιν καὶ φυσικὸν ipsam facit, non separabilis existens. Neq; enim separatur, sed ipsa est quæ rem in-

format. ꝙ si separaretur, secundum rationem tantum separaretur. at compositum ex materia & forma constant. natura igitur φύσις nō diceretur, natura autem φύσει sicut homo. Verba autem illa: & magis natura ipsa, q̃ materia: non annectit uerbo illo, ex his, ad significandū compositum magis naturam esse, q̃ materiam. ipse nanq; dixit compositum ipsum non esse naturam, sed natura φύσει. sed iis uerbis prolatis respexit ad formam, ut diceret magis etiam naturam esse formam ipsam, q̃ materiam; propterea ꝙ rem naturalē, & cōpositam actu esse faciat.

ITEM homo ex homine generatur.

Adhuc approbat constituit q; formam magis naturam esse, q̃ materiam. & in artificialibus sedes ex sede non generatur. sed in naturalibus homo ex homine, non caro simpliciter dicitur. Ita ex argumento eorum, quia homo ex homine generatur, magis forma natura erit, q̃ materia. Nos quoq; superius diximus in artificialibus extrinsecus esse, & aduenire in ipsa eam dispositionem, quæ est secundum artem. ex quo sedes ex sede non gignitur. At in naturalibus est ipsa forma, quæ ad rei naturalis constitutionem pollet. & propter hanc causam homo ex homine, & non simpliciter caro. aliter quoq; id ostenditur. nam si simul cum figura sedis, & lignum, & ars est, non simpliciter lignum. artem enim dicimus, etiam id quod fit secundum artem. Ergo & forma natura est, quoniam secundum hanc formam res naturalis constituitur. ex homine nanq; homo est. Tertium naturæ significatum. dicitur enim ἔκφυσις & productio è natura, & uia ad naturam, natura. & rursum interdistinctionem ponit ipsius ad res artificiales. quoniam in medicatione non fit uia in medendi artem, sed in sanitatem. is nanq; propositus finis est. At in rebus naturalibus productio à natura, uia est in naturam. quod enim nascitur, ex aliquo in aliquid proficiscitur. ad quam igitur rem nascitur? non ad illam, unde omnino est. in eo nanq; erat. sed ad rem eam, in quam. hanc enim natura expetit. Ergo forma ipsa inquit & natura dupliciter dicta est. etenim ipsa quoq; priuatio, forma quodāmodo est. absentia nanq; formæ priuatio subsistit, & quasi ipsa per se informat εἰδοποιεῖ subiectum illud. Corrigit autem castigatq; orationem, ut quæ absurda complectitur. interim id quod sibi uidetur & quod quispiam iudicaret, explicat non simpliciter, ac temere; sed hoc consilio, ut priuationem quoq; à materia prorsus distinguat quo ut ipse existimat, causæ rerum tres tantum esse uideantur, & nō duæ secundum Platonem. Num autem priuatio sit circa simplicem generationem, posterius erit uidendum. circa enim aliquam est. nam album nigro priuatum, gignitur posterius nigrū. & est ex subiecto in subiectum. at simplex generatio ex non subiecto in subiectum est. Nunc autem quid inter mathematicum, & physicum intersit, considerat. sicut & in moralibus facit. quærit enim semper commodum idoneumq; πρόσφορον subiectum unicuiq; scienti, & intelligenti. Ii nanq; communia inquit iura habent, ideoq; & plana, & puncta, & solida utrisq; sunt. in hoc differre tamē inquit, ꝙ illud quod mathematicus solidum, hoc physicus corpus dicit. Item quærit, num astrologia eadem sit, quæ & physica, an pars ipsius.

SI ENIM physici interest.

Tanquā sumptionem ac dignitatem ponit, unius officium esse & scire quidest, & quale quid est neq; ad alium pertinere scire, quid est. ad alium autem, quæ sunt ipsius rei per se passiones, cognoscere. Physicus ergo scrutatur & cognoscit, quid sol est, & quid luna. mathematicus autem hoc est astrologus quærit passiones ipsorum. ut puta si uespere cornua lunæ nigricabunt, imber est futurus. quo'd si cōuersa hæc ostendet uel discissa, uentus. & quomodo cornu erit affectum, ad regionem illam flabit uentus. Hæc passiones existunt, de quibus mathematicus inuestigat. ab re igitur est physicum hominem scire, quid est; rei autem passiones ignorare. Præterea quoq; inquit, & physicum uidemus, quid quale sit, quærentem & inuestigantem. quærit enim & solis & terræ figuram. figura autem in quale prædicamentum refertur. Deinde soluit sermonem, quum dicit in his utrunq; philosophum laborare, & physicum, & mathematicū. sed inter ipsos hoc interest; ꝙ mathematicus quum quærit puncta, & plana, non corporis physici sed mathematici termini finisq; hæc esse iudicat. neq; quæcunq; his accidunt, considerat, ut finibus extremis corporis naturalis, sed ut mathematici. Ideoq; hæc cogitatione separant, quum minus naturalia ipsa separentur, mathematica autem per ablationem dicūtur ἀφαιρέματα λέγονται. Nequis autem fortè obiiciat mentiri quoq; mathematicum, qui hæc à materia seiungat, neq; quidq̃ dicat subsistere, ea uerba infert: eorum qui separant, mendacium nullum committitur. Quid enim, si aquauis materia circulus separetur. & mathematicus per se quæreret quia uero

hæc

hæc mathematici separant tanquam naturalia ii etiam qui ideas celebrant atq; constituũt, hos sequi uidentur. ii nanq; speciem a' materia abstrahunt & seiungunt, & faciunt ideas. Verum non idem & mathematicum & naturale est, naturalia nanque minus separabilia sunt quam mathematica. Illi autem naturalia separare uolunt. id quod ex eo cognoscitur, quod siquis accipere uelit & naturalium definitiones & mathematicorum, haud aliter res naturalis definiri poterit quam cum materia. mathematica uero' res absque etiam materia definietur. et non solum, ex definitionibus eorum, quæ sola accidentia ipsis adueniunt. quid enim impar uel par ἄρτιον ϗ περιττὸν absque etiam materia definietur. quam motum dicit, tanquam quæ secundum formas mutetur. caro autem & os absque materia ut definiantur, fieri non potest. sicut etiam simum a' nare inseparabile, in illa & cum illa definitur. sed non sicut curuum. ipsum nanque per se non est. Ea quoque mathematica, quæ magis materiæ inhærescunt, planam faciũt hanc orationem. ea dico quæ sub aspectiuam ὀπτικὴν posita sunt, & quæ sub astrologiam. cõtrario enim modo se habet aspectiua quam geometria. nam geometria de linea naturali quærit, sed non qua naturali. at aspectiua de mathematica linea, sed non qua mathematica, considerat, magis enim uergit pronaq; in materiam est. & circa materiam rerum uersatur.

SED quoniam natura.

Sed quoniam inquit natura dupliciter dicitur, materia scilicet & forma; ita naturale est de quibusdam quærere, tanquam si de simitate quæreretur. simitas nanque non solum a nare non est separabilis, sed per se quoque accidens est. accidens enim per se illud dicimus, quod quidem etiam si subiectum non esse poneremus in nullo unquam alio passio ipsa consisteret. hac de causa subiecto ipso utitur ad propriam definitionem. Quare physicus neque sine materia naturalia perscrutabitur, neque secundum materiam, hoc est ipsam tantum materiam ducem sequutus. quoniam & de hoc ambigitur atq; contenditur, quum duæ naturæ existãt, forma & materia, utram ipsarum cognoscere ad physicum pertineat. Et hanc dirimens controuersiam infert. uel de gemina natura cognoscet & de utraq;. ita & de materia sola physici scire interest. utrum igitur eadem & una utraque sit, cognoscet aliam quidem materiam, aliam uero formam esse intelligens. Et soluit hoc ambiguũ iis uerbis. siquis respiceret ad scopum ueterum philosophorum, is profecto physicá disciplinam magis de materia esse indicaret. Quidam enim formam leuiter attigerunt, sed non omnes. materiam autem ipsam omnes complexi sunt. statim enim. Empedocles per ambitum & circuitum quendam elementa constituens ipsa per se ponebat, & uniuscuiusque ipsorum qualitates informatiuas statuebat ἀλλοιωτικὰς ποιότητας. Democritus quoque opinione & ingenio suo atomos uenatus, principia rerum ponebat ipsas simul cum qualitatibus naturalibus. quarum quasdam calidas, quasdam uero frigidas, alias albas, alias autem aliud quidpiam dicebat esse. At de ipsa materia simplici prorsus studio disputarunt, magisq; ii qui ex Asia philosophi floruerunt, & qui physici propriè dicti fuerunt. nam qui ex Italia erant & Eleatæ, theologici potius dicebantur, quorum quippe philosophia omnis a' Pythagora manauit. ii ideas absque materia & per se esse opinabantur Ex iis uerbis arguit & ostendit physici interesse utraque etiam principia cognoscere, formam scilicet & materiam, neque ad aliam scientiam huiusmodi disciplinam pertinere. Et primum argumentum a' minori procedit uel a simili. nam si ars inquit naturá imitatur: ipsius autem artis scientiæq; officium est scire & materiam & formam usque ad certum quid, & physica quoque disciplina circa utraque proculdubio uersabitur. Vocem autem illam, usque ad certum quid, usurpauit ex hac causa uidelicet, quia medicus etiam carnem quærit atque considerat. atque usq; adhoc quum peruenit, ibi quiescit. unde uero ipsa constet, an ex aqua, an ex alia re quapiam, non amplius scire laborat. quoniam hoc ad physicum pertinet.

ITEM illud causa cuius.

Secundum argumentum, siquid assiduè mouetur, illud respicere ad aliquem finem, & quicunque motum continuum illius intelligit, & ipsius finem necessario scire & intelligere. Nam ultimum finis optimus tamen finis. & non simpliciter ultimum. ideoq; Euripidem insectatur ei uitio dans, quod dixerit finem habet causa cuius genitus erat, neque enim ad hoc homo nascitur, ut moriatur, neque ipsius finis ultimumque humanæ naturæ, mors est. quod enim ultimum & optimum est, finis illud optimus existit, & causa

cuius in naturam uenit. Hucusq; autem qui materiæ motum nouit; & illud, ad quod est motus, nouit. quare & materiam, & formam physicus intelliget, & non unum solum. Præterea ipsæ quoq; artes materiam desiderant. hæ quidem simpliciter, sicut ars picturæ colores. aliæ autem bene aptam operi idoneamq;. ut ars auraria aurum, non simpliciter; sed aptum operiq; opportunum, ex eo ꝙ ipsum bene expurgauerit à quauis aliena materia sibi concreta prorsus seclusum quibusdam mechanicis instrumentis. Ergo si artes formam materiæ imprimunt, ac præterea materiam plerunq; sibi ad opus præparant aptissimam, uel simpliciter, uel bene redditam opportunam; ipsi profecto artifices, & in ipsa quoq; materia sunt maxime intelligentes. Quoniam uero' & dupliciter est illud, causa cuius. unum, rei. alterum eius, qui utitur. is nanq; qui utitur aliqua re alicuius causa est. causa enim uitæ nostræ aurarium opus ab aurifice efficitur, & causa rursum propriæ perfectionis. Illud uero, causa cuius, in naturalibus cum proprio ac formali copulatur. nam in artificialibus forma sedis aliud quidpiam est. finis autem, requies hominis atq; consessio. intelliget & cognoscet aurifex ipse non materiam solum, sed etiam formam operis sui. Est etiam & secundum, cuius causa sicut is qui utetur. quod opere absoluitur atq; perficitur, utiq; illi congruet. ex quo secundum etiam hanc rationem ad unam scientiam spectat materiam cognoscere, & illud, causa cuius, hoc est formam ipsam. Duæ autem artes sunt, quæ intelligentiam habent. quarum una ea est, quæ utitur. altera autem, dux operis & architectonice, sicut etiam in moralibus dicebat. Ob idq; ea quoq;, quæ utitur, secundum aliquid architectonice' est ob hanc uidelicet causam; ꝙ & ipsa quoq; formam præcipit atq; describit. nam is, qui arte utitur, talem esse remum studebit, utputa rectum uel latum in summo fastigio. ut qui nauem cōmode' reget, & absq; periculo administrabit præfectus. * quæret, ex quanam materia, & ex quibus motionibus huiuscemodi forma remo aduenerit. Hucusq; intelligit, fieri materiam ab artifice; ꝙ ille in eiuscemodi rebus materiam faciat, quam ad laborandum operandumq; reddit aptissimam & maxime' habilem. in naturalibus autem inest infecta & existit.

PRAETEREA eorum, quæ ad aliquid, materia.

Quoniam materia eorum, quæ ad aliquid: materia nanq; ad formam est: ea uerò, quæ ad aliquid, ad eandem scientiam referuntur: hominis qui de materia notitiam habet, & de forma habere eiusdem interest. Verum qua ratione materia eorum est, quæ ad aliquid? neq; enim una substantia eorum, quæ ad aliquid, est. nam ferme' sola circa hanc existit. & si materia, formæ materia est; materia etiam informis hoc patietur. Vel ipse est, qui tollit hanc dubitationem iis uerbis. etenim aliæ formæ, alia materia. ita ob hoc ad aliquid materia, & forma, ut quæ inter se quadrent atq; conueniant. neq; enim quælibet materia cuilibet formæ ad aliquid est, ut ad eam se aptet. nam harenæ materia ad confectionem funiculi non conueniet: neq; aquæ materia apta erit ad formationem literarum. Quoniam igitur alia materia aliam formam requirit; propterea eorum, quæ ad aliquid, dicetur esse. ad aptam enim maximeq; idoneam formam huiuscemodi materia accommodabitur. Deinde interrogat, ad quod usq; physicum materiam & formam, & quod est cognoscere expedit. & soluit oratione tali; uel medicum, neruum. & fabrum, æs. hoc est usq; ad plenam absolutamq; rei formationem, ad hoc, ut unumquodq; sit id quod est, maxime' idoneam & opportunam. Et in his rebus physicus uersatur, quæ existunt. ratione quidem à materia separabiles sunt, prorsus autem in materia. Et quum demonstrasset, qualis forma ratione sit separabilis, in materia autem. & qualis separabilis, & ratione, & non in subiecta materia; infert tanq̃ exemplum. homo enim generat hominem: hoc formæ est materialis: & Sol. hoc est formæ separabilis, & immaterialis. Homo nanq; materialiter formatus hominem generat. Sol uero' non formatus ad rationem humanam ipse quoq; generat hominem. etenim generatio omnis in tempore. at tempus ex Sole, atq; illius cursu peragitur, sicut dicere soliti sumus. tempus hoc atq; ætas tulit magnum numerum disertorum oratorum, & magnum numerum iudicum pretium ac munera accipientium. Forma autem separabilis à materia quomodo se habeat in ratione, uidere atq; considerare ad eam quæ de metaphysica est, disciplinam pertinet. Nunc de causis uidendum est, de efficiente, de materiali, & de finali; quales quot'ue numero existant. Quum enim tunc scire nos arbitremur, cum causas cognouerimus; de causis in primis uerba facienda sunt.

VNO

VNO igitur modo.

Causa est materialis, quam quum à priuatione distinguat: quia ea ipsa etiam priuatione forma aliqua gignitur, sed non inhærente: dicit ex qua insidente & existente gignitur aliquid utputa statua. & ex argento phiala est. Huius autem æris uel argenti prima ac principalia genera, metalla existunt. seu hæc sint liquida quædam congeries mox durata, siue harena siue psegma aliud ex arido terrarum halitu concretum atq; compactum, sicut in quarto libro Meteorum cognosces. Alio modo causa forma dicitur. cum hac autem forma exemplum se copulat coniungitq;. ideam nanq; Plato, causam exemplarem nominat. iste autem non per se substantem formam ponit, & exemplum, sed rationem quid est siue definitionem. Hæc memorat absq; genere uidelicet, quomodo materia accipitur. huius autem rursum genera inquit ea, quæ altius extant prædicamenta & exemplum. q; scilicet definitio diapason, ut duo ad unum. & tanq; horum genus numerum ponit. itemq; partes definitionis. Alio modo efficiens causa; unde principium est siue motus, siue quietis. primum autem propterea dixit, q; post hanc altera etiam huiuscemodi causa animo fingi potest, ut in multis. sed interim primum mouens, efficiens causa est. sicut qui consultat, causa efficiens est rerum gerendarum. & pater filii. & uniuersè efficiens, eius quod efficitur. Quarta causa finalis est, quam dicit & causa cuius. quanquàm enim & finis inuentus est, inde tamen causa oritur. & propter hanc geritur ipsa res. sicut bona corporis ualetudo causa est ambulandi. quare enim dicimus ambulat, ut bene ualeat. qui quum sic respondimus, reddidisse causam arbitramur. Maximè igitur finalis causa, bona ualetudo. hoc enim amplius non quærimus; siqua tamen media interueniant utputa intra pharmacum, & bonam ualetudinem, omnia illa finalia habebuntur. quanq; non ultima neq; maximè finalia sunt. exempli gratia, purgatio, uel emacratio, uel instrumenta. hæc omnia nanq; ad supremum finem referuntur. differunt inter se tamen; q; ipsorum quædam opera sunt, quædam autem instrumenta. poculum enim & scalpellum, & reliqua huiusce generis instrumenta sunt. Per accidens autem causa est, & fortuna, & casus τὸ αὐτόματον. & ob hoc adiacet illa uox: propè.

CONTINGIT autem, quum pluribus modis causæ dicantur.

Quum multis inquit modis causæ dicantur, eiusdem rei plures causas esse contingit, tamen non hanc per se, illam autem per accidens sed per se omnes. Quamprimum enim statuæ causa est, & statuaria ars, & æs. & secundum quod statua est, huius etiam utraq; causæ existunt. sed hæc quidem, hoc est æs, materialis causa. illa autem id est ars, efficiens & unde primò motus est. Sunt & quædam alterum causa alterius, exempli gratia. Fatigamus membra nostra, ut bene nos habeamus. & bene nos habemus; ut suscipere labores, & res agere præclarè possimus. Verum non eodem modo huiuscemodi alterum alterius causa sunt. sed bona corporis habitudo ἡ εὐεξία efficiens causa est ad subeundos labores. ab hac enim fluit motus, qui dux nobis est ad laborandum, & ad agendum. ipsa autem rursum bona corporis habitudo perdurat, & conseruatur labore, & actione rerum præeunte. ob hanc & causa huius, causa finalis. Huius nanq; gratia in laboribus exercemur, ut superuacuis humoribus è corpore exhalatis rectè ualeamus. Plerunq; autem una atq; eadem causa inuenta est contrariorum, & amborum. sed hoc quidem per se, illud autem per accidens. nauclerum enim & gubernatorem, quum adest, nauis salutis causam per se esse dicimus. & quum abest, interitus nauis causam fuisse ipsum iudicamus. nam si affuisset & opem naui tulisset, nauis non interiisset. sed hoc est per accidens. Ratio est; quia gubernator, quare nauis interiret, per se causa nanq; fuisset. neq; enim quum affuisset, nauem fluctibus obruisset. Cæterum sicut sibi præsenti conseruatæ nauis causam per se imputamus: ita & in ipsum absentem perditæ nauis causam coniicimus per accidens. Hæc autem causæ omnes, quæ memoratæ sunt, in quatuor modos clarissimos referuntur. neq; plures quidem demonstrare haberet quispiam. exemplaris enim cum formali copulatur, atq; congreditur. neq; aliud quidem habet exemplaris, aliud autem formalis. Et ipsas rursum uniuersè resumere ac repetere incipit. elementa nanq; syllabarum, & ligna ferramentaq; præparabilis materiaturæ, & mundana quatuor elementa corporum materia existunt.

ET PARTES totius.

Ex iis duas simul causas in exemplo clarificat, finalem & formalem. unde & idoneè commodèq; plures redigit ad exemplum. materia nanq; præparabilium rerum σκευαστῶν, & literæ

syllabarum, & quatuor principia elementalia naturalium corporum, & partes totius, & propositiones causæ conclusionis existunt; tanq̃ ex quo inhærente & existente, hoc est materiales. Tamen quædam priores, quædam autem secundæ causæ formales. hoc est syllabæ, & factitia, & corpora, & totum, & conclusio, causæ formales. forma enim propositionum in his quoq; quæ de syllogismo tradita sunt, conclusio dicebatur. Partes autem & totum substitue, domum. & partes huius, ligna, lateres, & iis similia. & ecce causæ duæ se habent sic. Semen autem & medicus, & consultans, & in uniuersum is qui facit, unde mutationis principium est, causa uidelicet efficiens existit. quare autem semen, causa efficiens est, & non materialis. uel uere materialis est, sed quia non substat, neq; immutabile permanet in animante generato, sed alteratur. uolens ostendere & eiuscemodi causas efficientes ad formam conferre, & non solas extrinsecus in causis effectiuis. & ob hoc addit, non eodem modo. Vt enim qui consultat, ipse & simul facit, & simul peragit consilium. at causa finalis, tanq̃ finis & bonum. neq; enim quilibet ultimus finis, sed solum optimus finis, & bonum ipsum, uel quod est bonum, uel quod boni habet speciem mendacem τὸ φαινόμενον ἀγαθόν. nihil enim interfit, bonum sit, an boni speciem habeat. nanq; & ipsi prædones furesq; prædationes, & furta uestimentorum, tanq̃ eiusmodi bona esse uideantur, consectantur. & hunc finem sibi propositum habent. Causæ quidem, tot existunt. plurimi autem modi sunt causarum, quos commode numerabiles compendio colligit. Et consimilis formæ ὁμοειδῆ causas dicit, quia medicus & artifex ualetudinis causa sunt. distant tamen priore & posteriore. proxima nanq; causa, medicus est. remota autem, artifex. interim & ambo simul causæ efficientes existunt. & harmoniæ diapason, proxima causa formalis est duplicata ratio. remota, numerus. atq; ita semper ea quæ cætera continent, & complectuntur. Item tanq̃ accidens & semper complectentia. accidit enim statuario esse Polycleto.

EA præterea, quæ complectuntur.

Statuarius autem est per se quidem causa statuæ, & causa efficiens. Polycletus uero per accidens. Ea porro quæ accidens complectuntur, homo & animal hæc nanq; omnia per accidens causa statuæ existunt. at solus statuarius per se causa efficiens. Sunt enim ex hisce etiam causis per accidens aliæ aliis remotiores & propinquiores. album enim & musicũ et causæ statuæ; propterea q statuario accidit non solum esse Polycleto, & homini, & animali, sed etiam albo esse, & musico. quæ quidem & remotiora accidentia sunt. illa uero propiora. Itemq; quæ proprie dicuntur, & quæ per accidens. quædam quidem ut ea quæ possunt, dicuntur. quædam autem, ut ea quæ agant, & operantur. si enim dicas ædificator causa domus est, causam dicis tanq̃ quæ possit, per illud quod est potentia secundum, & non per primum atq; perfectum. posse nanq; operari in seipso habet. q si dixeris, ædificator causa domus est, causam operantem ostendisti. Hæc igitur, quæ de generibus causarum dicuntur, in causatis etiam inueniri possunt. sicut uerbi gratia huiusce statuæ causa statuarius est. statua autem causatum est. aliudq; quod ipsa statua magis est capax simpliciter, itemq; capacius aliud q̃ ipsum simulachrum, itemq; æs ipsum uel in summa materia ipsa. hæc nanq; omnia causata sunt αἰτιατά. Quare autem & materia causatum dicitur? ex eo scilicet; q ut antea diximus, materiam sibi artifex facit uel simpliciter, uel aptissimam reddit præparatq; idoneam ad formam recipiendam. Similiq; ratione in ipsis quoq; accidentibus, id est statuæ ipsius, utputa in auro, & talibus iis. itemq; hæc uel simpliciter uel coniunctim dicentur sicut non Polycletus solum neq; statuarius, sed statuarius Polycletus. & omnia duodecim modis fiunt.

MVLTITVDINE quidem sex.

In sex coniugationes causas omnes simul redigit. quas & conduplicat secundum id quod potentia est, & secundum id quod actu κατὰ τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ. & harum causarum modi duodecim fiunt. Vel enim ut singulare, ut per se ipse statuarius, uel ut huius genus, ut homo, animal. cum quibus & reliqua accidentia simul dicantur, ut albus, musicus. uel ut simplicia hæc, uel coniuncta simul. sicut statuarius, & Polycletus, & statuarius Polycletus. Siue potentia hæc & actu, ut ædificator, & ut ædificans. quædam tamen agentia, & operantia ad singulas quasq; res simul & sunt, & non sunt cum ipsis causatis rebus. etenim ædificator Anthemius simul cum ædificato prætorio est, & simul non est. & hæc quidem, quia secundum actum. Quæ uero secundum potentiam, non semper simul cum rebus causatis causæ existunt, uel non simul existunt. corrumpitur enim non domus simul & ædificator. ædificator

autem,

autem, secundum potẽtiam. ædificans enim, secundum actum. Summa autem ac suprema causa in omni re peruestiganda semper est. hoc est sit animal, sit homo, sit & Polycletus, sit & ædificator. hoc ultimum, suprema causa est. τὸ ἀκρότατον αἴτιον. Aedificat nanq; homo uel Polycletus, non ut homo est, uel Polycletus; sed ut ædificator existit. hoc enim ædificat secundum ædificandi artem, & non secundum humanam ipsius substantiam. hæc igitur causa prima est tanq̄ proxima & per se. aliæ autem remotæ. Eadem ratio & in cæteris causis. substernitur enim subiacetq; statuæ materia ipsa, æs. subiicitur confluuies uel harena, uel terræ metallum. subiicitur, & arida euaporatio. æs tamen causa materialis existit. His adiice, φ si uelis conuenienter reddere rationes, & causas rerum; genera quidem generum singularia autem singulorum causas causatorum ponas licet. sicut statuæ statuarium, & simulachri artificem, & operis operarium, & poematis poetam. Itemq; possibilia possibilium causatorum. agentia autem & operantia eorum, quæ actu. ut ædificatorem structorii actus, & ædificantem domus, quæ ædificatur. in cæterisq; rebus ad eundem modum.

DICITVR & fortuna, & casus siue temere euentum τὸ αὐτόματον.

Posteaq̄ causas connumerasset, de ipsisq; optime disseruisset: nunc & de fortuna agit, & de casu. Actiones autem multiplices & prouenta rerum, quæ ab utrisq; his proficiscuntur, homines persuadent; hæc quoq; quædam in mundo esse, & inter causas plures à mortalibus computari. Ab his enim quædam res profecto existunt. exempli gratia aliquis domo in forum discedit, utputa frumenti uendendi gratia, & mercatum reperit, & forum uenale, ibi in hominem incidit, quem sæpius quæsiuit. in ipsum autem tum se incidere non existimabat. Non'ne hoc à fortuna fuit? næ prorsus. ob hoc inter causas quoq; erit & reponenda ipsa fortuna. Modum autem uiamq;, qua ipsa & casus inter causas referri debeant, paulopost docebit. nunc autem quod instat, diligenter agit. quæritq; more suo usitato, quid fortuna sit, & quid casus. nisi enim definiatur res, nunq̄ ipsa intelligetur. Sed quoniam in rebus dubiis incertisq; prius quærimus, si ipsæ sint: deinceps quid sint: incognito enim si est, frustra est quærere, quid est: est autem fortuna & casus rerum incertarum, & incognitarum: ideo quærit in ipsis primum, sint, nec ne. Neq; ex authoritate sua hoc facit, sed & antiquos sequutus quos de hoc dubitasse plurimum dicit, fortuna esset, nec ne. negasseq; uel fieri, uel esse à fortuna quicq̄, sed causam omnium rerum certam esse, ac determinatā asseruisse. Exempli gratia quare ierit in forum, inueneritq; hominem quem uolebat quidem, tamen se inuenturum non opinabatur, non causa fortuna fuit, sed determinata causa efficiens, quæ eum mouit, ut ad forum iret uendendi frumenti gratia. Quia & iste dubitat, si fortuna aliquid est, qua de causa nemo antiquorum sapientum, quum quæreret causas omnes corruptionis rerum & generationis, & affectionis, & actionis, ne quemuis quidem de ipsa sermonem habuerit, neq; quidpiam loquutus sit. uel quemadmodum ipsa esset causa aliqua rerum, uel non esset. Sed ut constat inquit, ne illi quidem quicq̄ fortunam casum esse iudicarunt, neq; ab his esse quidpiam. Verum rursum hoc quoq; mirandum est. multa enim fiunt à fortuna & multa existunt, & ab ipso etiam casu. quæ quum plane intelligerent suapte etiam natura ad aliquam certam statamq; causam reuocari posse, & fortunam tollere, sicut antiqui fecerũt, non hoc tamen sermone utebantur.

SICVT antiqua oratio dixit.

Antiqui de fortuna nihil loquuti hoc modo ipsam de medio sustulerunt, dum res omnes quæcunq; fiunt, ad aliquam constitutam causam efficientem omnino reuocarent. Isti autem nil ueri quicq̄ de ipsa pronuntiarunt. & quæcunq; ab ipsa forent, reiecerunt. neq; ad aliquam certam causam retulerunt. Quin & quum diuisionem hoc modo facerent, adeo ut nihil de fortuna loquerentur, quædam quidem à fortuna, quædam autem ab aliis causis fieri aiebant. Mentionem igitur quodammodo quamuis leuiter de fortuna facere oportebat. atqui neq; causam quidem ullam ex iis esse, quas ipsi ponebãt, fortunam esse dixerunt. sicut Empedocles, litem & amorẽ. uel ignem, ut Heraclitus. uel mentẽ causam efficiẽtem, ut Anaxagoras. uel aliud quidpiã tale. Quare uitio dandi sunt, quod siue fortunã esse suspicabantur, siue non esse, ne uerbum quidẽ unum de ipsa scriptũ reliquerint. quãdo quidam etiam ex ipsis fortunæ uocabulum usurparunt, ut Empedocles ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ in cõstitutione mũdi quum de aere loquitur, quemadmodum tum simul sic cõcurrerit συνέκυρσε sæpe autẽ & aliter. Verbum autem συνέκυρσε concurrerit siue cõuenerit quid aliud significat, q̄ fortunam? Dicit quoq; & pleraq; membra animantium à fortuna esse id quod non

approbat Aristoteles, sed omnia à natura causa boni fuisse fabricata existimat. uelut pollicem natum e' regione aduersa quatuor digitorum, ut in comprehẽsione rerũ quatuor digitorum actionem totam contineat. Sæpe etiam & quædam commemorat ex ipsa quoq; causa materiali. hæc tamen causa alicuius, & nõ fortuite'. quæ dicit ex necessitate per trãspositionem καθ' ὑπόθεσιν, quemadmodum in libris de partibus animalium & in plerisq; aliis locis perdidicimus. Sunt autẽ & quidã inquit, qui cæli & huiusce uniuersi corporis mũdani ornatũ & structurã omnem in casum tanq̃ in causam conferant. quod præter omnium opinionem est hac de causa uidelicet, quia huic orbi nostro inferiori, ubi maxima rerum mutatio & uicissitudo est, tanq̃ quæ in motu atq; materia semper uersentur, causas quasdam quasi dominas ducesq; præficiũt. cælestium autẽ & mundanarum rerum, quæ unum eundemq; statum fæliciter semper conseruãt, nullam aliam causam esse uolunt q̃ casum ipsum τὸ αὐτόματον.

SED ex tali quidem, oliua.

Hoc comprobatio eorum est, qui quidem fortunã & casum in rebus cælestibus ac diuinis constituebant. quia ex aliquo nihil fortuite' gignitur, sed ex ordine semper est in natura animãtum, id quod & uerissimum est. neq; in his quidpiã accusandi sunt. Quod autem cælestia diuiniorâq; corpora à fortuna genita esse dicũt, uel potius a' casu, neq; causam ullam cuiusmodi animãtium siue naturam siue mentem uel aliam quampiam in ipsis constituunt, horum absurdam orationem satis mirari non possumus. Ex quo et tale quidpiam iudicio atq; criminatione dignum iudicat. præterq̃ quod enim illud uitiosum est de fortuna uel de casu nihil ipsos locutos fuisse, multo' magis absurdum criminosumq; et hoc est diuiniora corpora, unde entium omnium soboles manat, ubi quieta et imperturbata sunt omnia, fortunæ uelle cõmittere. Magis enim in his inferioribus, quæ ipsi a' fortunæ libidine uindicant, pleraq; fortuna fiunt atq; contingunt. atqui longe' aliter esse debebat, hoc est ibi plæraq; inueniri regi fortuite & gubernari, ubi fortunam causam cæli costituũt in ipsis scilicet diuinis. sed non ita fit. Aliis rursum placuit aliquid esse fortunam, sed propter eius numẽ suamq; uim inaccessam atq; impenetrabilẽ διὰ τὸ θεῖον αὐτὴν καὶ ἀπρόσιτον humano ingenio comprehendi non posse. ideoq; plerosq; mortales atq; eosdem sapientes de ipsa conticuisse tanq̃ de arcana, & inenarrabili, & quæ supra captum humani ingenii sit ὑπὲρ κατάληψιν. Quare de hac a' nobis considerandum est & de casu, quid utrunq; sit, & num idem utrunq; significet an diuersum alterum ab altero. & quomodo, si causæ esse inueniuntur, in illas quatuor causas decretas atq; constitutas redigẽtur. Primo igitur quærit, in quibusnam rebus negotiisq; hominum hæc inueniãtur. & quoniam quædam ex necessitate sunt, quædam autem ita uti contingunt, & ex his rursum quedam quidẽ perq̃ freqẽter, quædam autem æqualiter & perraro', neq; inter hæc, quæ a' necessitate sunt, neq; inter ea, quæ perq̃ frequenter fiunt, quæcũq; a' casu uel a' fortuna existũt, referri posse compertum est. Ex quo intelligitur hæc in rebs inueniri, quæ perraro' eueniãt atq; contingant.

EX IIS uero, quæ fiunt.

Posteaq̃ fortunam & casum neq; in iis quæ a necessitate existunt, neq; in iis quæ perq̃ frequenter, fiunt, esse dixisset, ponit rursum alteram distinctionem eorum, quæ fiunt. Quedam enim inquit alicuius causa fiunt. quædam autem non fiũt, quæ & uana frustraq; dicimus μάταια, tanq̃ quæ finẽ utilem nullũ habeãt, causa cuius assequẽdi in quibusdam laborent. Ex iis uero rursum quæ alicuius causa dicũtur, quædam a consiglio ac deliberatione ueniunt, quædam non a consiglio extant sicut naturalia. hac de causa subiicit, ambo autẽ in iis, quæ alicuius causa sunt, ideo hoc causa cuius fit etiam extra ullam necessariam uim, atq; extra illa, quæ frequenter sunt. Quæ autem dixit a consilio, hæc dicit. quædam quidem ab animi constituto, quædam autem a natura. hæc profecto huiusmodi quoties non per se, sed per accidens fiunt, ea a fortuna existere & a casu dicimus. quanq̃ iste. id posteriorem sermonem reseruat differẽtiam ipsorum, in iis quidem quæ ab animi decreto sunt, a fortuna esse per accidens. in iis uero quæ a negatione per accidens, a casu esse. Vt enim inquit & ens est hoc quidẽ per se, hoc autem per accidens, ut substantia atq; alia nouem prædicamẽta. & gigni per se & per accidens, sicut ædificator & albus ædificat. ita & in his est. Quod igitur est per se, determinatum illud & unum est, quod uero per accidens, indefinitum & incertum. & talia multitudine infinita sunt ædificatores nanq; unum præ se ferunt in exædificando, album autem & musicum & iuuenilis pubertas & stolidum & alia innumerabilia sunt quæ ædificatori indefinita omnia acciderunt. In iis igitur, quæ alicuius causa fiunt; quoties

per accidens fiunt, toties fortuna est, & casus ipse. quo uero modo hæc inter se distinguantur, posterius decernet. Nunc autem quum studeat uenari communem quandam ipsorum societatem, ut ipsa scilicet definiat, dein distinguat alterum ab altero ratione differentiarum suarum; hæc loquitur. Cæterum exemplum ponit docendi gratia; ut quomodo in hisce fiant, quæ alicuius causa sunt, sciri facilè possit. sicut causa debiti recuperandi ueniret quidem in forum quispiam empturus aliquid in cœnam, si de debito ita fore pro certo haberet. at uenit, ut ferret aliquid in cœnam, sed non debiti causa. & sibi contigit argentum mutuo datum recuperare. hoc quidem est in iis, quæ alicuius causa sunt, sed per accidens.

EST autem finis & delatio.

Causa cuius & in iis quæ à consilio sunt, & in iis quæ absq; consilio, inuentum fuit. hæc autem ea, quæ sunt secundum naturam. Nam natura rationis expers omnia facit secundum rationem. hæc autem naturalia causas mouentes in seipsa habent. Animæ namq; appetitiuum extrinsecus ab appetibilibus mouetur, sicut & sensitiuum ab ipsis sensilibus. nam sensile non uirtute & potentia, sed actu specie aliqua terminatur. at sensitiuum quum uirtute ac potentia uigeat, secundũ rei sensilis speciem in actione consistit non passiuè. neq; enim ab albo candefit. sed actiuè. ita tamen actiuè, ut non faciat quicq̃ sicut causæ efficientes. sed iudicatiuè atq; cognitiuè κριτικῶς καὶ γνωστικῶς. Quum igitur Philosophus uelit fortunam à casu distinguere, sic loquitur. casus τὸ αὐτόματον in his inuentum est, quæ sunt causa alicuius secundum naturam. Quod si de sententia animi sui inquit uenisset, uel semper in forum ueniens. hoc non à fortuna foret. tunc enim hoc per se fuisset. uenire enim in forum constituit. hoc autem in his, quæ perq̃ frequenter fiunt. semper enim uenit in forum. Atq; ex hoc loco uenatur fortunæ definitionem; eam scilicet causam esse per accidens in iis, quæ à deliberatione causa alicuius proficiscuntur. In his autem, quæ à deliberatione, dixit propter casum ac temere euentum διὰ τὸ αὐτόματον. deliberatio enim inquit non est absq; consilio, & discursu mentis. Causæ igitur indefinitæ sunt, à quibus sunt ea quæ à fortuna existunt. namq; ad forum agendum, & ad aliorum conuentus, & ad aliquem uidendũ, & ad honores ab alio consequendos forte accessit, quum tamen nullius horum causa in forum ierit. sed cogita tu aliud quidpiam, quod & ipse secum in animo facere constituerat, cuius tantum causa iit in forum. Indefinitam igitur incertamq; esse fortunã ex hoc colligere licet eamq; quid sit, homini non bene constare, ideo ꝙ res accidunt inopinatè, & de improuiso ipsis hominibus. & non ꝙ diuinum & beatum quid sit fortuna ipsa. Itaq; dicere fortunam temerariam esse & irrationabilem παράλογον, rectè ac meritò dicitur. ratio namq; in his consistit, quæ per se sunt, ac necessaria, uel in his, quæ fiunt perq̃ frequenter. At fortuna inter ea ponitur, quæ præter hæc existunt, & præter omnem rationem. Quare quæcunq; sunt extra ea, quæ per se, indefinita existunt. & fortuna quoq; indefinita est. Deinde quia innumerabilia sunt ea, quæ accidunt; dubitat secum & ambigit. num ab huiuscemodi rebus quælibet causæ fortunæ esse possunt, uel certæ quædam? & soluit, quum dicit omnes quidem à fortuna causas esse per accidens, alias tamen aliis priores esse.

NVM quælibet causæ fortunæ sint.

Maledixit causas fortunæ. sed à rebus eiuscemodi, quæ sunt per accidens. num fieri potest; ut quælibet causæ eius rei sint, quæ à fortuna dicitur existere? sicut exempli gratia primum est in morbo pediculari abradi deglubiq;, deinde εἴλυσις tractio. postea spiritus. & hoc pacto bona consequitur ualetudo. Valetudinis hoc loco causa secundum fortunæ beneficium est abradi deglubiq;. sed etiam εἴλυσις tractio, & spiritus. at illud prius. Hinc rursum numero colligit, quæ fortunæ adueniunt. & ex translatione ita profert orationem suam. Dicitur igitur bona fortuna, quum aliquod bonum prosperè cedit. mala autem, ubi male cecidit res. non ipsa tamen fortuna uel bona, uel mala est; sed id quod euenit nobis, talem habet naturam, ut bonum sit uel malũ. Prospera autem & affluens fortuna uel infortunium εὐτυχία καὶ δυστυχία dicuntur; quotiescunq; res ipsæ uel aduersæ, uel secundæ in notabilem magnitudinem excreuerint. secunda nãq; fortuna bonis cumulata pluribus dicitur fortuna affluens εὐτυχία at infesta nobis aduersaq; molem ingerens malorum dicitur infortunium δυστυχία. Qua de causa uerò quum bene & male inter qualia reponantur, iste inter quanta reponere uidetur? Huic rei ita respondendum; quum bona fortuna uel aduersa dicitur, tunc habere quale bonum uel nequam, non ipsum quidem, sed illud, quod euenerit. quum uerò hoc malum siue bonum exaggeratur excrescitq;, tunc dici afa

fluentem rebus fortunã uel infortunium εὐτυχίαν ἢ δυσυχίαν. Non disconuenit etiam ipsa quoq; qualia augescere & magnitudinem capere non corporalem quidem, sed accidentalem. quo etiam modo multum albi plerũq; dicimus. Hæc, autem ita se habere ex eo quoq; intelligitur, ꝙ cum hominem miserum maleq; fortunatum dicimus, qui plurimorum incommodorum atq; calamitatum multitudine premitur, quæ omnia in homine mala ab euentu malo numerãtur. eumq; rursus cui ex leuibus q̃ plurima augẽtur bona, fortunatum putamus. Leue nanq; bonum nihili æstimamus, ꝙ affluens etiam fortuna, instabile quoddam & caducum est. quia fortuna suapte natura firmiter non perdurat, neq; in eodem statu permanet. Est enim fortuna per accidens, neq; semper eadem consistit, neq; perquam frequẽter. hæc nanq; quæ uel semper eadem uel frequenter sunt, stabilem constantemq; naturam habent. Et utraq; certe fiunt in his, quæ causa alicuius existunt, non simpliter neq; perquam frequenter. differunt inter se tamen, ꝙ casus siue temere euẽtum amplius & latius patet. nam quicquid a fortuna proficiscitur, casus omne illud est. non omne autem temere euẽtum siue casus, a' fortuna est, hac de causa scilicet, quia fortuna & fortuita omnia in his sunt, in quibus & fortunatum esse & in summa in his, in quibus actio rerum continetur, quasi passio quædam cum ratione sicut in familiaribus epistolis ad amicos missis in titulo proœmii antiqui scribere solebant ὁ δεῖνα τῷ δεῖνι εὖ πράττειν aliquis alicui optat fælicitatẽ in actione rerum suarum, hoc est salutem dicit. & hac de re fortuna circa negotia hominum uersetur. necesse est. Simplicius dicit hoc loco dubitare Alexãdrum quia per accidẽs causa fortuna est, causam et per se dãdã esse. nihil enim esse per accidẽs absq; eo, quod per se est ut puta domus causa per se ædificator est at simus per accidẽs. Et dicit soluẽs id ambigui, hoc loco aliud esse per se, ut puta ædificatorem, & aliud per accidens, simum. at in hoc causam ipsam aliter aliterq; acceptam aliquãdo quidem per se esse, interdum uero' per accidẽs. Quod enim ipse uenerit argẽti gratia, per se est. sin ob aliud negotium se in forum recipiẽs argẽtum a debitore domum retulerit, per accidẽs. cui illud argumẽto est, ꝙ circa res fortuna ipsa uersatur. actio uero' rerum propria animãtium eorũ est, quæ ratione utũtur propterea, quia uel idem fælicitas est, quod & prospera rerum fortuna, uel huic proxima. At fælicitas ipsa εὐδαιμονία actio quædam existit. εὖ γὰρ ἔχει τοῦ δαίμονος bene enim cum numine suo agit conuenitq;, & bene fortunate'q; agit. Et propter hanc causam quibuscunq; res agere non contingit, cuiusmodi inanima & bruta sunt & pueri ipsi, in his prospera interdũ fortuna diceret. nõ ergo hæc a' fortuna, propterea, ꝙ neq; hæc neq; pueri habẽt animi deliberationem atq; consilium constitutum, iudicium enim est rerum agẽdarum. & anteq̃ rem aggrediatur quispiam, eligit hanc cum animo secum deliberãs. Quod autem nonne Protarchus parietes appellat fortunatos eos, ex quibus aræ deorum extruũtur. quia hi omni honore colũtur, qui uero' ab altari seorsum positi iacẽt, pedibus calcãtur atq; negligũtur? næ, sed non proprie per similitudinem duntaxat aliquam eiuscemodi fælicia & fortunata appellãtur, quæ interim si fortunata non dicũtur, neq; quicq̃ ex fortuna agunt. Cæterum & hæc quodammodo a' fortuna pati dicũtur, quoties quispiam in horum opere laborãs aliquid fortunæ beneficio cõsequitur. ut puta, aliquis uult facere e' lapide Mercuriũ. sed dum scalpello circũciditur & laboratur, fractus ilico dissilit lapis. neq; amplius aptitudinem habet ullam ad formam Mercurii recipiẽdam. artifex ex illo fecit aliud quidpiam statua Dei omissa, quam ab initio ex eo lapide struere secum cogitarat. ita lapis a' fortuna formam atq; aliam figuram recepit, quam primo artifex sibi in animo non destinauerat. sed quum lapidem diruptum in alium habitum a' fortuna redactum constitutumq; uideret artifex, ad quod idoneus factus lapis uidebatur, illud perfecit. Hoc igitur a' fortuna existit, ꝙ ubi actio consistit, ibi & hoc habet locum. At casus τὸ αὐτόματον. latius patet, & ad plura pertinet & inanima & animãtia. sicut uerbi gratia casu equus currẽs seruatus est. nam si ibi remansisset, periisset. Et tripes casu in terram cecidit non sedisfaciendæ gratia. se tamẽ in speciem sedis apposite' se constituit. illud autem plærunq; & alicuius causa a' quibusdam factum est, hunc habitum lapide suapte natura recipiẽte. sed hoc quidem per accidẽs.

QVARE perspicuum est, quemamodum in his quæ simpliciter causa alicuius fiunt.

Et casus etiam in his existit, quæ simpliciter alicuius causa fiunt, quoties per accidẽs fit. similiq; ratione quod a fortuna est. Sed in his, quæ a fortuna sunt causa intus consistit. in his uero', quæ a casu, extra posita tota est. Vel enim uẽtus lapidem deiecit uel aliud quidpiam. neq; a se ipse excitus est, alieno nanq; motu regitur. At in rebus iis, quæ ab animi consilio ueniunt, causa in intimo

cõsistit

consistit. quia animantia se ipsa mouet αὐθαίρετα, magisq; ea, quæ ratione ac consiglio ducũtur. Verum quare superius dixit finem delationemq; non esse causarum, quæ in ipso, sed destinatarum rerum eorumq; quæ à consilio sunt, & nos eo loco dicebamus naturales res causas in se habere, quæ uero' sunt a destinatione animi, ab appetitiuis extrinsecus impelli ac moueri. Vel utraq; oratio recipitur. nam cadere lapidem in se atq; ipsius natura situm est. neq; enim prorsus immobilis stat sic ut nunq̄ moueatur. quo'd si tunc moueri contigit, extrinsecus a' ui uẽti prouenit Itidemq; & in his, quæ a' consilio sunt, inestintus destinatio siue deliberatio ἡ προαίρεσις. sed tamẽ res, quæ hunc motum in homine intus mouet, extrinsecus existit. non quærimus interim in hoc loco innatam in lapide inclinationem ad inferiora, quam a' se ipse habet. quid enim, si hanc habet? lapis autem ut suapte natura deorsum feratur, a' re exteriori ulla non habet. ob hoc extrinsecus causa est, quæ ipsum lapidem a sede, quam tenebat, motum deiecit. At quæ a fortuna ueniunt, quanq̄ extrinsecus est causa mouens, primario' tamẽ atq; principaliter προηγουμένως destinatio animi est, atq; intrinsecus animal mobile est. Præterea de casu uel temere euento philosophatur, quum dicit definitionis casus hoc esse signi, quotiescũq; aliquid gratia cuiuspiam rei cõstitutum non illius gratia efficitur. uerbi gratia uadit aliquis ad conuiuium explẽdi se cibo gratia. si autem cuidam eunti appetẽtia non incessit, frustra ipsum ac temere iisse dicimus? Aliter autem siquis frustra ac temere dixerit τὸ μάτην ad id in quod gratia cuius non apte' cadit, frustra quidẽ dixerit ac ridiculus uisus erit. exempli gratia frustra quidem me balineo laui, quia non defecit lumen solis. & causa Heleni, nullo pacto quidem. Ergo & lapis si id circo cecidit, ut ictu quempiam uulneret, & non uulnerauit, frustra ac temere cecidit sed hic non ad aliquem percutiẽdum cecidit ab alto lapis, & percussit. ergo temere cecidit. Maxime' autem hoc ab eo separatur, quod a' fortuna est, ideo ꝙ casus uel temere euẽtum in his uersatur, quæ natura fiunt. quum aliquid fit, est contra naturam.

SED a' casu potius existere dicimus.

Quum perspicue demõstrare uelit temere euẽtum habere causam exteriorem, & in naturalibus esse, magis accipit quæ sunt contra naturam, q̄ quæ natura sunt. ubi non omnino res ipsa motum innatum & ingenitum habet, ut appareat, causa utiq; mouẽs in talibus extrinsecus existit. Constitue igitur a quodam lapidem ab alto trahi, ipsumq; hominem aliquem inuitum uerberare. uel a tecto delapsum atq; in parietes incidẽtem apte se compositeq; collocasse. hoc casus & temere euẽtum est. Prorsus nanq; motus ab alto lapis nulli præbebit suspicionem, se ex ui sua ingenita naturaliq; uirtute motum fuisse, sed manifesto ab alio fuisse motum. tamen ex casu ac temere euẽto deiectus e' sublimi ad structuram domus bellissime se adaptauit. Quia igitur per accidens causæ hæ expositæ fuerunt, ideo inter causas efficiẽtes ipsas collocat ac reponit & non inter naturam aliam causarum. Vel enim natura, uel ab animi consilio sed non per se. horum tamen numerus indefinitus existit. Causa igitur fortuna & casus est earum definitarum rerum, quarum causa & natura definite est sunt autem hæc quãtum per accidens & mente & natura posteriora hac scilicet de causa, quia nullum accidens prius iis est, quæ per se sunt. Quare si casus imprimis causa est structuræ totius mundi, & huiusce uniuersi fabricator, quemadmodum quidam dicunt, alia quedam per se causa horum prima existat, necesse est. & mẽs erit quidem uel natura sibi causa prior. Nam casus ac temere euẽtum quia est per accidens, nunq̄ præibit. sed quum non fuerit aliquid per se, ne per accidens quidem quicq̄ erit futurum.

ESSE autem causas, & esse numero tot.

De primis scilicet causis loquens absq; casu & fortuna eas uidelicet quatuor existere, perspicuum inquit esse causas hasce quatuor complecti, quid est. ex his autem causam finalem, cuius rei gratia, ad interrogationẽ pertinere. Vel enim ad quid est ultimum inter immobilia ut in mathematicis disciplinis, refertur hoc, quod dicitur, qua de causa. immaterialia, immota esse ait. Non hoc autem ideo facit, ꝙ in materialibus quoq; atq; sensilibus causa formalis non inueniatur, sed quia in illis uidelicet mathematicis, ꝙ ab auferendo ἀφαιρεμάτων dicuntur, sedem habet species ipsa formalis, quoties passio uel affectio aliqua à materia ablata separatur. sicut quid est rectum, quid proportione quadrans ipsum per se seorsum a materia. Tunc enim causa formalis locum habebit, ꝙ ipsa explicatur. uel in primam causam mouẽtem, uidelicet efficientem. uelut quæ causa impulit, ut Phocenses contra Thebanos ut puta uel contra alios populos bellum susciperẽt, ꝙ forte Pythii fanum expilarũt. uel quæpiam alia causa impulit & cõmouit hac de gratia scilicet ut im-

per arent. quæ causa finalis existit. uel in his, quæ generantur, causa materialis præterq̃ ꝙ sicut formalis causa magis uim suam propriam in mathematicis habet & in immotis, ita materialis magis in generabilibus uiget. hæc nanq; materialia & sensibilia sunt. Deinde dicit, de omnibus causis scire physici interesse. quippe qui in omnes causas referẽs propter quid, rationem de re omni reddet. hoc nanq; propter quid, est huiuscemodi interrogatiuum & commune quatuor causarum. Finalis uero' propriũ suum ius habet præter tres & illud, cuius rei gratia. Conueniũt autem plærunq; tres in unam. & quæ sint hæ tres, subiicit, formalis scilicet & finalis. hasce nãq; superius dicebamus in his, quæ non ex arte constãt seiungi ac separari. in naturalibus uero idem esse. finis nanq; & forma hominis, ipsius formatio est ἡ εἰδοποίωσις. nulla re deficiente ex iis, quæ ad ipsius constitutionem requiruntur & tertia causa efficiẽs. quæ quanq̃ idem existit quod & formalis & finalis, forma tamẽ idem est & non numero. Homo nãq; ut causa efficiẽs alium generat hominem, & forma idem est quod ille. & in summa quæcunq; mota mouent, de his ad physicum spectat cognoscere. sunt enim hæc quoq; naturalia. Quæcunq; uero immota mouent, non est physici pertractare. theologici potius illa disciplina peculiaris est numen enim diuinum τὸ θεῖον immotum mouet. Vnde & tres etiam extare disciplinas dicit. unã, quæ de causa immota agit, eamq; esse theologicam, alteram uero, quæ persequitur ea quæ mouẽtur atq; incorruptam naturam habẽt, cuiusmodi mundum ac cœlum uniuersum quemadmodum ipse cẽset, quæ intra theologicã ac naturalem disputatio media est. tertiam esse eam, quæ de rebus in motu positis ac morti debitis perscrutatur, & hanc physicam esse disciplinam. ita in huiusmodi & materiam reddet. Quum enim de generatione disserit & de rebus passioni ob noxiis, quæret id quod primum est & quod deinceps est & quod proximum.

DVO autem principia sunt, quæ naturaliter mouent.

Duo principia ait esse, quæ naturaliter mouent. est enim quod primo mouet, immotũ solum stans nam in se motus principium nullum habet, quo ab aliquo alio moueatur. quare immotum cuncta mouet. & illud est dei numen τὸ θεῖον primum rerum omnium. & propter hoc ipsum principium naturale non existit. At pater motus mouet, & causa efficiens est & naturale principiũ procreandorum liberorũ. Quum autem ea connumeret, quæ stantia atq; immota mouent, dicit illud quod immobile prorsus existit sicut poli totius mundi & axis & quod primum rerũ omnium est, quod scilicet aliunde principium & motum non habet numen diuinum τὸ θεῖον & quod quid est, quod causa formalis existit, quod cum formali quoq; congreditur & copulatur. hæc nanq; quũ immota maneant cætera mouent. Quare quum natura causa alicuius agat faciatq;, hanc quoq; cognoscere ad physicum pertinet. quemadmodum ex hoc scilicet satu semineq; olea ut puta nascatur. & ex hoc, hoc. uel semper atq; ex necessaria naturæ ui, uel q̃ frequentissime' sæpe nanq; accidit, ut ipsa quoq; natura peccet. quippe quæ alium fætum pro alio in lucẽ edit, sicut monstruosos partus animantium & quæ historiis celebrantur. a' boue nanq; natus est agnus. & si forte agnus gigni debet, subiici oportet talem materiã atq; necessario talẽ. Necessarium nanq; huiusmodi suppositiuum in his quoq; quæ de syllogismo sunt, pertractauit sicut & in hoc loco. si necessariã conclusionem effici oportet, propositiones quoq; necessarias esse necessario' conuenit. Scire igitur oportet physicum & de iis & de reliquis, rationesq; reddere, siue ꝙ τοῦ τί ἦν εἶναι hoc est esse rei, siue quia hoc modo melius est, non simpliciter neq; ut factum est, optimum ipsum explicantem, sed quod optimum maxime'q; salutare est unicuiusq; rei substãtiæ ac naturæ. Timidum nanq; leporis ac formidolosum, optime' quadrat ad illius uitam naturamq; conseruandam. quanq̃ timidum, uitiosum habetur. & dolosum ingeniũ uulpis eius saluti prodest plurimum. Primum autem dicendum est, quemadmodum natura alicuis causa faciat, quæcunq; facit. deinceps de necessario est uidendum, quomodo in rebus naturalibus inueniatur. Omnes enim fere' necessarium ipsi materiæ adscribũt. quia uidelicet exempli gratia calidi natura est, ut exacuat, ideo calidum ipsum in quibusdam oris partibus abunde affluens caninos dẽtes acutos reddidit. neq; dicũt incidendi cibi gratia ipsos acutos fabricasse prouidam naturam.

HABET autem res dubitationem, quid prohibeat naturam non alicuius causa facere.

Ponit dubitationem de rebus naturalibus. & philosophus quidem ipsam quoq; naturam alicuius causa facere consentit, & non fortuito neq; temere. Oppositiue autem argumentatur, quid sit, quod nõ alicuius causa facere naturã prohibeat, sed ex necessitate uidelicet materiali & supposititia

posititia

posititia. sicut ex necessitate quidem pluit, ideo q humorem frigore coactum de coelo cadere in terram oportet. Ex hoc autē frumentū in agris ad ortum uenit uel augescit, uel plerunq; in area quoq; marcet & perit. non horum uero gratia Iuppiter pluit. sed hæc euenerunt ex eo, q necessario in imbrem humor depluit. Ita si in re qualibet hoc est, hæc in ipsis quoq; partibus contingere quid uetat? hoc est in membris ipsorum animantium. exēpli gratia ex materiali quidem necessitate anteriores dentes nasci acutos, obliquos autem nasci latos. Accidit deinde, ut alii ad alios usus idonei reperiātur. hi quidē ad incidendū cibum commodissimi, alii autem ad ipsum terendum atq; complanandū. neq; tamen horum cōmodorum gratia fabricatam ipsos fuisse naturam. Similiterq; & in cætris membris corporis, quia ut puta calida potentia abunde affluit in eam partem, propterea digitorum medium in magis rectum procerumq; habitum constituit & adaptauit, & non ut per ipsum firmior constantiorq; comprehensio fieret. Vel rursum ob uim frigidi abundantem crassiorem quodammodo & minoris molis natum pollicem cōtigit. necessarioq; ex substrata materia hæc genita in hunc modum fuisse. euenisse postmodum, ut usibus animantium opportuna quæq; membra reperirentur. Et in antiqua origine compositoraq; animantium & cæterarum rerum ex necessitate principia in unum coiisse atq; conuenisse ob quandam mouentem causam materialē. & perinde tanq alicuius rei gratia hæc sata essent, seruari atq; existere. Quæcūq; uero non hoc modo sed male genita ac deformiter constituta fuerūt, ea interiisse & interire. cuiusmodi monstra portentosaq; animalia ab Empedocle cōmemorata τὰ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα καὶ τοῖς ἱπποκενταύροις ex membris alienigenis discordibusq; hoc est ex boū busto hominumq; uultu compacta bruta & hippocentauros editos. Ratio igitur dubitandi talis est. sed hæc ut hoc modo se habeant, non potest esse. quæcunq; enim natura gignit, uel semper certa lege procedunt, uel perq frequenter. quæ uero a fortuna sunt & a casu, certo fædere nō procedunt. & est secundus modus secundæ figuræ.

NEQVE enim a fortuna.

Hæc Oratio uim habet maioris propositionis comprobandæ secundæ figuræ. & fit demonstratio a secundo modo primæ figuræ. Pluere naturale est. naturalia neq; a fortuna neq; a casu existunt. nam naturalia ex necessitate & perq frequenter consiunt. casus uero uel temere euentum, perq raro. Plærunq; autem hæc quoq; casu fiunt, quum præter consuetudinem accidunt. ut si sub caniculæ ortum sæpe imbres erunt, & per hyemem calor æstuosus. Atq; hinc suppositiua ratio introducitur per particulam disiunctiuam. hæc a casu existunt, uel alicuius rei gratia geruntur. si a casu ac temere euento existere non possunt, ergo rei alicuius gratia naturalia extabunt. quandoquidem ipsi etiam hæc naturalia esse concedent. uidelicet pluere, æstum fieri & reliqua de genere hoc. Propter hanc causam ea uerba subiicit, atqui huiusmodi omnia natura gignūtur, quemadmodum ipsi quoq; fatere ntur. ne quis diceret infirmam esse diuisionem, quam fecit in hypothetico syllogismo per, uel, particulā disiunctiuam &. non est huiusmodi proprium argumētum. Præterea in quibuscunq; rebus finis aliquis existit, huius gratia agitur, & ut agitur, sic natum est. et contra. hoc autem ponit propterea, quia in his quæ agitatu mētis atq; consilio gerūtur, τὸ πράττειν agere inuentum est, πεφυκέναι uero nasci siue produci in rebus naturalibus. hac de causa hæc uicissim disponit usurpatq;, tanq de rebus naturalib9 uerba faciat. Ad nascendum igitur ita, uti fiunt, impedimentum nullum habent. ad agendum uero ita, uti nata sunt, impedimenta opposita plura habent, quæ media se interponunt. ad firmitudinem ergo suæ orationis uerba illa ad posuit, nisi quid impedierit. Agitur autem rei alicuius gratia. ergo & natura creat gratia alicuius. hypotetice uero ponit domum earum rerum, quæ natura generātur, ut πέφυκεν καὶ πράττεται produci a natura & agi conueniant simul. Vt enim artificialis res habet agi, ita res supposita naturalis recipit in se nasci & creari. Item a minori argumētatur hoc modo. si ars causa alicuius facit, multo magis natura alicuius causa faciet. facit autem & nonnunq natura tricephalos animantes & plura lumina fronte gestantes. nonnunq etiam & ars naturam imitatur.

MAXIME autem perspicuum est.

In membris uidelicet animantium gratia alicuius uim aliquam natura inesse, neq; ex eo q ratione caret, retrahi ab opere & quominus agat secundum rationem, impediri maxime in his animantibus perspicuum esse potest, quæ usus suos atq; commoditates operātur nullo adhibito præceptore neq; consultore. Circa quorum animantium naturam plurima dubitatio oritur apud ingenia multorum, quum oculis diligenter obseruant & intuentur, quanto artificio miraq; operis

uarietate. hæc peragāt bruta animantia & operentur. ita ambigi quasi & dubitari à sapiētibus solet, num mente aliqua hæc extruant & machinentur sicut aranei retia & telas suas, itidemq; formicæ subterranea granaria & his similia. Nam formicæ uidere est, quanto labore in terræ abditos & occultos specus cibum æstate tanq̃ thesaurum parāt defodere, ut tutus a furibus insidiisq; animantium esse possit. ipsaq; grana certa aura uentorum refrigerant & perbelle curant. ipsaq; semina ne e terra germinent, unde postmodum irritus cadat labor omnis, quemadmodum media diffindant, licet inspicire unicuiq; consideranti sagacitatem artemq; naturæ. Quis est qui hæc ingenio quodam scientiaq; non fieri existimet? tamē hæc opera naturæ sunt quæ minimas etiam res alicuius gratia laborat semper ac molitur. Huiusmodi autem opera naturæ in ipsis quoq; plantis & arboribus progressum facere mirabilem uidebuntur. folia nanq; nata sunt tanq̃ operculum quoddam ac tutamen frugum ipsarum. & rursum radices non sursum uersum sed deorsum uergūt terræ inhærentes ad alimoniam plantæ subministrādā. infra enim respicere caput ipsarum dicunt & non uersus cælum, alimenti sui ratione habita. cibum nanq; à terra petunt. Propter hasce causas omnes huiusmodi causa prouida inest in his, quæ natura generantur, ut omnia alicuius finis orta sataq; uideantur. & non simpliciter neq; fortuito uel necessario atq; ex subiecta semini materia. Quum autem duplex natura existat, hæc quidem ut materia, illa autem ut forma, forma autem finis sit, q cum ipso fine & cum eo cuius causa, coniungitur & copulatur, finis uero gratia reliqua peragantur, ipsa quidem causa & in naturalibus erit, quæ formalis est, quæ & cuius gratia dicitur ob cognationem atq; societatem, quæ sibi cum cuius causa & cum finali causa intercedit. Nequis uero obiiciat, quare ergo quoue pacto naturalia turpificata plærunq; peccant, & in monstrosam speciem naturamq; deformantur, quādo horum motus alicuius gratia est, & qua de causa non omnia finem optatum consequuntur? dicit ad hoc, & qui ab arte & à natura errores culpæq; existunt cōstituit. Conuenit nanq; inter omnes quæ ex arte cōstant, alicuius causa existere. quo igitur modo culpa ibi & à suo fine committitur aberratio ἡ ἀποτυχία, neq; ars consequitur uotum suum? ita & in natura se habet res.

IN HIS uero, quæ perperam fiunt.

In artificialibus perperam quædam fiunt. & certè gratia alcuius artifices aggrediūtur, sed finem plerunq; non consequuntur. Eodem igitur modo, quo & artificialia, ea se habent, quæ in natura prauè perpetrantur. in artificialibus certe hoc causa alicuius manifesto apparet. neq; enim artifex aliter opus aggrederetur, nisi propositum sibi finem inanimo quendam constitutumq; haberet. Ergo ibi in artificialibus deprauatis atq; perpetratis aberratio à fine proposito nempe existit & in naturalibus monstra, partusq; portentosi huius, quod dicitur causa cuius, errores existunt. Quare quo primum tempore natura creauit animantes secundum Empedoclem, ex membris boumq; natura iuncta animalia βουγενῆ nascebantur. & non simpliciter neq; fortuita alea & casu quodam, ut quispiam existimaret. poterant nanq; ipsa quoq; semifera monstra ad finem aliquem peruenire, sed impedita huiuscemodi speciem receperunt ex interitu forte atq; deprauatione materiæ. sicut in monstris quoq; his, quæ nostra uidet ætas satu corrupto ac semine uitiato uitium prolis committitur. Præterea semen prius gigni necesse est, & non subito atq; extemplo animātes ipsos, hos autem producit actus. Quin & Empedoclis illud est in carmine suo quodam, quum dicit, σπέρμα οὐλοφυὲς seminium naturæ satu fœcundum. hoc ergo seminium initium & origo animantis si ad aliquem finem respicit, & non simpliciter neq; frustra atq; inaniter mouetur, quanuis etiam quidpiam aberrauerit. & si hoc, continuo motu perdurante & in finem aliquem respiciente; quid est, q dicas illius finis assequendi gratia non omnem illum suscipi motum? Itemq; in ipsis quoq; plantis inest insita quædam uis causa alicuius, non ita autem attentè exactèq; coordinata fuit sicut in animalibus. Quamobrem igitur sicut hic ex membris boum constātia animantia progenita sunt, quando res ipsæ ut sors fert, generantur; non generata & in illis fuerūt uitisata ex oliuis iuncta atq; simul in uno fætu coalescentia ἀμπελογενῆ ἐλαιόπρωρα? nasci nanq; naturales fætus, ut sors ferebat, oportebat. neq; oleam ex olea gigni, uel ex ficu ficum, & ex homine hominem, equumq; ex equo. His & illud adiice; q quisquis est, qui tollit causa cuius: is & cuncta tollit, quæ natura sunt. Natura uero φύσει sunt, quæcunq; ab aliquo orta principio ad aliquem finem certum constitutumq; perueniunt. neq; à quouis alieno satu principioq; profectum, neq; quodlibet.

SEMPER quidem ad eundem.

Neq;

Neq; a quoq; principio idem oritur, hoc est a seminio ocimi ocimum. & rursum ab huiusmodi semine lactucula. neq; quodlibet, sicut a nucleo oliuæ ficus. a milio malum punicum. Sed semper a semine balsami ipsum oritur, nisi aliquod impedimētū plerunq; uel incōmodū obstiterit. neq; uel à materia, uel ab ipsa terra materiā in se recipiēte, uel à tēpore intēpestiuo uel à quapiā alia causa finis ipse uitiatus corruptusq; fuerit. Hoc aūt causa cuius, & quod ad ipsum refertur, quod huius causa dicit, a fortuna quoq; esse potest, quale est: fortuito quidē se quispiā lauit, quū uenisset, quādo tamen non balinei gratia ipse uenerit. hoc interea est per accidens, ꝙ ob aliam causam ipse uenerit. illud quoq; erat, propter quod & causa cuius eo' se receperat. & tale certum erat atq; determinatum. accidit autem postmodum, ut se lauerit. & alia propemodum innumerabilia. Nam quæ sunt per accidēs, indefinita existūt simulq; & infinita, propterea ꝙ fortuna iis adscribitur rebus hominum quæ per accidens euenire consueuerūt, sicut & antea a nobis disputatū fuit. Quum hoc uero' semper contingit uel frequentissime, non per accidens tale dicimus neq; a' fortuna. At in naturalibus semper & eodem modo. in iis uero', quæ ab hominum cogitatione proueniunt, non semper cogitata ipsa ad exitum perducuntur. & fiūt plæraq; a' fortuna apud nos in hoc pelago mundano propter hanc causam. Nam natura quidem quædam lex est diuina & quæ stabilis constansq; præteriri nō potest, & est ens quoddam uno eodemq; modo semper se habens, quod nequaquam nulloue pacto commutatur. ex quo & ad ipsum quoq; finem peruenit, ad quem summo studio peruenire contendit, nisi re quapiam a' proposito itinere reuocetur. Ac consilium & mentis cogitatio sicut & qui de rebus consultāt, leui momēto consilium mutant, sic & ipsa commutatur uariatq;. & res humanæ non in statu permanent, sed fluxæ caducæq; assiduo motu iactātur & hac de causa fortuna uis in orbe inferiore inest, atq; innumerabilia alia contingūt. Absurdum uero' inquit esse ideo naturam non arbitrari alicuius causa opus suum semper peragere ac patrare, propterea ꝙ ipsam de salute rerum consultantem oculis intueri non liceat. Et enim ne ars ipsa quidem quicquam consultat & si in ligno sciētia inesset nauium fabricandarum ναυπηγική, æque' atq; ipsa natura, operaretur, quia uero' in artifice inest, propterea ipsum consulto' agētem & operantem uidemus. & propemodum similis medico natura est, quum seipse medēdo curat, ꝙ motus intus existit.

QVOD autem ex necessitate est, utrum ex suppositione existat.

Duplex esse necessarium cognouimus tum in his, quæ de syllogismo sunt, tum planius & manifestius in libris de partibus animalium. in illis quidem ratiocinatiue', ꝙ scilicet propositionibus necessariis constitutis conclusio necessaria consequitur. Nam posito atq; constituto motum omni animanti esse, est autem homo pars animātis, quādiu uerum est motum omni animanti esse: homo necessario' habeb motum. In libris uero', qui sunt de partibus animalium, naturaliter. est igitur hoc atq; huiusmodi hypotheticum necessarium. Est & aliud necessarium, quod simpliciter est & non suppositum, sicut hominem perspirare. Quærit ergo hoc loco philosophus, quod ex necessitate est, quale sit. hoc est materiale. hoc nanq; hoc loco significat, quid necessarium sit. Nam arbitrari inquit quicunq; causa cuius ex naturalibus auferunt, necessarium in se habere materiam. & siquid gignitur, id a' materiæ necessitate fieri. neq; gigni causa alicuius rei, sicut de dētibus & de digitis antea dicebamus. Et enim materia partium elementa & horum qualitates existūt, calidum & frigidum, humidum & aridum. atq; hoc non secus iudicāt, quam si muros ex necessitate propter materiam extrui condiq; iudicarēt, ꝙ lapides tanquam graues in imo loco consistēdi naturam habent, ligna autem tanquam terra infra, in summa tecti parte considendi. Dico igitur ego quoq; inquit hæc ad domum exstruēdam magni interesse, si cuiusmodi materiæ natura exigit, talem & ipsa ordinem in cōpositiua receperint. & sine his extrui murū non posse. Non ob hæc tamen murum condi dicimus, sed familiaris supellex ut occultetur in domo atq; reponatur. id quod & in serra facile intelligitur. serra enim non ex ferro facta est propter materiam. sed quia suum munus est secare ligna, ipsam autem solidam subtilemq; esse expediebat, & non illa hanc: propterea primus serræ author & inuentor illam ex ferro facere necesse habuit. ut ex suppositione & non simpliciter sibi necessarium aduenerit. Posita nanq; atq; constituta ipsius serræ ratione & opere ligna scilicet ad usus hominū secare debere, qui finis sibi proprius est destinatus, ipsius materia ex ferro necessario' constitit. Ita hypotheticum necessarium in materia, quod uero' est causa cuius in ratione ipsius atq; definitione consistit.

EST autem necessarium.


Vult demonstrare, inter ea quæ in mathematicis, atq; inter ea quæ natura fiunt, quid intersit secundum huiusce necessarii uim. Quodam enim modo & quæ in disciplinis mathematicis uersantur, æque atq; ipsa naturalia se habere ait, quatenus & ipsa hypoteticũ necessarium habeát. In hoc distát tamen, q in disciplinis si propositiones sunt, & conclusio est. & si hoc rectum est, triangulus quoq; tres angulos duobus rectis æquales habet. non contra tamen. si conclusio est, & propositiones sunt. Est & plerũq; conclusio uera, sed non necessario. & propositiones propter hoc ueræ. sed dicere oportet cũ oppositione conuersionẽ hoc modo. si cõclusio non est uera, neq; propositiones ueræ. At in his, quæ natura uel arte fiũt, è conuerso. si finis erit uel est, & anterius erit uel est. Quòd si finis non est, non esse materiam non necesse est. sed conuerso modo, si principium non est, neq; finis. Quemadmodũ enim ibi si conclusio non, neq; propositiones erũt, quæ principia sunt conclusionis, sic hoc loco si propositiones & materia non sunt, finis non erit. Est autem etiam hic finis is, principiũ. non actionis tamẽ principium, sed consilii & ratiocinationis, quomodo causam finalẽ principium esse dicere solemus. Ibi autem propositiones principia sunt ratiocinationis atq; cõsilii. & qua de re inquit non ibi etiá finis atq; conclusio initiũ est. uel q se defendit, in disciplinis actio ulla non est. sed quicquid est, omne discursio mẽtis est λογισμὸς. Quare hic finis hoc est domus consilii initiũ atq; ratiocinationis est. sic ibi ipsæ propositiones ratiocinationis principia sunt. Ergo si erit domus, necessario & lateres erũt & lapides & ligna. & si domus est, & hæc erũt. q si hæc non erũt, neq; domus est futura. etenim neq; ibi hoc est in disciplinis principia erũt, nisi & conclusio. Iste autẽ & denuo meminit proprii exempli appositi, quum dicit. nisi triãgulus huiusmodi est, ne rectum quidem huiusmodi est.

PERSPICVVM autem est, quemadmodum necessarium.

Hinc colligit, materiam iuxta & formam à physico esse cõsiderandas quoniam in cuiusq; etiam rei definitione simul cum differẽtiis genus complectitur, hoc est materia cũ forma. Necessarium igitur quod ut materia dicitur uidelicet hypotheticũ. quod quidem sic necessario se habet, si forma huiusmodi est. itidemq; huiusce motiones, hoc est ipsius materiæ motiones secũdum formam. Et utræq; causæ hæ à physico sunt pertractãdæ, magisq; formalis. quamobrẽ? quia ab hac exorsus quispiam scit, & quod necessarium in materia requiratur. Propter hác causam ipsam formam materiæ causam appellat. formæ náq; gratia atq; ipsius finis hoc, est proprii operis exigẽdi quærimus & materiá, quam qualẽ ue ipsam esse conueniat, sed non gratia materiæ formam quærimus. Etenim machæra siue gladius aliquis materiam ex cæra habeat. non ob hác materiá machæræ formam omnino uariabimus & alterabimus, uel magis finẽ & ipsius officium, quod est non secare, sed illuminare. neq; enim finis & officiũ machæræ est illuminare ac lucẽ præbere, sed diuidere ac secare. Et principiũ à difinitione rationeq; inquit esse. definita náq; domo & quis finis ipsius sit & serræ, & quod ipsius officium sit diuidere scilicet ac secare ligna, sic & materiam necessario quærimus fini atq; operi ex proportione respondẽtem. Vide autem Philosophum, quo modo ex artificialibus ad naturalia docẽda ueniat. à domo nanq; & sanitate exorsa definit in hominẽ oratio sua. Forte autem inquit in ratione quoq; necessaria existũt. quædam enim partes de iis, quæ in rei ratione sunt, tanq̃ materia rationis existũt. quoniam & ipsa rei definitio ex materia constat & forma, hoc est ex genere & differẽtiis. Quare autem partes dixit, & non partem? ob hoc credo, uel quia plærunq; materia connexa copulataq; differẽtiæ, totum materia est, & tanquam genus habetur. mortale nanq; animal genus sine nomine alibi dicit.

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM TERTIVM. COMMENTARII

IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.



V um in secundo libro naturæ definitionẽ tradidisset, ipsamq́ principium motus & quietis, quæ est motui cõtraria, esse dixisset quia & motum scire operæ pretium est, si natura quæ ex ipso motu definitur, cognosci debeat, idcirco nũc de motu disserit. atq; hoc modo & quæ deinceps consequũtur, conabit' pertractare. Qm̃ rursum oĩs motus in tẽpore & de tẽpore disputabit, & de loco similiter loqtur. est nãq; motus & secũdum locũ. principaliter autẽ & de infinito. quoniã motus est rei cõtinuatæ. omne uero cõtinuatũ diuiduũ in infinita. Hæc igitur cõmunia sunt, & de ipsis primũ dicẽdum esse dicit. cõsideratio nãq; propriarũ rerum cõsiderationẽ cõmuniũ subsequitur, q̃ ea posterior est. animal enim, albũ, mortale, cõmunia esse perspicue patet, propriũ uero hominẽ. Ex quo de ipsis prius tanq̃ de cõmunibus uerba faciẽda sunt. omnibus enim animalibus cõmune animal est & reliqua, & sic deinceps de homine. Simili ratione & in hoc loco motus & infinitũ & tẽpus & locus atq; huiuscemodi cõmunia. quæ uero post hæc subeũt, propria sunt, de quibus & à principio pollicitus est se dicturum. Videtur autẽ motus ideo dixit, quia cuiusmodi ipse sit, declaratũ nondũ fuit. Quo uero modo primũ infinitũ in continuo inest' uel quia diuiduũ in infinita continuũ dicimus. Quũ aũt motus definitionẽ uenari in animo habeat, quatuor quasdã sumptiones præsumit & occupat. primã quidẽ à diuisione, ex ipsis scilicet rebus quasdã solũ atq; de harũ natura diuina sunt, queãdmodũ in libro de interpretatione dicebat. absq; enim potẽtia actus existũt. quasdã autẽ ui potestateq; esse aliquid, actu uero esse illud, cuiusmodi sunt nostræ res apud nos. sunt autem hæc ea, quæ in prædicamẽtis late conspiciũtur. Secũda sumptio, eius quod ad aliquid, hoc quidem per exuperãtiam, illud uero per defectionem dici. sicut est herus ad seruum, atq; iis similia. & quod secũdum actiuum est & secũdum passiuum, ut est præceptor ad discipulum ac similia.

NON est autem motus aliquis.

Tertia sumptio eiuscemodi, præter res ipsas aliquem proprie ac priuatim non esse motum, sed in ipsis rebus apparere. neq; substãtiam aliquam atq; subsistẽtiam ullam ipsius esse separatim à rebus iis, quæ mouẽtur, & quæ eius uocabulo nominãtur. Quare quũ res nullæ sint ipsius receptrices, quæ decẽ prædicamẽtis complexæ non teneantur, ne ullum quidẽ præter hæc omnino esse motum. Quarta sumptio, hisce omnibus unum quoq; dupliciter aduenire. in substantia enim hoc quidem esse formam, illud uero priuationem. Aduenit igitur ipsi etiam substãtiæ priuatio & [illegible] næ. substat enim & ipsa & secundum quale, uel album, uel nigrum, uel dulce, uel acre atq; eiuscemodi contrarietates. Et secũdum lationem, hoc quidem sursum, illud uero deorsum. uel hoc quidem leue, illud uero graue. leue nanq; secũdum locum superiorem, graue autem secundum inferiorem. Quare inquit motus ac mutationis tot species existunt, quot & rerum. non tamen hoc dicit, in decẽ prædicamentis inuentum fuisse motum. species nanq; rerum prædicamenta sunt. sed dicit secundum prædicamenta, quæ ipsum receptant, ipsum quoq; motum fuisse dispertitum ac distributum. Quæ autem & quot prædicamenta sunt, quæ ipsum recipiunt, an quatuor duntaxat? substantia cuiuslibet mutationis capax, generationis dico & corruptionis. quantum auctionis atq; diminutionis capax. quale recipiens alterationis. & ubi, quod recipit lationem secundum locum. Quoniam igitur primum concessum fuit & assumptum in quolibet prædicamento constitui hoc quidem actu, illud uero potentia: actus eius quod potentia, motus est. atq; hæc existit definitio motus. Adiecit autem uerbum illud τοιοῦτον quam tale. quoniã exempli gratia hoc præsens lignum habet quidem ligni actum, sed hoc non est motus, sed adhuc ui potentiaq; ustibile est. Hoc igitur potentia quatenus ustibile, quum in actum erumpit, hoc motus est. Quum autem generatim ostendere rationem suam in quaq; re mobili non haberet, motum esse actum ostendit. neq; auctile & corruptile in alteratione & corruptione nomen commune sortita sunt, neq; generabile & corruptibile.

QVEMADMODVM autem hoc fit motus.

Motus definitionem perficit & absoluit, ac de ipso ex rebus mobilibus uerba facit. ex iis naq; mobilibus rebus colligit constituitq; ipsum motum. Quum enim ædificatile ut ædificatile & quod potestatem sibi insitam ab aliquo ædificandi habet, dico quidem actu hoc est actu ipso ædificari conspicimus, illud potẽtia, secũdum quod tunc ædificatile ædificatur, hoc ædificatio est & motus & uia ad constitutionem domus. Similiter est quidam facultate potestateq; habilis idoneusq; ad huiusmodi disciplinã capessendam. quũ enim illud quod potẽtia est, actu iam atq; opere perficitur, & habilis doceri iam tũ discit, disciplina illa motus existit. & medicatio similiter se habet & reliqua id genus. Quod enim potestate quadam uolui habile est, quum actu ut iam uoluatur appropinquat uoluiturq;, hæc uolutatio & huiuscemodi motus est. & auctio plena frumenti iam maturescentis & senium, quum id quod potestate consenescere habile est, iam in consenescendo laborat & in actu ipso iam est. Quia uero hæc omnia huiusce naturæ actu quidem hoc aliquid existunt, simulq; in se habent quod actu & potentia est, non simul tamen quod actu & quod potentia est, est in expectatione neq; secundum rem eãdem, sed simul & actu homo est & potestate discipulus, plæraq; iam facient alterumq; ab altero patiẽtur. calidum nanq; & potestate frigidum quum iam iam appropinquat, ut ex potestate frigido in actu frigidum moueatur ab actu calido, iure habebit, quod ipsum mouit impulitq; in frigidã abire naturam. atq; illud huiusce effectiuum existit. Esto enim niuis. sed & ipsam quispiam forte mouebit, ut appropinquet sibi seq; frigefacitet. Ita eadem res inferetq; quidem frigiditatem, in appropinquando autem noxam internicionemq; perpetietur. unde mota mouebit. Quibusdam igitur placuisse dicit, quicquid est quod moueat, id ipsum quoq; moueri. ueruntamen si quid est, quod immotum in mouendo maneat, posterius loco suo considerabitur. De motu denuo dicendum uidetur, quum scilicet id quod potestate est, actu aliquid substans iam in opere negatioq; uersatur non quatenus homo, hoc nanq; actu habet, quia homo est, sed quatenus præceptor, nõ quatenus sed quatenus discipulus, & actu iam mobile fit, actu nanq; etiam in hoc dicetur, hunc procul dubio esse motum.

EXEMPLI gratia est æs potestate statua.

Quare dixerit quatenus mobile, & cuius actu motus existat, exponit. Esto æs actu, qui potentia statua est. ecce actus duo, & æris actus. non quatenus igitur æs & suusipsius actus, motus existit, sed quatenus mobile, ut in statuam transeat, quum hoc perficitur & laboratur, motus existit. Aliud nanq; est ipsi esse æri, & mobili esse in statuæ formam recipiendam. nam si secundum rationem idem esset æris qua æs actus ipse, motus quidem esset, sed non est. tunc enim æs secũdum propriam formam quiescit. Id autem in contrariis perspicuum esse ait. aliud nanq; est posse ex morbo conualescere, & aliud morbo laborare posse. quoniam & recte ualere habet naturam ab eo diuersam, quod est morbo laborare, quod uero hisce subiectum est, siue sanguis, siue phlegma illud sit, siue quispiam alius humor corporis idem & unum illud existit. Consanescit igitur quispiam, & actu est consanescens. at incidere in morbum potest. atq; in hunc morbum actus uiaq;, motus est, propterea q̃ si sanitatis actus motus in morbũ fuisset, quod potestate gerebat, laborare certe morbo idem fuisset, quod & recte ualere. Quare ex hoc intelligitur, actum eius quod potestate est ut potestate, motum existere. color nanq; potestate aspectabilis & actus uiaq; ad aspectãdum, motus existit. Ergo quũ ipse actus adest, tũc motus perficitur & laboratur. & non prius neq; æs persistit æs & in statuã potestate mobile ac ductile, neq; posterius quum statuæ formam recipit æs, atq; huiuscemodi figuræ induerit habitum. At unum quodq; non semper in opere esse contingit, sed aliquando in opere esse & agere, aliquando non. & hac de causa ipsius æris passionem, qua ad statuæ disponitur habitum, actionem dicit. ærisq; mobilis potentia ad statuam non operatur semper: sed & non operari contingit ipsam, hoc est motum in statuam perferre ac perpeti.

RECTE autem dictum fuisse.

Fidem affert orationi suæ, quæ fuit recte definitum fuisse motum tum ex iis, quæ de ipso antiquiores dixerũt, tum ex quibus huiusce definiẽdi plurima dificultate laborarunt. Neq; enim in alio genere posset quispiã motũ reponere, si in actu non reponat. neq; rursum actus secũdum formã, actu motus existit. Cõstat enim quosdã motum ipsum, & clã notat taxatq; illos, qui Platonis sectã sequũtur, alteritatem ἑτερότητα & inequalitatẽ & non ens appellitasse, atq; hæc huiusce naturæ tanq̃ genus motus decreto suo cõstituisse. Alteritatẽ quidẽ, quo'd rẽ motã uariã ac diuersam

reddit

reddit ἕτεροῖον ποιεῖ τὸ κινούμενον ab ea forma, quã ante habebat. In æqualitatẽ rursum motum ipsum nominitarũt ob hanc causam, quod etiã secundum quantũ inuenti motus fuerunt, cuius generis auctio & corruptio. hæc autem inæqualia sunt. Motum rursum appellarunt non ens ex eo, quod quælibet mutatio hoc esse, uel tale, uel tantum, rem ex iis legibus exterminat conditionibusq́; quas antea actu habebat, in utrunq; potestate mobilem ac paratam. Iste autem dialecticeẽ tollit ipsos ac confutat. si enim genus est, quod formam participat, est autem forma horum motus. ergo & hæc motum esse indicabunt, si non actu, at potestate saltem. uel si non motum simpliciter, ne rursum longè contrarium uideatur, q ratio magis exigit, ut genus participet formam, id quod absurdum est. at quæcunq; ipsi motui adiacent adueniuntq́;, hoc est ex re amotionem exterminationemq́;, uariationem, uel quidpiam tale, quod motui adueniat? Sed ne quidem necessariò sequitur, ut siquid alterum ab altero sit, uel inæquale, uel non ens, illud utiq; ut moueatur. Neq; mutatio ipsa uel ex his uel in hæc potius quàm ex sibi oppositis atq; contrariis. quæ sunt, identitas, æqualitas, ens. ita fiet, ut secundum hoc dictum hæc quoq; motus existant. Quare tamen motum in hæc retulerint atq; redegerint, causa fortè est, quod hæc indefinitam naturam habent, & motus quoq; ipse esse quid indefinitum uidetur. nam principia huiusce coniugationis elementalis συστοιχίας q priuatiua sunt, identitas, æqualitas, ens, quies. Quare autem indefinitus motus? ideo q neq; in potestatem ipse referri potest, neq; in actum simpliciter. neq; enim quod magnum fieri potest, ad magnitudinem capessendam necessario mouetur. neq; quod actu magnum est, in magnum impellitur, ac mouetur.

MOTVS quidem esse.

Motus actio uidetur esse, sed actio imperfecta. quod enim actu est, forma accepta eius quod est, in eo permanet ac cõsistit. Causa uero imperfectionis ꝓpterea, quia quodlibet possibile huiusmodi imperfectũ est. Qui enim potestatẽ habet in musicũ euadẽdi, & actu nõdum in musicũ euaserit, is imperfectus mãcusq; in musicã est, quod ex illa nihil acceperit, accipere tamẽ quũ possit. Huiusce ergo possibilis nõ secũdi quod est secũdũ actũ, secundũ quod musicus dicitur musicus, & secũdum musicẽ quiescit, nõ huiusce inquã possibilis secũdi. sed primi imperfecti actus motus existit. Et hac de causa motus ipse quid sit, deprehẽdere difficile est. & hypothetico utitur, quod indemostratum per plura appellãt. Vel enim in priuationẽ referatur, necesse est hac de causa uidelicet, quia quãdiu quidpiam in albũ mouetur, eo albo utiq; priuatur. uel in potestatem propter imperfectam mancamq́; uirtutem imperfectam utiq; dico & primam. uel in actum simplicem, qui rem ipsam formatam fert ac sustentat. Nihil autem horum est. priuatio nanq; in re priuata hoc uel illo inuenitur. motus autem ad illud ducit. potestas præterea & quod moueri pote est, non prorsus & mouebitur. actus quidem quies quædam erit, secundum quam res formata in se quiescit. Restat igitur tertium, ut motus sit actus, huiusmodi autem actus, qui difficilis ad cognoscendum existit, medium enim inuentum est potestatis & actus ab eo, qui simplex actus dicitur, longe diuersi, quem tamen actum cognitu arduum esse contingit. Sunt enim et plæraq; alia, quæ inter fiendum tantum suum esse suamq́; formationem consequuntur. cuius generis existunt certamen & festi diei celebratio. At motus uim ampliorem quàm hæc, sortitur, quippe qui rem ipsam plenè perficit & informat. & quiescente motu forma per se rei ipsi assistet. Hinc & de mouente philosophatur hoc modo. si quicquid mouet, id potestate mobile est, alia mouens & ipsum mouetur huius nanq; immobilitas, quies appellatur. Quod enim naturam habet, ut nullo unquàm tempore moueatur, immotum quidem illud dicetur, quiescens autem non dicetur. quod uerò interdum mouetur, quoties non mouetur, prorsus quiescit. Quia igitur id quod mouet, tactu facit & mouet, mouebitur & ipsum motu lationeq; secundum uniuersum. Quicquid autem mouet, omne illud actu & non potestate esse debet. homo nanq; qui actu est, ex semine procreat hominem. Atq; ex hoc loco soluitur plenèq; dilucidatur dubitatio eorum, qui omne mouens & ipsum inter mouẽdum moueri oportere dicunt. Nam si quod mouet, formam habebit semper, ut aliquid & necessariò moueatur. at mouebitur quidẽ id, quod naturaliter aliud mouet. nõ necesse autẽ est & quod supra naturam mouet, illud & moueatur. mobile uerò & necessario mouebitur. Quãquam enim ipsum habere formam debet, uel æs sit hoc, uel uitrum, uel semen, non tamen secundum illud mobile dicitur, sed secundum illud, quod ipsius potentia est. At quod mouet, & formam habet, & potestate motiuum est. & eius actio omnis motusq́; non in ipso est, sed in re mobili. Ex quo mobile semper mouebitur. ad motiuum, non semper.

ET QVOD ambigitur, manifestum est.

Dubium & ambiguum iis erat, qui quicquid moueretur, id ipsum & moueri dicebant, neq; quidpiam esse, quod immotum moueret. Ab ipsis igitur dubitabatur, qui contra hanc partem dissere bant, quomodo esse posset, ut aliquid immotum alia moueret. nam secundum quod mouetur, motum in seipso habet. quid enim est, quod quum motũ habeat, non moueatur? Hoc igitur inquit, de quo tantopere dubitatur, recte dissoluitur & apperitur. quomodo o' Philosophe? hac de causa uidelicet, quia in motiuo non est motus, sed in re mobili. quia enim motus rei mobilis actus est ut mobilis, motus in motiuo erit, quo'd huius quoq; actus existit. Quod si & sub motiuo, rursum dicimus. & certo actio illa rei mobilis non alia est praeter rei mobilis actũ ipsum. Ipse nanq; actus utriusq; est tam motiui qua'm rei mobilis. quod enim habet motiuum in eo ipso quod potest, hoc mouens in operãdo habet. At mouens actiuũ & operatiuum est non sui ipsius sed rei mobilis. quare unus ambobus actus accedit. sicut idem spatium unius ad duo & duorum ad unũ, & accliue & decliue. Vt enim haec unum subiecto sunt, ipsorum ratio tamẽ non una est. similiter & in his se res habet. Vna certe & operãtis & rei operatae actio consurgit, ratione tamen differunt. Interim uero rationabiliter quidam dubitarent, qua de causa quoue modo duorũ actio una consurgit, quando aliud est id quod mouet, & aliud id quod mouetur. & illud quidem factiuũ, hoc uero passiuum. & huius quidem actio factio. huius autem passio. opus uero & finis ipsorũ uarius certe ac diuersus. huius nãq; factio; illius uero, passio. Quoniam igitur ambo motus existunt, et factio mouentis, et passio rei motae, si alii diuersiq;, in utronam ipsae consistent. Quo'd si ambo in eo, quod mouetur, et hoc pacto in mouente non erit motus. uel alterum in altero. Quoniam uero' quibusdam placet et passionem esse factionem, quod et rei mobilis motum actionem esse uolunt, aequiuocus certe erit, loquitur sic.

ET SI hoc, motus in mouente erit.

Ad proximum membrum diuisionis ista retulit si enim inquit factio in faciente, passio autem in patiẽte; et in eo quod mouet, et in eo quod mouetur, erit motus. in illo nanq; par ratio. Quare uel omne quod mouet, et idipsum mouebitur. uel qđ habet motũ, nõ mouebitur, sed id absurdũ. Illud autẽ non est tenendũ. quod enim immotũ mouet, inuentũ fuit. Quo'd si alterũ mẽbrum diuisionis habet locũ, utrãq; scilicet actionẽ in re mota patienteq; consistere, & factio & passio idem erũt. Itemq; praeceptio disciplinae & perceptio disciplinae siue actus docendi uel discendi geminus in discente consistet. & si hoc erit, primo quidẽ uniuscuiusq; rei actio nõ in quaq; re existet. Praeterea uitiosum est & ualde damnandũ, rẽ quae mouetur, gemino motu moueri. quod enim calefit ab igni mouebitur geminũ admittẽs motũ, & suae ipsius passionis motũ propriũ ac peculiarem, & motũ ignis incensiuũ & actiuũ. atq; hae geminae alterationes rei mobilis in speciẽ unã definẽt. Sed fieri non potest, ut duae alterationes uel potius duo motus in unã speciẽ definãt. sed una actio erit amborũ. At lõge a' ratione distat, duarũ rerũ specie diuersarũ ut puta ignis ambustiui & ligni ambustibilis unã & eandẽ actionẽ existere. Et rursum si factio & passio idẽ, itẽq; doctio & perdiscẽtia. & docere idẽ erit, quod & perdiscere. pariterq; facere idẽ erit, quod & pati. Ex quo sequi, ut quẽlibet doctorẽ docentẽ tanquã facientẽ discere quoq; necesse sit tanquã patientẽ. & in uniuersum quẽlibet facientẽ pati. Quũ ergo & ab utraq; parte dubitationẽ optime' constituisset, solutionẽ parãs afferre ita ait. Vel neq; alterius quidẽ actionẽ in altero constitui omnino pro absurdo habendũ est, neq; unã esse duorũ quicquã uetat, neq; docẽtẽ perdiscere erit necesse, si haec erũt Priusquã autẽ haec inferat, rẽ primo praeparat ac molitur. est enim inquit doctio actio doctiui ἡ δίδαξις; ἐνέργεια τοῦ διδασκαλικοῦ, quae tamẽ in aliqua persona perficitur ac laboratur, & non seclusa separatim. Neq; secũdo inquit quicq̃ prohibet quominus una duorum eadem sit, non tamen ita, uti se habet amictus & uestimentum. Sed quomodo se habet quod potentia est ad illud, quod agit. quod enim potentia, aliud, & aliud, quod actu est. idem tamẽ & unum subiectum existit, quanuis secundum aliud & aliud tempus. Vel potius ita exponendus locus, dicendumq; est non ab ipso fuisse dictum ad illud, quod actu est, sed ad illud, quod agit. Et accipiendũ uerbũ illud est, τὸ δυνάμει quod potestate, non imperfectum sed secundum habitum, idcirco enim & opposuit τὸ ἐνεργοῦν quod agit. Constitue enim apud cogitationem tuam medicum secundum habitum solum & medicum agentem & operantem sed aliud hoc & aliud illud. Is nanq; medici, ille autem medicantis habet nomen. subiecto tamen idem existit. Caeterum si affectio doctio & perdiscentia, forte & una uidebitur, quod absque subiectis cernuntur. At perdiscere & docere

actiones

actiones cum subiectis simul existunt. quæ alterum ab altero sunt, & alterum ipsorum esse manifestius est. Eadem ratio & de spatio, siue interuallo, & de eo quod alterũ distat ab altero. hæc nanq; affectiones cum subiectis simul existunt.

SED sicut quod potentia est.

Non est unum & idem ratione factio & passio, sicut est amictus & uestimentum. Sed quoniam actio eius qui facit, in eo inest quod fit, & mouentis in re mota, hoc autem est, quod potestate dicitur, & huiusce actio perfectiua eius est, quod potestate existit, ob hanc causam una est. Neq; si facere & pati idem est, ambo enim in re mota, propterea & docentem perdiscere necesse est. neque enim ratio faciendi patiendiq; una esse existimatur, sicut amictus & uestimenti, ut propter hoc is qui docet, & ipse addiscere necesse habeat. Sed sicut hinc eò, & inde huc uia eadem ducit reducitq;, una nanque subiecto est, ratiõe uero duæ & diuersæ inter se. Neq; enim quòd eadem subiecto sunt & quodammodo & non simpliciter, idcirco & hæc simpliciter eadem sunt. quæcunque enim eadem simpliciter sunt, & esse idem habent. At ne doctio quidem si idem est, quod & perdiscentia, tam quam ipso subiecto discipulo eadem sunt, ob hoc agere uel operari hæc idem existit. Et spatium unum eorum est, quæ distant, at ipsa distare non unum est. distant nanque hoc ab illo, & ab hoc illud et est hic illic, indeq; huc aliud & aliud. Vt autem in summa dicam, neque ipsa quidem doctio idem est, quod & perdiscentia, neque factio idem, quod passio propriè ac legitimè. sed motus hi inunum motum aptè conueniunt secundũ illud, cui hæc adueniunt. At diuersum rursus ratione est, quicquid factiui peragit in passiuo, & cuius passiui sub factiuo actio existit. Quid igitur sit motus & generatim omnis & singulatim hoc est alteratio, auctio, diminutio, latio, & huiuscemodi, dictum fuit. Hinc enim planũ fit, quomodo quæq; ipsius species definienda sit, in totum nanque pronuntiamus rei mobilis ut mobilis actum generatim esse motum. similiterq; alteratione rei alterabilis ut alterabilis esse actum. Itemq; planius & apertius definietur & generalis motus & particularis, qui uidelicet est rei potestate factiuæ & passiuæ, ut talis. Potestate nanque est, & res factiua, factiua, & res passiua, passiua. Vide autem hanc secundam motus definitionem tum simpliciter tum singilatim. ibi enim dicebat actum rei mobilis ut mobilis, hic uerò actum rei factiuæ & passiue ut talis. Ibiq; non ausus est dicere rem mobilem, sed solum mobilis rei actum. Vbi uero & rei motiuæ actum & actum rei mobilis unum motum esse demonstrauit, tunc bene confidit, tanquã ipsorum actio una existat. & definit hoc modo, ut actus rei factiuæ & passiuæ. ut passiua res, motus existat.

QVONIAM uero scientia, quæ de natura est.

Quoniam scientia, quæ de natura est, circa magnitudines, motum tempusq; uersatur: quodq; autem horũ uel infinitũ uel finitũ sit, necesse est; quanq̃ non omne in his continetur, q; non omne uel finitum uel infinitum existit. Nam passio simulq; et accidentia omnia et punctum neq; infinita sunt neq; finita. accidentia nanq; per se infinita per accidens uero finita, ratio est, quod hæc terminant quanq; rẽ, quæ habet curpus. et punctum, finis siue terminus non finitus uel infinitus. Idcirco et de infinito ad physicum hominem spectat cognoscere et uidere primum, sit, nec ne secundũ, si est, quid est, Signum autem certissimum est & de infinito quærere scientiæ naturalis interesse, q; quicunq; nobiliter atq; magnificè huiusmodi philosophiam attigisse uidentur, de infinito uerba fecerunt. Omnesq; ii tanq̃ principium quoddam rerum omnium hoc infinitum posuerunt. quidam ex iis sicut Pythagorei & Plato, per se ipsum nanq; per se infinitum iudicabant, neq; cuipiam rei accidẽs esse. tanq̃ uero substantiam ipsum certè infinitũ posuerunt. Sed Pythagorei, quum substantiam numerum facerent, numerum infinitum secundum multitudinem esse aiebãt. In sensilibus uerò rebus infinitum constituebant, quod in sensilibus & non ipsum per se separabilem absq; aliquo subiecto numerum efficiebant. Extra quoq; cœlum infinitum esse dicebãt. quod puto solum & per se infinitum, quod alii non accidat. quomodo enim seruabitur retinebiturq;, quod ab ipsis Pythagoreis proferebatur, nullam scilicet rem esse, cui contingeret infinitum. & deinde numerum, quem substantiam ipsi posuerunt, infinitum esse dixerunt. Sed rursum in iis uerbis, quæ profert: Plato autem extra cœlum nullum esse corpus censebat: Pythogoras uidetur extra cœlum dicere corpus infinitum. quo igitur pacto dicta hæc congruent inter seq; cõuenient? Forte ad hoc dicendum puto, ab ipsis non dici aliud numerum & aliud infinitum in ipso tanq̃ accidens, sed ipsum substãtiam infinitam, quanq̃ in sensilibus existere ipsum uidebant.

NEQVE ideas quidem, quo'd ipsæ nullibi sunt.

Plato extra cœlum neque aliud corpus ponebat, sed ne incorporeas quidem ideas. & ludificās hominem sibiq; obtrectans ea uerba infert, quod ipsæ nullibi sunt, neq; intra cœlum, neque extra cœlum Sed quis est, qui nesciat istum non ignorasse quæ in loco sunt, ea sola alicubi esse, & quæ alicubi, eadem & in loco? Quoniam uero' in loco, nisi forte' in materia, hanc enim esse locum dicebat, non necessario alicubi. quia tamen hasce immateriales Plato ponebat. si nec in materia erant nec in loco, alicubi ipsas esse omnino oportebat. Infinitum tamē etiam intra sensilia collocabat, sensilia numeros, ipsos appellans, quod sensilia ab ipsis numerantur. sicut ipse quoq; Pythagoras a rebus connumeratis numeros non seiungebat, quemadmodum etiam est in relatu de ideis ab ipso dictum. Infinitas autem ideas esse asserebat, quod infinita quoq; ea sunt, quæ ab ipsis proficiscuntur. Et Pythagorici quidem parem numerum infinitæ naturæ esse iudicabant, perinde quasi indefinitum atq; interminatum. At Plato materiam ponebat infinitam. hanc enim magnū & paruum appellabat, quæ pari numero ex proportione respondet. Qua de causa uero parem infinitum esse dicebant? ob hanc nimirum causam, quo'd omne par in partes æquas diuiditur ac secatur, interceptum uero atque a toto impare comprehensum terminatur. Quatuor nāque uel sex uel septem uel decem, omnes secantur ac diuiduntur. ubi uero in imparem numerū aliquem inciderint, sistuntur illico ac terminantur & non diuiduntur. Vel certe quum extrinsecus etiam ipsis fuerit impar adiectus, hoc etiam modo terminātur, atq; insecabiles ἄσχιστοι persistunt. Ecce sex quum in tria & tria diuisa cesserint, illico consistunt ac terminantur uel tribus additis sex & adiunctis, insecabilis numerus oritur. Ergo quum numerus par accessu uel interuentu imparis non circunscribitur ac terminatur, rebus ipsis infinitionē ἀπειρίαν affert, quēadmodū cauillose dicere uidetur. Sed quia ipsum infinitudinē rebus affert tanquā infinitū, rebus accomodabant & adaptabant, quod infinitum quū sit, infinitionemq; rebus afferat, ab impare, quod ex proportione formæ respondet, sistitur ac finibus terminatur. At qui forma, terminus est, quādo et Plato ideas statuit infinitas, quēadmodū nuper dicebat ob eā causam, quod infinita essent, quæcunq; ab ipsis fluunt atq; permanant. Huic autē rei illud argumento esse ait, si circa unum gnomonas impares constitueris, eandē semper speciem quadrangulorū certam consurgere ac determinatam. unitatisq; symbolū retineri, quā ipsi ab initio habebant. Quod si seorsum ipsos reposueris & collocaris, uel circūquaq; pares statueris, aliam atq; aliā numeri speciem oriri conspicies. Rei docēdæ gratia, uni adiaceāt tria, ecce quadratum. & quatuor, & quinq;, nouē, septem, sexdecim, &c. Ipsa autē tria, quinq;, septem seposita seorsum aliam atque aliā speciē constituunt. Et forte secundum hoc dictum ipsi quoque impares infiniti dicantur, cui loco ita occurrendum, quemq; imparem a se ipso finiri ac terminari, & propriam formam retinere atq; conseruare, neq; findi in partes æquales. quilibet enim numerus idem sibi ipse existit. Igitur si multiformē speciem habitumq; recipiunt, hoc habent ex eo, φ ab uno seiuncti hæc patiuntur, & propter hāc causam proprie' ac præcipue' unū, circa quod hi gnomones impares circūsistunt, non solū unum sed etiā idem & finis & terminus existit, & secundum ipsum ipsi impares & termini aliorum sunt, & ipsi quoque terminantur.

QVEMADMODVM Anaxagoras & Democritus.

Materiam infinitam Plato dicebat hac uidelicet de causa, quia rerū continuatarū infinitum est secundū materiā, & non secundum formā. Finē autē terminumq; statuebat formā ipsam, & ideas numero infinitas ponebat. At Pythagorici parē infinitū decernebant ac celebrabāt, cui materia cōueniēter & ex proportione resonat. terminū aūt imparem ponebant. is nanq; est, qui ipsum terminat ac circūscribit. Circūpositus enim & circa parem circūfusus ipsum reddit imparem, & qui in partes æquales non recipit incisuram. Cui rei argumento esse ait, ipsos quoq; gnomonas hoc est regulares uni circūfusos eandē quadrati speciem constituere. Quod si seorsum statuantur, aliā atq; aliā speciē inter se gerunt. id ipsæ quoque ideæ manifesto' patiuntur. Ipsæ nanque per se positæ aliam atque aliam naturam induunt, & multitudine infinitæ sunt. Quod siquis ex eadem una materia expresserit effinxeritq; & absoluerit ut puta hominem, eadem species semper seruatur. homo nanque generat hominē. Simili prope modum ratione & ipsi numeri impares unum assequuti eandē quadratorū formam semper retinēt atq; conseruant. Videtur aūt & ipsum unum tanquā potestate ac uirtute quadratū hac de gratia uidelicet, ut non tanquā unū sed tanquā quadratum impares retineant atque conseruent. Vnum nanque magis tanquam impar atque principium

cipium imparium uel numeri, magis idem & terminus existit. & secundum ipsum numeri impares termino præfiniuntur & circunscribuntur. Quicunq; uero inquit finita rerum elementa esse cēsebant, infinitū negabant At Anaxagoras homoeomerias infinitas uolebat esse. & Democritus omni seminia πανσπερμίας, quas tactu continuas & infinitas faciebat. Ponebat autem Anaxagoras mentem τὸν νοῦν principium efficiens rerum omnium, & res cunctas in una miscella collocabat. ipsi autem menti dixit subiisse a' principio cogitationem quandam rerum omnium segregandarum. Quemadmodum autem in qualibet re inquit inuentum initium est segregationis, idest in qualibet aqua uel in qualibet carne, quæ ex homoeomeriis a' principio secreta fuerat, ex ipsa nanque aliæ homoeomeriæ excernuntur. Quemadmodum inquam in re qualibet initium est segregationis, ita & in illo Homoeomeriarum aceruo immenso excernendarum rerum initium extitit. Et excernendi initium & origo fuit mens ὁ νοῦς, & ipsius intellectio, & propter hanc causam tempus aliquando fuit, quum res omnes χρήματα πάντα in uno illo aceruo confusæ simul iacerent, ut dicebat. & Homoeomeriæ illæ moueri occæperunt. Quare ut iste Anaxagoras arbitratur, cuncta aliud ex alio generantur, ex miscela nanq;, caro gignitur, & ex carne, aqua, & ex aqua, rursum caro oritur. Democritus autem inquit alterum ex altero quicquam gigni negabat, non ex alteris autem primis. Sed nihil de primis elementis gigni dicebat. Sed statuebat interim commune rerum seminarium omni seminia πανσπερμίας atomorum, quæ ab initio inter se differebant τροπῇ ῥυσμῷ, διαθιγῇ uersione, tractu, atq; contactu.

OMNIA nanq; uel principium, uel ex principio.

Iure inquit dixerunt infinitum & principium. ipsius nanq; finis esset, si & principium foret. omne enim quod initium habet, & finem habet. Itemq; ut ipsum nunquam genitum sit, & nunquā sit interiturum, etiam necessario consequetur. tanquam enim principium hæc habebit. nam si generatum unquam fuisset, finem aliquando haberet. quod si finem, & terminum. quod si terminum haberet, infinitū natū esset finitū. Iste autem dicit, & finis cuiuslibet corruptionis existit. nō hoc aūt dicit, cuiuslibet corruptionis corruptionem esse & finem. Hoc nanq; dictum perinde tale fuisset, ac si motus motum esse dixisset, quod iste non admittit in scholam suam, sed omnis corruptio palam & generaliter finis ac terminus existit Ideoq; principium & causa omnium rerū uidetur esse, & cuncta complecti, & mundum uniuersum regere & administrare, quemadmodum ii dicunt, quicunque ipsum faciunt principium causamq; rerum omnium effectricem, & nō ipsam mentem sicut Anaxagoræ placet, uel amorem & discordiam, ut Empedocli uidetur. Et hoc quicquid est, θεῖον diuum numen esse dicunt æternum & immortale, quemadmodum Anaximander & plærique indagatores naturæ φυσιολόγοι dixerunt, & quicunque efficientem causam attigerunt. Hactenus posteaquam & de infinito suscipit curam atque considerationem, num sit hoc & magis in rebus naturalibus, de hisce nanq; nuper agitur & consideratur; dicit quinque res esse, quæ constituere infinitum uidentur. tempus scilicet ipsum, quod semper in fluxu est, unde & χρόνος tempus dicitur, & in motu, quod nunquā sistitur nec inhibetur, & sic secundū ipsum tēpus de infinito opinionē accipimus, quo'd ipsius temporis motus est infinitus. Secundo ex diuisione magnitudinū, quæ & ipsa infinite procedit, orta de infinito opinio est, neq; enim unquā consistet diuidua uis magnitudinis continuæ, quemadmodum in disputatione de motu demonstrabit. Nam mathematici quoque inquit & geometræ infinito utuntur, sicut quum de immensis & quæ extra omnem rationem sunt magnitudinibus geometres disserit, itidemq; quum de lineis loquitur, quas nulla oratio consequi posset. Tertio nisi subiectum extiterit infinitum, ipsa rerum generatio deficiet. hoc nanq; pacto solum generationem & corruptionem spondent nunquam defuturam, si illud, unde depromitur & aufertur quicquid in mundo oritur & interit infinitum erit futurum. Quarto quod omne quod fine circunscribitur ac terminatur, in aliquid aliud desinit ac terminatur, ut in quo consistat, nullū unquā extremum inueniatur.

IN PRIMIS autem & maxime principale.

Quintum & maxime principalem modum intelligit, qui huiusce infiniti constituendi uim habet maximam. nostram scilicet mentem atque cogitationem huiusmodi aliquando esse, ut finibus nullis coercita neque constricta uinculis alicubi queat consistere, sed nos animo maiora semper amplioraq; complecti. Quomodo autem hoc tale tantam dubitationem facit & omnium communē? uel neque propter numerum, quod semper maiorem & maiorem cogitamus. neque propter magnitudines, quo'd semper ipsorum diuisionem in minus minusq; fugientem imagina

mur. Sed dubitationem facit propter laxitatem immensam & infinitam, quam cogitatio mentis extra quoque cœlum progressa considerat & cõtemplatur. Ita fieri, ut nos hoc uniuersum animo comprehensum non solũ gestemus, sed etiã celeritate ac magnitudine cogitatiõis nostræ extra cœli limites progressi magnũ quoddam infinitum perscrutemur, & orbem alium nullis syderibus fulgescentem extra cœlum meditemur & intueamur. neq; ibi sistitur ad huc mens nostra, sed semper ibi quoq; nouos mundos, noua alia sydera, alias magnitudines, & aerem alium sibi cõminiscitur & imaginatur. neq; rursum modum ullum imaginandi facimus, sed semper hoc celeri uolatu mentis ulterius prouehimur & agitamur. Si enim inquit extra cœli conuexa immensa uastitas est, immensa & laxitas quædam infinita, & corpus ibi infinitum & mundos innumerabiles esse uideri necessarium est. Neque enim quidam dicerent uacuam & inanem esse illam immẽsitatem, neque circunferri corpus infinitum. quare enim magis ibi uacuum & inane erit, quã hic apud orbem nostrum? Hoc est quemadmodum in hoc orbe locus absq; corpore uacuus esse non potest. Sic & ibi uacuum simpliciter non esse uidebitur. Ergo si unicè in hoc orbe nostro esse uacuũ non uidetur, & hoc ubiq; multũ ualebit. Et si hic apud orbem nostrũ moles sunt & corpora rerũ, & non uacua simpliciter latitudo & æquor inane, ibi quoque moles rerum existent & non simpliciter infinitudo inanis. Quod si uacuum ibi est, & locus infinitus sit oportet. locus nanque uacuum est plenum corpore. quòd si locus infinitus extiterit, & corpus infinitum existat necesse est. Quam rem tamen quum carperet cauillareturq; Cleomedes, in sua orbiculari consideratione ait, perinde ita loqui Aristotelem quum hæc loquitur, atque si quispiam diceret, ubicunque uas aliquod constiterit, ibi quoque & corpus consistere imponi in uas natura habile. Hæc autem contingenter quum Aristoteles loquatur, ait in æternis contingentiam ab esse nihil differre. Neque enim in rebus diuinis ac sempiternis potentia facultas uè ulla inest, ut ex potentia scilicet in actum propendant. Sed diuinæ illæ res sempiterni actus existunt. Dubitationem autem habere ait, si quis in utranque partem uelit disserere, uel infinitum esse negare, uel infinitum esse affirmare, & an per se se sit tanquam substantia, uel alii accidat. In primis autẽ ad physicum pertinet quærere, an sit sensibile corpus infinitum, propterea quod in hoc quoque considerando uersatur.

PRIMVM igitur distinguendum est, quot modis dicitur infinitum.

Infinitum quinque partita ratione dicitur. Mos autem & consuetudo communis philosophorum est, ut ubiq; considerent & attendant, quot modis res ipsa dicatur. Nam hoc quoque instrumẽtum dialecticæ disciplinæ in topicis ipse constituit, hoc uidelicet consilio, ut ex partitione re quæ proposita fuit ad disputandum, cognita diligenterq; explicata dicere aliquid habeat disputator, neque perplexè confuseq; loquatur. Hoc est infinitum illud dicitur, quod percurrere atq; pertransire quisquam non potest. neque enim ad id habile natura ipsum produxit, quemadmodum & uox inuisilis dici solet: sed non quomodo ostraca in imo gurgite inuisilia apparent. hæc nanque natura idonea sunt ad uidendum, quanquã præ altitudine cæci gurgitis non uidentur: sed quia uocem sub sensum uidendi natura ipsa non subiecit, auditu nanq; percipitur. Vel infinitum illud uocamus, quod exitum habet omni fine extremoq; carentem τὸ διέξοδον ἔχον ἀτελεύτητον. id quod & hoc loco quæritur, & pertinet ad physicam disciplinam. haud secus quàm siquis diceret corpus infinitum, uel quod pertransire uix & cum summo labore quispiam potest; cuius generis est labyrinthus inexplicabilis, uel quod peruium iter natura habet quidem, non habet tamen tutè ac liberè peruium ob alicuius rei impedimentum. Hæc autem duo similitudinem inter se gerunt hoc est hæc sunt hæc. Subiicit deinceps duo. unum, quod est per adiectionem, sicut in numero alterum autem per diuisionem, ut in continuo. uel hisce potius tanquam uno acceptis, sicut in progressu quoq; disputationis suæ declarabit. quum dicet diuisionem uel ablationem ab uno in altero esse accessionẽ. & sic duo, unum inuenta sunt. Illa duo quoque discrimen inter se habent, quod uix percurrere quispiam potest sicut labyrinthus, & quod natura aptissimum genuit ad finem habendum, & non habet, cuiusmodi terra ipsa, quis enim ex mortalibus ultimos ipsius fines deprehendit, quanquam etiam ipsam natura suis certis finibus conclusit ac terminauit? Ergo ipsum infinitum separatim per se se aliquid ut consistat huiusmodi, quod sensu percipiatur, fieri nullo pacto potest. Res nanq; postulat, ut si hoc modo est, uel magnitudo quædam sit uel multitudo uel aliud quodpiam subiectum. Quòd si substantia absque magnitudine erit infinitum &

non

non accidens, nimirum erit indiuiduū, diuiduū nanq; magnitudinem habebit uel multitudinem. Quo'd si indiuiduum, non est infinitū, quale philosophi quaerere ac rimari consueuerunt. nisi aliter dicatur infinitū, quomodo uox inuisibilis dicitur, quod natura uideri habilis non est. Caeterū, neq; hoc modo esse dicunt ii, qui infinitū oratione sua constituūt. neq; nos hoc modo quaerimus. Nostrum enim institutum postulat, ut τὸ ἀδιέξοδον inuium prorsus & impermeabile quaeramus. sin accidens erit infinitū, quonam modo substantiarum primordium & elementum est futurū. sicut etiam inuisile non est elementum ipsius orationis, sed literae.

PRAETEREA quomodo esse aliquid ipsum infinitum contingit.

Passionem per se infinitum dicit magnitudinis uel multitudinis, sicut simitas naris est. Quoniam igitur infinitum huiusmodi esse uolūt, quonam modo ipsum per se se seorsum a' magnitudine multitudineq; consistet? alia nanq; uia minus ipsum esse necessario contingit quā magnitudinem uel multitudinē. Ergo si minus per se existit, uel & simpliciter est, quanto magis magnitudo & multitudo? Quauis etiam alia ratione infinitum esse non contingit tanquam actu substantiam aliquam existentē, erunt nanq; & partes ipsius infinitae, si partibile erit. neq; enim aliud est ipsi infinito esse, & aliud infinitum. Nam in compositis concretisq; rebus hoc dicitur, quemadmodum a' nobis dictum fuit. at in simplicibus haec in unam coeunt naturam, quemadmodū dicimus animum & animo esse, & animal & animali esse. Igitur si substantia est infinitum & si alii accidens, uel indiuiduum erit, uel diuiduum in infinita. multa autem infinita ipsum unumq; ut sint infinitū, esse non potest. Quemadmodum autem partes infiniti & ipsae necessario' infinitae esse uelint, si substantia est infinitum, ex eo intelligitur, q; & ipsius aquae partes, quādo substantia aqua est ipsae quoq; aquae existunt. Ergo si hoc infinitū multa infinita esse non potest, relinquitur, ut indiuiduum sit infinitum. Sed ut aliquod ens actu existat infinitū, non potest esse. Sed rursum si accidēs est, plane constat ex superiori oratione dicere non licere ipsum principium & elementum esse omnium rerum, sed illud potius, cui ipsum accidit infinitum, sicut aquam uel aerem uel numerū parē. Quare temere & inuenuste' de infinito pronūtiant ii, quicunq; ipsum & accidens & principium esse pala'm dictitant, uel substantiam & diuiduam. Nam si secundum Pythagoricos quum infinitum substantia esset, in partes ipsum diuideretur, & non in aliquo subiecto consisteret, & ipsius quoq; partes infinitae existent.

SED forte' ipsa potius quaestio generalis suscipitur.

Quaestionem communem generalemq;, quae de infinito est, reiicit recusatq;. Considerat autē tanquam physicus de sensibili corpore naturali, an huiusmodi corpus infinitum esse contingat. infinitum autem non diuisione, ut continuum, hoc nanq; paulo post esse concedet, sed in auctionem uidelicet semper procedens. Rationabiliter igitur inquit iis qui accurate attenderint, ex hisce nō uidebitur ullo pacto esse posse, & dialectice argumēta in aciem producit. Et primo quia si corpus definiūt, ut sit illud quod plana superficie clauditur ac terminatur, neque intellectile quidem erit hoc est mathematicum, quod magis διανοητὸν cogitabile dicere sui muneris intererat & propter hoc aliquid aliud accipit τὸ νοητὸν intellectile. neq; sensibile. Atqui neque numerus quidem ipse per se se ab numerabilibus rebus seorsum abiūctus & secretus cogitatione fingi potest. quid enim erit numerus ab re numerabili separatus? Nam sicut plaerunq; ipsam mensuram res quam metimur, & ipsa metitur, sic & numerus rem numerabilem colligit atque concinnat. sicut docēdi gratia dicit alicuius mercimonii dominus decem obolos, & totidem ac totidem decem centesimū constituere numerum, & officinae dominus unum cubitum rei cuiuspiam ex arte sua proferēs ait, totidem decem decemcubitalis mensurae genus efficere. Quia igitur & numerus rem quanq; numerabilem redigit in ordinem & classem numeralem, quomodo numerus per se se absque re numerabili consistet? etenim numerabile uel numerus est, uel id quod habet numerū. Si itaq; numerus statuitur infinitus, a' numerabili autē re numerū numerari contingit, & infinitum sub numerum cadet. Sed haec quidem argumēta logicalia atq; dialectica existūt. Naturaliter autem, q, quispiam argueret in hūc modum. quoniam quodlibet corpus uel simplicis est uel cōpositae naturae, neutrum horum esse corpus infinitum contingit. si enim compositum est atq; concretum, quum finita terminataq; elementa sint, plura ipsa existāt atq; adaequētur, necesse est. Quod si inter se nō adaequētur, sed unū ex ipsis existat infinitū, illud profecto reliqua interimet & abolebit.

VELVT si ignis finitus ac terminatus est.

Constitue inquit esse corpus infinitum, quod ex quibusdam finitis elemētis sit constitutum. Ergo

fi ex istis hoc quidem erit finitum, illud autem infinitum, & est ut puta ignis & aer finitus & infinitus, sit autē ignis quantitate æqualis, uirtuteq; ac potestate millies conduplicata quantitate parē excedat aerem, omnia enim quēdam numerum habebunt, aer tamē quum sit infinitus, inclusum ac finitum ignem exuperantia suæ infinitionis obruet ac delebit. Rursum autem si ex omnibus infinitis elemētis constare damus infinitū, hoc fieri nullo modo poterit. corpus nanque ab omni parte spatium habet & interuallum. infinitum uero illud uocamus, quod nullo spatio conclusum in immensum extēditur ac dilatatur. Sin alterá partem obnixe tuebimur, contingere scilicet, ut simplex existat corpus illud infinitū, siue aliud sit ab elemētis longe diuersum, siue simpliciter unum ex quatuor, quædam etiam impossibiles incommoditates ex hac oratione consequētur ob hanc causam. Nam siqui sunt, qui præter ipsa quatuor principia rerum, aliud elementum principiumq; illud infinitum constituant, qua ratione fieri poterit, ut hoc infinitum elementum reliqua finita non absumat atq; ad internicionem ipsa redigat. Hoc autem ex eo est, ꝙ elementa contrarietatem inter se gerunt. sicut ignis quidem natura, calida & sicca. aeris uero, calida & humida. aquæ autem, frigida & humida. at terræ, frigida & arida. Iste autem rem non belle attendit, qui aerem frigidum appellauerit. Igitur si ignis calida uis est infinita, aeris autem finita, uel quod in ipso humidum inest, est infinitum, aquæ uero finita, reliqua ab uno infinito obruta interibunt, & ob hoc quiddam aliud infinitum constituunt, unde hæc constare uolunt. Fieri autem posse negat, ut aliquod elementum huiuscemodi reperiatur, non solum infinitum, sed neq; aliud quoddam præter quatuor principia rerum. Et attende quæso, quomodo non solum tollit infinitum, sed etiá nullum aliud esse testatus ipsorū primo opinionem positam tollit hoc modo.

OMNIA enim unde constant, & in illud quoq; dissoluntur.

Non tollit per se se, quin sit simplex corpus infinitum, sed quum huic adiecisset de sententia aliquorum præter quatuor aliud esse, quod esset infinitū, ita tollit horum orationem, quæ ex se ipsa satis ualidis argumētis defendebat. Et loquitur, quemadmodum præter quatuor elementa rerum nullum aliud elementum existat, nedum infinitum. supponitur enim simplex. & si simplex, si utiq; est, elemētum omnino erit, & unum quodq; in illud dissoluitur, unde & componitur. Ergo quum à principio res omnes ex eo constarēt, si tale elementum deprehendere nobis non licebat, at saltem quum res ex eo compositæ & in illud tanquam in elemētum dispersæ interirēt, ipsum perdiscere facile nobis negotium fuisset. Nūc autē non sic fit. in quatuor nanq; sola redigit, quæcunq; corpora natura compegit atq; coagmētauit ipsa uero in nullum aliud intereūt, sed alia in aliud tanquam simplicia, & quæ nullum aliud simplicius habēt, in quod dissoluātur intereantq; Cæterum neq; unum ex ipsis erit infinitum; neq; principium aliorum, quemadmodum censebat Heraclitus fore aliquádo, ut omnia elementa in ignem interitura essent, & hoc modo deinceps uniuersi interitum consequuturum. Iste autem tollit ac diluit hác opinionem, unum præter quatuor nullo modo existere, id quod quidam statuebát. Ratio est, quod omnia ex cōtrariis faciunt mutationem. cōtrarietates autem insunt in quatuor elementis, & in alio præterea nullo. Oportere nanq; ait ad hoc, ut nō existat infinitum, ne omnino quidem quicquá decernere neq; de hoc neque de illo. fieri enim nullo pacto posse, ut ullū existat corpus infinitum sensu comprehēsibile, ex hoc facile cognosci potest. Omne nanq; corpus quod sub sensum cadit, alicubi consistit, & cuiusq; corporis certus ac proprius statuitur locus. sicut igni superior dicatur locus, aquæ ac terræ inferior. aer ubiq; locum occupat. aer nanq; in definitionibus Plato ait, cuius omnes secundum locū mutationes secundum naturam existunt. Et idem est locus partis, qui & totius, ut glebæ & totius terræ, & locus scintillæ & uniuersæ ignis naturæ. Itaq; si eiusdem speciei erit ὁμοειδὲς, uel immotum erit. quum enim infinitum existit, quem locum habebit, ad quem mouebitur? uel semper & in infinitum feretur, neq; magis sursum uersum quam deorsum & in quamlibet regionem.

DICO autem uelut si gleba esset.

Statuendum inquit est glebam huiusce infiniti esse particulam. aliquo ipsa quidem feretur, aut alicubi consistet. ea nanq; quum sensibile corpus existat, propriam habebit sedem regionemq;, in quam commouebitur, & in qua conquiescet. locus enim est corporis sibi cognati, ꝙ ipsum statuimus esse glebam, & quomodo gleba erit, habebit utiq; totum corpus infinitū consimilis sibi generis & cognatum. Igitur & illius tanquá infiniti locus infinitus designabitur, ita huiusce glebæ tanquam ipsius partis locus infinitus constituetur. An igitur gleba pars illiusce uniuersi infi-

niti

niti locũ oẽm totius infiniti occupabit?sed id nõ põt. gleba náq; pars terræ materiæ quidẽ locũ tenebit, neq; oẽm occupare est necesse. satis náq; ipsa habet in summo suæ uniuersitatis insedisse. At ipsa gleba pars infiniti uel totius infiniti oẽm occupabit locũ?an nõ uerbi gratia si pars ipsa in superiorẽ sedẽ cõcesserit, quæret & inferiorẽ & ab obliquis lateribus quálibet regionẽ, ꝙ locus is infinitus existit?undiq; enim gleba habebit locũ. Hoc aũt fieri certe nullo modo potest ut supra infra quidpiam existat. at oẽm inuadet locũ. & si deinde pars infiniti alia cõstituatur, ubi illũ habebit locũ, quẽ prima inuasit?aliter quoq; tu potes dicere, si oẽm occupauerit locũ gleba infiniti pars ipsum iá finitũ redditũ fuisse locũ. omne enim & totũ πᾶν κỳ ὅλον inter finita referũtur. Si igit̃ pars est eiusdẽ speciei ὁμοιδὲς, hæc cõsequẽtur. si dissimilis, dissimilia ꝑfecto & ipsa loca. & primo quidẽ illud ĩfinitũ non unũ erit, ꝙ non eiusdẽ speciei, sed solo attactu existit unũ. Deinde partes hæ uel finitæ sunt uel infinitæ. & si finitæ, & omne pariter erit finitũ. Quod si omne erit infinitũ, ipsius erit pars aliqua infinita, q̃ reliquas obruet & absumet, quemadmodũ dicebamus. Sin infinitæ partes erũt, & loca infinita erũt. duorũ aũt inquit locus quia conspicuus est ignis uidelicet ac terræ, hæc infinita dicere fugerũt. quæ uero in utranq; naturá se se dant, ea infinita dicere nõ dubitarũt.

QVOD si id esse non potest, & loca finita erunt.

Cõsueuit philosophus antiquorũ opiniones, si non plærũq; recipit & admittit, ad usum tñ confirmationẽq; ipsorũ proferre, id quod hoc loco facit. Quemadmodũ aũt inquit male dicá, quũ dixero infinitũ ipsum locũ occupare inferiorẽ, ex ipsis quoq; antiquis cognosce, q ipsum infinitũ uel ignẽ uel terrá esse dicere timuerũt. Hæc duo nanq; finite terminateq; suũ quodq; locũ obtinẽt. & in ima sede terra residẽs non habet superiorẽ locũ. ẽ contrario ignis se habet. Quæ uero inter hæc duo media iacẽt, & magis aerẽ asseruerũt, ꝙ ipsum undiq; quẽlibet locũ táquá propriũ ac peculiarem occupátẽ cernebát. Ergo si totius partes specie dissimiles ἀνομοιοειδῆ infinitæ sunt & loca q̃ppe infinita erũt. Sed hoc fieri non potest. neq;.n. unquá esse potest, ut locus maior sit, ita ut minime quadrás seorsum secedat, & corpus quod in se receperit atq; continuerit. neq; corpus maius est loco suo. Simulq; si utrũq; & locus & corpus finita sunt, non erit infinitũ. hæc náq; coæquare inter se & alterũ cũ altero quadrare uolũt, neq; corpus in maiorẽ amplitudinẽ excrescere, erit.n. corporis pars absq; loco, neq; locũ maiorẽ esse q̃ corpus, inanis náq; & uacuus locus absq; corpore huc & illuc peruagabitur & fluctuabit. Absurda aũt inquit & præter omnẽ dignitatẽ Anaxagoræ oratio est, q̃ immotũ constituit infinitũ, quod in se ipso innixũ ita firmiter stabiliterq; se sustẽtat, ut nulla re moueri neq; conuelli queat. Hoc rursum infinitũ non esse in loco, sed considere in se ipso. ꝙ nihil loci est, quod claudere & continere infinitũ possit. ea de re in loco nullo infinitũ illud consistere. Deinde Anaxagoræ orationẽ deridẽs cauillansq; ait, quasi quælibet res ubi consistit, ibi & quiescere secundũ naturá. id náq; negat esse uerũ. erit.n. & alicubi quidpiá ui detentũ. Constitue nanq; lapidẽ esse in sublimi retentũ contra naturá. ob hoc dicet ipsum ibi quiescere natũ esse?nullo pacto quidẽ. mobilẽ nanq; ad imũ natura progenuit lapidẽ, ut eo ꝑfectus ibi & naturaliter conquiesceret. Quanq̃ enim illud infinitũ Anaxagoreũ radicibus sempiternis fixum in se immotũ manet, hoc erit fortasse ex aliqua ui & non secũdũ liberá naturæ legẽ. Ob hoc causa erat abs te o Anaxagora reddẽda, quamobrẽ istud immẽsum & infinitũ non mouetur, & quare non ipsum mobile natura creauerit. Quædá n. plærũq; mobilia natura ob aliquod impedimentũ non mouẽtur. Quum ergo causá nullá doceat, quare & ipsum infinitũ natura aliquádo non moueatur, prorsus dixisse nihil uidetur, qui si dicat natũ hoc infinitũ esse, ut nunq̃ moueatur, falsa loquitur. Ná & si terra ipsa non fertur neq; aliquo commouetur, neq; si infinita esset, sed immota stat, propterea non stat, ꝙ locũ quo feretur, nullũ habeat, uel quia seipsa firmiter muniat & se sustẽtat, sed propter aliam causam quandam magis naturalem, quam mox docebit.

SI IGITVR ne in terra quidem hæc causa est, quæ infinita est.

Quæ infinita est, ponit propter suppositũ superius factũ, quũ dicebatur neq; si esset infinita. Cõstitue náq; terrá ipsam esse hoc, quod dicitur infinitũ. ecce manet. q̃ causa manẽdi est, quod seipsa scilicet radicitus firmet, & immotá reddit?quia nata non est, ut moueatur, ꝑpterea & non mouebitur. qua de causa?Quod enim se ipsa firmá perpetuoq; immotá sustẽtat, non idoneum uidetur argumẽtum ad hoc ipsam natá esse, ut nunq̃ moueatur. Sed hæc causa nimirũ est, ꝙ grauitatem habet. graue autẽ in imo subsistit. ima autẽ sedes in uniuerso, mediá regionẽ obtinet. Similiter & in infinito causa erat explicanda, quare ipsum fultum staret motu omni liberum sempiterno. Simulq; palam est & partem immotam manere, si totum immotũ stat. idem enim locus totius est,

qui & partis. Ergo si infinitũ se totũ ab omni motu protegit atque sustẽtat, & in seipso est, hoc patietur & quælibet ipsius pars perinde quasi si totius infiniti locus, neq; superior sedes est, neq; inferior, sed ipsum sibi locus cõsistit, & in seipso manere propriũ, suæ naturæ est, & ipsius quoq; partis idẽ locus. sui ipsius erit. & i seipsa illa cõsistet. Totius nãq; & partis loca eiusdẽ speciei sunt, sicut ignis regio superior locus & scintillæ idẽ est. & terræ glebæq; idẽ locus, inferior plaga. Sed quid absurdi erit, si hoc factũ fuerit. & infiniti pars in se ipsa maneat? Vel illud manifestum est, si abiũctæ secretæq; a toto partes erũt, magnitudine infinitas nõ futuras. hoc nanq;, q alia ab alia discretæ seiũctæq; sunt, ipsæ finiũtur atq; terminãtur, nisi fortasse multitudine sint infinitæ. Et si multitudine infinitæ sunt, quid est, cur quædã ẽt numero finita infinita nõ dicamus sed unã tãtum magnitudinẽ infinitã? Quod si non diuisæ disiunctæq; sunt sed cũ toto suo partes cohæreãt, partes quæ cũ toto sunt, non in se ipsa sed in toto suo existunt. Hoc nanq; naturalitater habemus, siquod totũ est, illud in loco esse. huiusce aũt partes si indiuiduæ sunt, non in loco totius, sed in toto esse. Quare absonũ eas dicere & locũ corporibus constituere. Quodlibet. n. corpus sensibile qualitates habebit, ex quibus uel graue erit uel leue. & loca ipsorũ corporũ perspicue' patẽt. Illud autẽ corpus infinitũ, quod locũ non habet, tollit quodq; corpus in loco esse. Ergo si hoc non est in loco, quare alia corpora in loco sunt?

NECESSE enim est quodlibet infinitum.

Necesse est, corpus quoq; sensibile infinitũ qualitates habeat, & uel omne infra uel supra, uel dimidiũ supra & dimidiũ infra. Quo pacto igitur in partes secabis infinitũ? uel quo modo huiusce infiniti hæc quidẽ pars in hoc loco est, illa aũt alibi est. Præterea quodlibet corpus sensibile in loco est. loci aũt differẽtiæ sex secundũ tria corporis interualla. & ipsæ nõ positione solũ & ad rationẽ nostrã se accommodãt, potest nanq; dexterũ fieri sinistrũ, & anterius fieri posterius, sed in uniuerso quoq; hæc loci discrimina cernũtur. aquilonares nãq; mũdi plagas dexteras nominamus, australes, sinistras. Ipsæ aũt differẽtiæ loci in infinito locũ non habẽt qualẽ enim partẽ, dexterã, & qualẽ, sinistrã habebit hoc corpus quod dicimus infinitũ? Itẽ ex loci quoq; natura argumẽta duci possunt hoc modo. si fieri non potest, ut locus sit infinitus fieri aũt non potest, propterea, q locus corpus terminat atq; circũscribit, omne aũt corpus in loco, ut corpus infinitũ existat, fieri nullo pacto potest. Atqui ubi hoc est uel supra uel infra uel in medio, in loco. & rursum quod in loco est alicubi est uel supra uel infra uel in media sede. ubi. n. adsignat discrimẽ loci, sicut & quãtũ quãti. Nã quantũ, finitũ quantũ est, hoc est bicubitale uel tricubitale uel decubitale, siue centũ cubitum uel mille cubitũ. hoc aũt a ratione refugit, & esse non potest. Vnde fit, ut neq; in loco sit, ideoq; si in loco esset, uel supra esset uel infra uel in medio uel in quolibet alio spatio. horũ aũt quodq; finis existit. ita nihil horũ habebit. Porro' ẽt si in loco nõ fuerit hoc sensibile corpus infinitũ, absurdũ quippe est & quod esse non potest, sicut ẽt superius demonstrauit. corpus nanq; sensibile qualitates habet secũdũ quas & differẽtias habebit ad loca capessenda. Ex quo necessario habebit locũ secũdũ differẽtiam, quã ad alia habet. Quemadmodũ igitur actu corpus infinitũ esse dicere nõ cõueniat, quod potestate nanq; est, recipiet, q quicquid est diuiduũ in infinita, continuatum est, non agere tamen, nam si quicquã aget, consistet, ex his ait unicuiq; planũ fieri posse. Argumentatur autem & in contrariam partem.

QVEMADMODVM autem si non erit infinitum simpliciter.

Argumẽtatur quoq; & in contrariam partẽ iis uerbis. Rursum si simpliciter infinitũ esse non damus & esse secũdũ aliquẽ modũ, sed undiq; ipsum de medio tollimus, quædã absurdæ icõmoditates erroresq; cõsequẽtur. Erit nãq; tẽporis principiũ & finis, & magnitudines i magnitudines diuisionẽ nõ recipiẽt, sed illico diuisio cõquiescet. Numerus quoq; non erit infinitus, sed & ipse sistetur & inhibebit. Qm̃ igitur in neutrã partẽ cadere rẽ cõtingit, opus arbitro quodã ac iudice est ad hãc rẽ decidẽdã ac diudicandã, & iste arbitri personã ex se suscipit, & litẽ dirimit sic. Planũ nimirũ inquit est quodã certo modo esse, & quodã non esse. q enim esse dupliciter dicitur, unũ quidẽ potestate, actu autem alterũ, infinitum in eo, quod potestate est, inuenietur Est nanq; accessione in numero, est & ablatione, sicut in magnitudinibus. magnitudinẽ aũt actu infinitã non existere, nuper finem fecimus disputando. Dicere tamẽ licet magnitudinẽ potestate diuisioneq; esse infinitã. infinite nãq; habebit diuisionẽ, & nunq̃ ab opere suo requiescet. Quod si Plato omnino lineas constituit insecabiles, ipsas argumẽtis tollere atq; conficere non est perq̃ difficile sane negotiũ, sicut & facit in eo suo libro qui de insectilibus lineis inscribitur. Relinquit igitur esse potestate infitũ. qa uero' τὸ δυνάμει quod potestate est, præsefert quid imperfectũ & tamen inactum prodire potest

sicut

ficut quũ dicimus æs potestate statuã, & huiusce quoq; infiniti uirtus ac potestas in actũ aliquãdo progredietur, sed alio quidẽ modo. Vt enim esse multifariã dicitur, & esse quidẽ dicere licet ἐπὶ τῶν ἀνϑυπέρκτων πραγμάτων in rebus quæ in se ipsæ actu existũt & totæ simul consistũt, & in iis etiã, quæ inter operãdum tãtũ perficiuntur & cõsummãtur, & ita suã consistẽtiam recipiunt, quemadmodũ diẽ esse & diem festum celebrari & certamen fieri dicimus, ꝙ alia atq; alia pars conficitur & absoluitur, sic & infinitũ esse dicimus. Nanq; in iis etiã sicut & in illis rebus αὐϑυπέρκτων in se totis subsistẽtibus inest & quod potestate & quod actu dicitur. Olympia nanq; certamina existunt, & ꝙ hæc esse possunt, & ꝙ ipsa iam actu peraguntur.

ALITER aũt in tempore conspicuum est hoc infinitũ & in hominibus.

Infinitũ inquit aliter in tẽpore & in hominibus se ostendit, & aliter in diuisione corporũ. nanq; & in hisce omnibus, ꝙ semper aliud oritur infinitũ, inuẽtũ est. & semper finitũ esse, quod suscipitur, hoc nanq; huiusmodi omnibus infinitis cõmune aduenit. At proprium quid & peculiare est, ꝙ in magnitudinibus remanẽte eo quod sumptũ fuit, & in nihilũ non intereunte, hoc gignitur infinitũ. In tẽpore uero hominibusq; quũ intereãt ea quæ sumpta sunt, ita ut ipsorũ reliqui nihil fiat. quod aũt suscipitur, semper est finitũ, & aliud rursum aliudq;. Non tamẽ digito ostẽdere est ὡς τόδ᾽ ἔτι ut hoc aliquid, sicut hominẽ, domũ, neq; tanquã substantiam. sed sicut in processu diei & in certamine illud accipitur, quod præterit, & nõ est hoc aliquid, illud, sed fugit peruolatq;, sic & infinito. Discrimẽ tamẽ est, ꝙ in magnitudinibus accipere est id quod accipitur, tanquã hoc aliquid atque substãtiam, ꝙ remanet quid & alicubi in plano partes corporis cõsistunt, simulq; & totius magnitudinis hoc est & lineæ & plani secũdum corpus, cui hæc tanquã extrema sunt. Quod uero per accessionẽ est & per diuisionẽ, in idẽ quodammodo cadũt. esto enim aliquid finitũ, aliudq; similiter, & ab hoc auferatur & abscecetur, & ad illud addatur, & semper hoc modo, & nunquã consistet, præterquã tamẽ ꝙ non simpliciter efficitur diuisio illa, sed si is, qui diuidit, accipit non secũdũ ipsam magnitudinẽ, sed secũdum ipsam rationẽ, diuisio ab opere non conquiescet. Ex toto nãque secet quispiam dimidiã uel tertiã partẽ, & rursum eodẽ modo ex relicta parte dimidium siue tertiũ auferat, similiterq; rursum ex eo auferat, quod remãsit. Magnitudines igitur decrescent ac diminuẽtur. ipsa aũt ratio non constituet diuisionẽ, sed ipsam potius tollet ac interimet.

NANQVE infinita magnitudine.

Quomodo i diuidũdo aliquo corpore, illudq; ad aliud adiũgẽdo infinitũ perficiatur, neq; inutrisq; ab opere in otiũ remoueatur, exponit. Siquis enim inquit rẽ aliquã finitam terminatamq; diuidat ac secet, si eadẽ ratione utatur ex eo quod sumpserit, & eadẽ ratione rursum ex eo quod reliquerit in quibus magnitudines fieri inæquales necesse est, rẽ illã finitã nunquã hauriet neq; cõficiet. Erit nanq; semper facultas rei dimidiæ partẽ dimidiã accipiẽdi, & rursum rei relictæ dimidiũ, sic & in tertio & in quarto, quod relictũ fuerit, & in reliquis cõgruis rationibus ad eundẽ modũ. Siquidem si eandẽ magnitudinẽ non eandẽ tamẽ sumpserit proportionẽ, quod enim uerbi gratia prius abrasum fuit & ablatũ, est ipsius totius portio tertia, quod uero rursum adẽptũ fuit, magnitudine prius adæquat. non eandẽ conuenientiã seruabit. dimidiũ enim fortassis est. Siquis igitur diuisionẽ sumat hoc modo, consistet illico neq; longius procedet. Quod reliquũ est, concludẽs sermonẽ suum ait nullo alio modo esse infinitũ, nisi si simile illi sit, quod potestate persoluitur atq; perficitur, & quod interea tantũ peragitur, dũ in actu est, sicut dies & certamẽ. Sed ipsa quidẽ absoluũtur & perficiũtur, illud aũt nunquã peragetur neq; absolute consumabitur. Non diuidetur autẽ magnitudo semper in infinitũ secundum formam, sed secundum materiam. aliquo usq; enim forma quidẽ conseruabitur, & non semper: quemadmodũ in his quoq;, quæ de generatione & corruptione conscripta sunt, philosophatur. materia nanq; infinita existit forma uero, finẽ habet. Res aũt informata est & finita pari ratione & infinitum secundũ adiectionẽ procedit, quod idẽ esse dicit, quod & secundũ diuisionẽ. excepto ꝙ illud secundũ diuisionẽ, semper minus habebit, neq; minimũ unquã adinuenerit. Quod uero est per accessionẽ, solum in magnitudinẽ quandã consurgit, & non sicut multitudo consistet, ꝙ extra quoq; mundi limites hoc progredi non potest. Neq; enim ante demõstratum fuit fieri posse, ut actu existat corpus aliquod sensibile infinitum.

NEQVE potestate esse potest, nisi forte sit per accidens.

Iste quidẽ pluribus argumẽtatus est atq; demonstrauit corpus sensibile infinitũ esse nõ posse, neq; intra mundũ neq; extra mũdũ, quanquã quidã ex his, qui rerũ naturã perscrutãtur atq; contẽplãtur, corpus infinitũ per accidẽs extra mundũ esse dixerũt. hoc est corpus quidẽ secundũ substãtiã,

uel aerem uel tale quidpiā, sibi aūt accidisse, ut infinitum esset. Iste autē actu corpus infinitum nō esse ostēdit. Quod si actu non est, qūo in hoc potestate esse concedemus. ibi nanq; aliquid potestate datur esse, ubi et actus procedit. Itaq; quod est secundum adiectionē, non semper in agēdo eo usq; procedet, ut semper actu corpus sensibile infinitū progignatur, neq; potestate, neq; actu, neq; per se, neq; per accidēs. Ergo si omne corpus circūscribitur sic ac terminatur, ipsa quoque adiectio conquiescet. At sectio semper aliud aliudq; cuius ipsa est, requirit. quod enim infinite secatur, continuū habet. Plato quidē sic prorsus existimat, & adiectionē continentē & perdurantē συνεχῆ dicit sicut & ablationē. Quum uero duo effecisset hoc modo, ipsis non usus est. etenim in numeris inquit, & ad auctionē & ablationē terminum finemq; adiūgit. monas nanq; hoc est unitas minimū decremēti & ablationis existit, decas aūt secundum ipsum incrementi & adiectionis magnitudo est. Infinitū autem definiunt, ut sit illud extra quod nihil est. ego uero inquit lōge aliter dico. nā illud esse potius arbitror infinitū, extra quod aliquid semper est, quod posito maiorē numerū semper assumimus. Cui rei illud argumēto est, annulos qui gemma carēt, ab hisce infinitos dici, quod gemmam non habēt tanquā principium quoddā ac finē, sed semper aliquid extra accipiunt in idē recursantes, & rursum rursumq;, sectio nanq; infinite procedit, & in eandē notam desinere nō potest. Quod si desinit, p similitudinē dicitur, quod rursum rursumq; idē accipitur.

HOC Enim ex stat necesse est.

Per similitudinem in circulo dicitur infinitum, quod enim accipitur, & infinito existat necesse est, neq; idem unquā accipiatur. At in circulo quod semper deinceps consequitur, solum aliud est, quanquā sæpe idem accipitur. Ergo infinitum illud est, non extra quod sumere nihil licet, sed extra quod sumere aliquid semper licet, illud autem absolutū perfectumq; & totū. Sic & totum definimus, ut illud sit, cui de partibus nulla abest, sicut homo, totū. & tota arca. & singula quæq;. Et si in hisce omnibus sic proceditur: & proprie totū hoc uniuersum definietur hoc modo, ut illud sit, extra quod nihil amplius quicquā est relictū. Illud uero, extra quod quidpiā est, eo caret. hoc nanq; absentia rei est. Quid enim nouū uel mirandū extra capsulā quicquā inuētum fuisse, non cuipiā tamē ex partibus abesse quicquā: neq; ob hoc omnino quidpiā obstiterit, quominus totius nomine appelletur. Hac de re absentia ponitur ad ostendendū extra hoc & suā ipsius substātiā abesse quicquā, quod ubi defuerit, res tota atq; completa esse non potest, si quidpiā prorsus a toto defecerit. Ex syllogismo quoq;, quū & totum finitū terminatumq; esse ait. totū, perfectū, perfectum, finē habet, quod finē habet, terminū habet, quod terminū habet, finitū est. totū ergo finitū est ac terminatū. Parasyllogismus aūt est, siquis accurate attēderit, & non syllogismus. Neq; enim omne perfectū, finem habet, quod in quaq; re propter finē res perfecta non dicitur neq; absoluta. Sed est etiā, quū propter formationē & actū suū aliquid perfectū dicitur. Ergo si quicquid a principio nullo unquā ortu genitū fuerit, perfectū illud hercle est: tanquā formatū & actu semper existēs nō utiq; & finē habebit. Hinc philosophos urget ac uexat ex eo, quod inquit existimādū esse rectius Parmenidē loquutū fuisse quā Melissum. Nā quod infinitū dicebāt. Melissus quidem totū dicebat: Parmenides aūt totū finitū esse statuebat, quū in uersibus suis illud uerbū protulerit, μεσσόθεν ἰσοπαλὲς a medio undiq; æqualiter libratū. Quicūq; enim toti & omni infinitū adnectit, non linum lino committit, ut in prouerbio est, sed quæ non necti habilia sunt id quod dicitur.

QVONIAM hinc quidem de infinito grauiter magnificeq; loquūtur.

Ex eo q dicūt infinitū illud, extra quod nihil est, grauitatē existimationēq; suscipiūt. Quippe quū dicāt ipsum infinitū omnia complecti, in seq; omnia inesse quæcūq; sunt, q cum toto similitudinem quādam gerit. Hoc autem propterea fit, quia materia magnitudinis perfectionis, infinitum est: & non quia secūdum formam perfectum existit, sed quia magnitudini materiā suppeditat. Et ob hāc causam tāquam materia, totum potestate dicitur, actu non dicitur. potestate nāque habet materia formā. infinitum autem secundū materiam. Ipsa similitudo scilicet intercedit, quod cū forma simul materia existit. hæc profert de ipso infinito cogitanda Diuiduū autem ac finitum non per se sed per aliud. hoc est si cōstitues hāc capsulam, non erit quidem diuidua ut capsula, sed ut materia diuidua est. Et partes quidem, quæ abscindūtur, quatenus diuidūtur, terminātur, at diuisio nūquam conquiescit. Hac de causa secūdū materiā & non secundū formā quæq; res diuiditur, siue sit lignū, siue arca. Ob hoc non cludit neq; cætera cōplectitur, sed ipsum tanq materia cōplectitur & continetur. Vt aūt ea, quæ fortunæ consequētia erāt, ad propriū & peculiarē scopū recte retulit ac redigit, quū de fortuna disputaret: sic hoc loco q infiniti cōsequētia sunt, recte cōstituit

stituit eaq; ad illud reuocat, quod de ipso pronũtiauit. Ideoq; hoc ignotũ nobis obscurũq; esse dicit, nõ ut diuinũ quoddã, sed ut infinitũ. in forma nanq; figuratur atq; dignoscitur. ob hãc rẽ magis in ratione partis quã totius apparebit. Nam materia pars totius existit, quoniã si in sensibilibus inquit continet, queãdmodũ ipsi dicũt, in intellectilibus quoq; intellectilia complecti ipsum oportebat. A ratione uero plurimũ distat, rem incognitam & indefinitã claudere reliquas ac terminare. Non sine ratione aũt hoc contingit, & quod quicquid est per adiectionẽ, illud sistitur & conquiescit, quicquid aũt est per diuisionẽ, non sistitur neque cohibetur. Quod enim est per adiectionẽ, informatur, & forma, finis est. quod uero per diuisionẽ est, ex inclusa materia existit. Similiter & in numero & in magnitudine est.

IVRE autem & unum quidem numero.

Iure aũt & illud datur, in numeris quidẽ infinitũ à principio terminari ac præfiniri, in magnitudinibus aũt & molibus corporũ rem è contrario se habere. Ratio est, quod undiq; unum indiuiduũ est. & si diuidetur, duo erunt & non unum. idq; esse ex eo, q ab uno incipit, unũ autem indiuiduum, principio numeri definito. Nã numerus uno maior est, & in aliquo quãto consistit. duo autem, binæ unitates. tria aũt, trinæ unitates, & singulus quisque reliquorũ numerorũ eodẽ modo se habet. Quoniam uero ad plus maiusq; cogitatio nos ducit, & sectiones in infinitũ abeunt neque sistuntur, & res diuisæ sectæq; ex continuata magnitudine in re finita terminataq; colliguntur, rei continuæ sectio nunquam cessabit, neq; finitæ adiectio conquiescet. Quare potestate est, actu nõ est, quod enim ex cõtinuo assumitur, quamlibet magnitudinem semper excedet: neque minimum unquã erit futurum, ut alteram magnitudinem non excedat: Hucusq; numerus separabilis à materia non existit, adeo ut absq; rebus enumeratis numerus per se consistat. neq; infinitio quidem ipsa permanet ac perdurat ita, ut quod collectũ fuit, infinitum dicatur. in fine nanq; magis semper ipsum est finitumq; & terminatũ. Sed infinitio oritur semperq; perficitur, sicut & in tempore. Postea quam igitur de numero dixisset, & de continuo dicit, longe aliter rem prorsus esse ad ipsum numerũ. ad sectionẽ nanq; magnitudinũ esse infinitũ, ad incrementum uero non esse infinitũ. Ad sectionẽ quidem infinitum & ad minus usq; peruenit hac uidelicet de causa, quia sectionẽ materia habet, minusq; in ipsa inuenire semper licet. Ad incrementũ uero non est infinitũ propterea, q id quod potestate contingit esse, & actu illud esse contingit. Quia uero corpus infinitum sensibile mẽte cõcipi & cogitatione cõplecti non contingit, ne hoc quidem certe ullo unquam tempore peragetur, mundo enim maius quidpiam reperiretur, id quod diuina natura non protulit.

AT INfinitum non idem in magnitudine, motu, ac tempore.

Infinitũ, quod in cõtinuis rebus inuenitur, in magnitudine & motu & tẽpore existit. In hisce tamẽ tribus non idẽ constat, sed in his differt plurimũ secundũ prius & posterius. Quamobrẽ enim infinitũ motũ dicimus secũdũ sectiones & non secũdũ extremitates. secũdũ enim extrema summa nũc esse negat. Ostendet aũt paulò post secũdũ ipsas motũ esse finitũ, quilibet enim motus ex aliquo in aliquid. Quã ob causam igitur motus sic infinitus est, ut dicimus, uel quia magnitudo, in qua aliquid mouetur, uel augetur, uel alteratur, infinita est. Infinitũ aũt & hoc loco est secũdũ sectiones & non secundũ extremitates. Tẽpus uero quare est infinitũ, & hoc quoq; propter sectiones, quod motus scilicet infinitè cursitat. & hæc inter se differunt priore & posteriore. Nunc igitur de ipsis simpliciter agimus posterius aũt quid horũ quodq; sit, explicabimus, itemq; quo quælibet magnitudo diuidua sit in infinitũ, & non in pũcta insectilia & indiuidua, aperiemus. Nũc aũt disputamus non obstare orationẽ nostrã geometris uel sciẽtiæ ipsorũ, quũ actu esse infinitũ corpus negamus. Illi nanq; uere differũt atq; constituũt sic. esto aiũt recta finita. a. b. esto etiam recta infinita. g. abscindaturq; ab infinita. g. alia recta quæ huic. a. b. æqualis sit. Relinquitur certè, dum nos actu infinitã magnitudinẽ negamus, non impediri ne minima in re quidẽ sciẽtiam ipsorum. Neque enim illis infinito opus est ad aliquod theorema ex illo constituẽdum. quælibet enim figura finita est, & ex infinito tantam lineam finitã licet auferre, qua ipsi utẽtur. Et quod reliquũ est, siue infinitũ siue finitũ sit, nihil ad ipsorum rationes interest. Quare ad aliquod theorema demonstrãdum nihili interest. esse uero, in existẽtibus magnitudinibus consistet: quæ infinitæ sint, nec ne, nihil refert.

QVIA uerò quadripartita ratio causarum est.

Quoniam quatuor modis causæ deciduntur: inuentum autem infinitum fuit tanq̃ materia, hoc quidem ad causam materialem redigatur. Et esse quidem ipsi, priuatio est. neq; enim peragitur

unq̃ neq; absoluitur infinitum. sed semper in potestate est. Quod uero per se se est, forma sua praeditum est, & subiectum, & continuum, & quod sub sensum cadit. Ex hoc loco suam ipsius de infinito sententiam cum antiquorum sententia concordantem reddit. Accusat ipsos tamen & insequitur, ꝙ cum infinito tanq̃ materia uterentur, ipsum caeterorum continens capaxq; effecerunt. Ratio est, ꝙ materia non continet, sed continetur. Quod reliquum deinceps est, rationes quoq; illas, quae actu infinitum esse fidem quodammodo faciunt, concinnare uel potius tollere ipsas instituit. Et hoc eo consilio facit, ne uidelicet rationes hae si indiscussae neq; quidpiam exploratae praeteritae sint, suspicionem quibusdam afferant, & sensibile corpus esse. uel actu etiam infinitum, tanq̃ aliquod finitum, ac terminatum. Quum enim quinq; rationes explicatae iam essent ad fidem de infinito faciendam: quasdam de ipsis necessarias esse negat: neq; huiusmodi, ut difficillimè dissolui queant. Quaedam autem inquit probationes, ac sermones quosdam habent sanè perq̃ ueros & ueras instantias aduersus nos omnes, qui actu infinitum, ac terminatum esse recusamus. Et primo de eo disputat, ideo infinitum actu prorsus esse oportere, ꝙ generatio rerum si actu illud non esset, interiret. dicitq; hanc probabilem uerisimilemq; rationem, quae & infinitum esse arguit, non esse necessariam: neq; generosam incursionem in nos ab altera parte disputantes. Potest nanq; esse, ut corruptio alterius generatio alterius existat: neq; ut generatio πρωτουργοῦ ὕλης prima quadam operata materia ad sobolem rerum semper egeat: sed ex re iam morte absumpta gigni alia potest. & ob hanc causam non illud esse necessarium infinitum, unde rerum generatio fit. hoc enim & uniuersum appellat. Secundo disputabatur quia aliud ad aliud tactu terminatur, idcirco infinitum esse oportere. contra quam rationem ita arguit, aliud esse tangi, & aliud terminari: neq; sequi necessario, ut quicquid terminatur, aliud contingat. contingere enim ad aliquid est: terminare uero non ad aliquid, sed alicui de finitis corporibus tangi contingit. Neq; à quolibet quodlibet tangitur, hoc est ab igni aqua.

COGITATIONI uero nostrae fidem praestare absurdum est.

Tertium argumentum à ui cogitationis mentisq; nostrae esse infinitum. mens enim nostra nullis unq̃ repagulis neq; carceribus cohibetur; sed semper ad ea quae secum cogitando complexa est, aliam atq; aliam rem meditando adnectit, neq; unq̃ conquiescit prohiberturue, quo minus ulterius progredi sibi liceat. itaq; liberis & immensis campis cogitatio nostra semper uagatur, augetq; quaecunq; ipsa concepit, nec unq̃ sistitur. Cogitationi igitur inquit fidem adhibere, & eam ducem sequi, à ratione ualde discrepat. νόησιν cogitationem autem passiuam intelligit, & quae sibi rerum simulacra comminiscitur, & in imaginibus tota uersatur φανταστικὴν νόησιν. unde & passiuus intellectus phantasia dicitur in disciplina, quae de anima est. Liberum itaq; inquit ius, & imperium esse ipsius phantasiae ea quoq; affingendi, & afformandi, quae natura cohaerere non possunt. Credere igitur ipsi sanè perq̃ uitiosum est. neq; enim immensa rei cuiuspiam magnitudo, excessus, uel defectus in re necessario est, sed in cogitatione sola consistit. ꝙ enim & ipsa peragitur, esse habet. ob idq; intellectio dicitur, & intellectus. Siquis enim apud animi sui oculos & cogitationem suum ipsius corpus maius, ac multo semper amplius constituat, & augeat in infinitum: non idcirco quia quispiam seipsum tantae magnitudinis esse intelligit augetq; in immensum, huiusmodi statura erit futurus, qualem se animo esse conceperit. Neq; ob id extra urbem constiterit ex eo, ꝙ se maximae staturae esse cogitauerit, ut se urbs capere non possit. hoc nanq; accidens est. Tu uero sume, quod uerè est, & quod esse potest. Quarto adhuc disputabant, quia tempus est & motus ipsius, ideo & infinitum esse oportere. & cum hac ratione ipsam rursum cogitationem imaginariam simul collocat, ut unius impetu argumenti tres quoq; rationes confodiat, ac proteret. Hoc autem inquit ex eo est, ꝙ in hisce ea quae sumuntur, non permanent neq; subsistunt. secundum aliquid aliud igitur corpus actu infinitum introducent: quoniam ipsa in alia atq; alia ex ipsis partibus oriuntur, ac generantur, neq; subsistentem rem ullam habent infinitam. Postq; quae quintum quoq; argumentum à magnitudine sumptum depromit in medium, quod & ipsum omnino tollit iis uerbis. Magnitudo neq; ablatione, neq; imaginario incremento infinita est. incremento autem non esse paulo supra disputauit. At quomodo aufugeris, quin ablatione saltem sit infinitum? atqui ablatione erit infinitum. Vel ad hoc dicendum neq; ablatione quidem esse tale infinitum, quale ipse quaerit, hoc est actu: sed si est infinitum, potestate esse.

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM QVARTVM. COMMENTARII IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.

PARI autem ratione necesse est physicum, & de loco sicut & de infinito cognoscere.



Rincipaliter quidem constituit confirmatq; disputationem, quæ de loco suscipitur, propriam peculiaremq; esse physici. Quia inquit physici in rerum naturalium cognitione suum studium ponunt atq; in ipsis uersantur. res autem quæcunq; sunt, omnes alicubi esse arbitrantur, tanquam ea quæ non sunt, nullibi sint; physici magni interest, & de loco quoq; ipso perscrutari, primo an sit, nec'ne. Et si est, quomodo est, & quid est: quando etiam & natura ipsa principium motus, & quietis esse decernitur: Motus autem species sex: & qui horum maxime principatum tenet, is scilicet quem lationem appellamus, is est secundum locum. Aequum itaq; uidetur esse, & de loco physicum disputare. Quoniam uerò ex iis, quæ rei ipsi naturaliter adueniunt, uenari ac perscrutari rem solemus: in demonstratiua nanq; disciplina dicebat, si habemus quod est, ita & habere nos, & rem esse. hoc est si rem esse ex iis, quæ per accidens sibi adueniunt, pro certo habemus atq; cognoscimus, sic & huiusce definitionem futuram. Quo'd si ex iis quæ per se sibi adueniunt, & quæ de substantia sua sunt, rem esse percipimus: ita rursum & ipsius definitio præcipietur. Ex iis igitur, quæ loco adueniunt, plures oriuntur dubitationes: & eo' etiam, quod nihil de loco ab antiquis traditum accepimus, quod ab ipsis uel dubitatum fuerit, uel ex dubitando locupletatum atq; dilucidatum. Nam ea mehercle dubitatio est, quæ pene' sola copiosæ præceptionis mater existit ἡ γὰρ ἀπορία μήτηρ εὐπορίας ἐστί. Et primo' quidem an sit, quærens: ipsum esse argumentando fidem facit. & primum argumentum profert ex permutatione, & successione ἐκ τῆς μεταστάσεως. Vbi enim aqua in dolio erat, eo' egressa aqua aer ingreditur: aliquãdo & quidpiã aliud. Quare præter res, quæ locũ occupãt, locus ipse per se aliud quid prorsus existit. Locus nanq; aliquis alius diuersusq; ab utrisq; uidetur esse, quæ in ipso includuntur, ac reponuntur. in quẽ sane' locum, & ex quo res iniectæ mutationẽ fecerunt. Secundo lationes quoq; simplicium, ac naturalium corporum, intelligit autem elementa: non solum locum aliquid esse aperte' clamant, sed & ipsi loco uim inesse quandam ad trahenda in se prima rerum elementa. Habet nanq; & suam quodq; elementum sedem, ac domicilium, in quam sedem rapitur properatq; nulla ui prohibitum, ac retardatum. Ignis quidem sursum, terra autem, & aqua ad mediam regionem deorsumq; fertur, & reliquæ de sex dimensionibus siue interuallis discrimina loci, ac uarietates existunt. Quomodo autem unumquodq; feratur in proprium locum, quum sui ipsum minime' mouens sit, paulo' post declarabit.

SVNT autem talia non solum ad statum respectumq; nostrum.

Quæcunq; sunt ad situm, ac respectum nostrum, positione semper sunt, atq; alio alioq; modo interdum se habent, ut res plerunq; eadem, prout aliud, uel aliud tempus occasionis, uel locus, uel consuetudo postulat, alia atq; alia existat. Quod uero' natura definiuit præscripsit, semper certum ratumq; habet locum, natura nanq; mutare nescit institutum suum. Quanq enim aliam aliamq; rem eandem ostendet, illiusq; aliam atq; aliam causam esse, causam tamen semel natura profert, quam semper retinet conseruatq; ob idq; & causata ipsa secundum causas suas eodem statu semper permanent. Hæc igitur sex interualla, siue dimensiones, quæ à corporali tergemina dimensione nascuntur, à latitudine, altitudine, & longitudine, ad respectum quoq; nostrum esse possunt, possunt & in ipsa rerũ natura cõparere. Semper igitur ad respectũ nostrũ situ positioneq; uariant & inuertuntur, & plerunq; dextera alicuius fiet alterius læua, uel ipso, uel illo se mouente. & supernus locus, fiet infernus. & infernus, supernus. Esto enim contus directus in cœlum uersus, in cuius utroq; extremo duo passeres uincti considant, situ conti uariato, ac permutato superior

pariter fiet inferior, & inferior, superior. hæc sunt ad status nostri rationem idonea & accommodata. At in natura superna regio & inferna præfixa ac certa lege destinata est, superior namq; ea est, quo unumquodq; leue ascēdit, & quo ignis properat. inferior, quo grauia quæq; corpora ac terrena deferuntur. neq; aliter de ipsis iudicare possumus. Itaq; & situ ac potestate inter se differunt tāquàm ea, quæ simplicia corpora rapiēdi uim in se habēt. Vel illud tātum dicit, quod in re apparet. neq; enim loca corporū attractiua sunt, sed elemēta ipsa in suam quæq; sedem à se ipsis nulla re impediēte naturaliter rapiūtur. Sicut uerbi gratia aqua & aer potestate in supera sede sunt. at humidum quod sibi inest, ipsa grauat ascensuq; prohibet. hoc autem sublato sublimem regionem statim petunt, quāquam ex se ipsa motu interiore minime mouēt αὐτοκινητα. Item aliam rationem adfert, qua ueri nempe simile est aliquid esse locum, eos scilicet, qui uacuum uel inane esse defendūt, iste namq; huic orationi de uacuo non assentitur, locū omnino constituere. uacuum enim locus est à corpore destitutus. Quemadmodum igitur aliquid existat locus præter corpora, quæ in ipso sunt, & corpus omne sensibile in loco consistat, ex his facile intelligi potest.

RECTE autem dixisse & Hesiodus uidetur.

Hesiodus in theogonia sua hæc uerba habet. ante omnia genitum fuit chaos, deinde terra lati pectoris. Hoc igitur chaos, in húc locum, de quo agitur, accipit philosophus. Videtur igitur inquit & Hesiodus recte hunc uersum protulisse.

Γάντοι μέν πρώτιστα Χάος γένετ᾽, αὐτὰρ ἔπειτα.
Γαῖ᾽ εὐρύστερνος

Perinde quasi ante omnia terræ & rebus ipsis quēdam fuisse locum Hesiodus uersibus mādarit, quod & ipse opinionem multorum sequutus esset, qui alicubi esse & in loco res omnes dixissent. Si autem tale quidpiam locus existit, ipsius uis ac natura magnam habet admirationem, & res omnes antecedit. Illud enim, absq; quo reliqua stare nō possunt, ipsum autem absq; cæteris esse potest, illud nimirum primum omnium rerum est laudabile & admirādum. Locus nāq; non interit neq; aboletur, quāuis res, quæ in ipso sunt, aboleātur. Atq; id ex rebus iis, quæ iniectæ in ipsum locum exemptæq; in aliam atq; aliam sedem reponūtur, aliæq; uicissim in eorum locum succedūt, liquere satis potest hoc loco saluo incolumiq; seruato res ipsas mutari uariareq; inter se. Quum igitur inquit ex pluribus ostēsum sit locum aliquid esse, res habet dubitationem, si locus aliquid est, quid ipse sit, an moles quædam corporalis & substantia subiecta, uel quæpiā alia natura præter hāc molem corporalem. Primum enim ipsius genus quærēdum est, si ipsum recte atq; optimo modo definire cupiamus. Quærēdum igitur genus est ex iis, quæ sibi adueniūt, communi & usitato more philosophi. Habet ergo corporis dimēsiones. nam quum locus quātum sit, habet & latitudinem & lōgitudinem & altitudinem, & non secūdum pūctum uel superficiem, sed secūdum corpus. hisce namq; corpus omne præscribitur ac terminatur. Sed ipse corpus ut sit, fieri nullo pacto potest, sicut plærisq; uidetur, ex ea, q; & ipse tres dimēsiones sortitur, quibus omne corpus terminat faciem suam. In eodē namq; loco duo corpora sita reponētur, locus ipse & quod in ipso est neq; enim quidpiam aliud habebit locus quam corpus ipsum. Item arguit, si corporis & superficiei locus est, & pūcti & signi locum esse futurum. atqui id fieri nullo pacto potest. Corporis igitur nullus erit locus. neq; enim loci & cuiusdam huiuscemodi finium atq; extremorum distinctio ulla est.

Quare si huiusce quidem locus alius existit.

Cogit impellitq; orationem suam eo tēdere, ut ex ea appareat nihil aliud esse locum præter corpus, quod in ipso inest. Et ex corporis finibus extremis argumentatur, qui quidem extremi corporum fines siue termini corpora nulla sunt, fines uero & extremitates corporis, pūcti, lineæ, & superficiei. Si igitur corporis locus inquit est, erit & eiuscemodi corporis extremitatum. Atqui nullū discrimē habemus pūcti & loci pūcti, neq; lineæ, & loci lineæ, itemq; neq; superficiei & loci superficiei. Hinc igitur sequetur corporis & loci corporis distinctionem nullam futuram. Quod reliquum est corpus, ipsum & locus corporis idem erūt. Quid enim aliud locum inquit esse constituamus? etenim neq; elemētum esse, neq; ex elemētis constare ipse potest. Quia uero sunt & hæc corporalia quatuor elemēta sermone omnium concelebrata, quæ uocari ait ignem, terram, & quæ media interiacēt, sunt autem & elemēta corpore carētia, quomodo propositiones elemēta conclusionis dicūtur, ab utrisq; etiam locum secernit ac separat. Nam si locus ex corporis constaret elemētis, corpus esset, sed corpus penetrare ac permeare corpus non potest. Quod si ex incorporeis

poreis elemẽtis constituitur, magnitudine carebit. at magnitudine non caret, ꝙ quãtum est, tripar titoq; dilatatur. Atqui tãquàm causam placet ipsum constituere? sed quam causam ipsum constituemus. Neq; enim erit tanq̃ materia, neq; tãquàm forma, neq; ut finis, neq; communiter res ulla tanq̃ effectiua. Qui autẽ ex quatuor elemẽtis magis existet q̃ materia uel forma? Et rursum quomodo hæc cogit uergetq;, paulo' post cognoscemus. Præterea inquit dubitatio Zenonis aliqua ratione nititur, neq; prorsus pro nihilo habẽda est. Nam si locus inquit Zeno una & ipse res est inter res cæteras, res autem omnes alicubi & in loco sunt, & locus alicubi & in loco est, ille quoq; locus alio loco capietur. & hoc infinite' procedet. Vnde huiuscemodi dubitatio rationem aliquã requirit, qua mitigari atq; componi possit, si & a rebus ipsis locum esse censebimus.

PRAETEREA si omne corpus est in loco.

Si conuertũtur inquit inter se hæ propositiones, ut omne corpus in loco est, sic & in loco omni corpus est, necessario hoc uniuersum corporibus erit refertum atq; completum. neq; ullus quidem locus inanis & corpore uacuus reperietur. Quid igitur dicemus de corporibus, quæ augescunt? simul enim & secum augescat locus, necesse est, præsertim si neq; maior neq; minor quaq; re locus existit. Hoc itaq; ambiguum nullo negotio dissoluetur. ad hoc nãq; dicere possumus aerem compressum atq; constipatum locum corporibus exhibere ad incremẽtum capessendum. Iste autem quum dubitationem in medium protulisset, colligit arduam quippe rem esse locum uideri ipsis corporibus adesse quidpiam aliud præter ipsa corpora. Nanq; necesse inquit est dubitemus, non solum quid sit locus, sed etiam an sit omnino locus. Atq; ex hoc loco iam distinguere decidereq; incipit, quæcũq; de loco considerãtur. & loquitur sic. Quia in pluribus dicitur aliquid per se & aliquid per aliud, sicut uerbi gratia homo dicitur prudẽs, ꝙ ipsius anima prudẽtiã habet, & prudẽs anima dicitur, ꝙ dux ac princeps ipsius ratio τὸ λογισικὸν prudẽs existit. Et ob hoc hominem prudẽtem per aliud dicimus ducem uero' ac principem totius animæ rationẽ prudentem dicimus non per aliud, sed per se. Hoc pariter & de loco dicitur. est nãq; unus quidem communis, alter autem proprius ac rei cuiusq; peculiaris. sicut tu intra mũdi ianuas es, quia in aere es. aer autem intra mũdum concluditur. Et rursum in aere es, ꝙ in terra es. & in terra, quia es in hoc loco, qui nihil amplius quam te complectitur. Ad rem autem magis declarãdam & effectum ob oculos ponẽdum affert communem locum, ut & priuatum detegat aperiatq;. Qui quidem locus priuatus illud est, quod primum quodq; corpus continet atq; complectitur. Quod si finis erit ac terminus rei, figura quoq; ac forma locus esse uidebitur. materia nãq; magnitudinis forma præscribitur ac terminatur, & materiæ infinitæ incertæq; forma terminus ultimus existit. Rursum si uidebitur locus esse spatium magnitudinis intermedium, uidebitur locus materia esse. nãq; spatium siue intercapedo alia est ab ea magnitudine, quæ in se conicitur atq; reconditur, hoc est a re informata differt. Et erit quicquid a forma describitur ac definitur, tãquã a superficie ac termino descriptum ac definitum. Tale autem materia est. a' forma nãq; clauditur ac terminatur.

QVVM enim sublatus erit finis ac terminus.

Per hæc apparat constituitq;, quomodo locum materiam esse relinquetur. pila nãq; existẽte ubi finis passionesq; ipsius sublatæ erũt, nihil aliud quam materia relinquetur. Ex qua causa tãquam spatiũ distãtiaq; magnitudinis locus materia esse uidebitur. Ad ponit quoq; authoritatem Platonis, quum inquit Platonem materiæ lociq; eandem esse naturam eandemq; condicionem existimasse. Et rationi mehercle consonum est materiam locum ipsum Platonem dixisse, & locum sine hoc conceptaculum existimasse locum, sed tãquam in se formas recipiẽtem materiam ipsam appellasse locum. Ad hãc quoq; rationem illa multum suffragii affert, quomodo ipsam accipi sibi placet. Hoc autem in Timæo dicit & in aliis plerisq; locis, hoc est in decretis iis quæ agrapha uocãtur. Ibi enim participans hãc appellat μεταληπτικὸν, participantem autem materiam dicit, quod formam participat. Et participabile rursum ob hãc rationem forma dicetur tãquam quæ ab ipsa materia participetur. Is autem Platonis libellus de illis est, qui non extãt neq; reperiũtur. Ad hæc in Timæo quoq; materiã & receptaculum idem dicit esse, & denuo locum atq; conceptaculum idem esse pronũciauit. ex syllogismo quoq; colligetur sic. Materia, conceptaculum: conceptaculum, locus. materia ergo locus. Et iste quidem, quid esset locus, dicere tãtum modo est aggressus. Verum tamen quid sit locus an materia, an forma, cognoscere sane' perquam difficilis negotii est. Etenim nisi ad utrãq; partẽ disputatio suscipiatur, ut ipsum aliud quid esse & ab utrisq; & ab altero ipsorum separatim ostẽdamus, res habet subtilissimam considerationem neq; fa-

cilem ad cognoscẽdum. Fieri autem nullo pacto posse, ut utrũq; horum locus existat, ex syllogismo ostẽdit, quum in secũda figura iis uerbis arguit. Materia & forma a re non excludũtur neq; separãtur. non ergo materia & forma, locus est. Maiorem autem propositionem fulcit atq; corroborat, quum ait ex uicario successu coniectarum rerum ἐκ μεταστάσεως hãc esse manifestam. Quare concludẽs hæc uerba loquitur, neq; pars, uidelicet materia, neq; habitus, uidelicet forma, locus existit.

VIDETVR enim tale quid locus esse.

Locum à quaq; re esse separabilem ex uase quoq; licet cognoscere. separabile nãq; uas est ab eo, quod in ipsum coniicitur ac reconditur. Et hoc quidem non solum potestate, sed etiam re ipsa plærunq; efficitur, neq; locus rei ipsius quidpiam existit. Similitudinem autem locus cum uase gerit, quod definitio uasis est, ut sit trãslatilis locus. Quia igitur formæ quidẽ ac materiæ a natura datum non est, ut à re seiungãtur atq; separẽtur, ipsa nãq; res sunt, locus autem seiũgitur, quidpiam ipsorum locus non est. Sed iste duobus syllogismis huiusce rei rationem probare aggreditur, & formam quidem à loco distinguit hoc modo. Materiam uero, quod materia quidem recipitur & continetur, at locus ipse continet, & nõ continetur. Ipsum autẽ ens esse aliquid uidetur, & aliud quid ab eo in quo est. Atq; ex iis uerbis inueitur in Platonẽ. & qua de causa inquit non in loco ideæ sunt. nõ in loco numeri sunt, hoc est ideæ ipsæ nanq; Elæatica academia numeros ideas esse uolebat. Quare igitur hæc tãquàm entia non in loco sunt, si locus est participãs quid hoc est rei cuiuspiam receptãs μεθεκτικὸν ἤγουν μεταληπτικόν. Hoc nanq; participãs in Timæo quidẽ materiam celebrabat, alibi autem magnum & paruum. Et ille quidem actione defensionis uti posset asserens absq; materia ideas consistere, & ob hoc non esse in loco. Sed iste urgeret atq; instaret locũ aliud quid a materia ac forma fuisse compertum, & formam in loco existẽtem neq; in se ipsa neq; in materia futuram. Item rursum disputãdo cogit aliquid ipsorum non esse locum hoc modo. Si enim inquit locus est uel forma uel materia, in suo quæq; res loco sita esset; & quomodo deinde in alium locum ferretur sibi familiarem. Ita neq; motus neq; supernus neq; infernus locus esset ullus, siquid horum esset locus. Sed fieri non potest, ut ubi non sunt hæc ibi sit locus. Quod si in re ipsa locus est, res autem quælibet fertur in proprium locum; locus quippe in loco erit. nam cum re simul & forma & materia mutãtur. Præterea quum aqua ex aere gignitur, quia forma interit, interibit & locus. at quis interitus loci esse potest?

EX QVIBVS igitur necesse est.

Ex quibus esse quid locum et non esse necessarium sit, a'me inquit disputatũ fuit. Hucusq; quoniam esse in loco eo' refertur, ut de genere sit eorum, quæ in aliquo dicuntur: quot modis aliud in alio esse dicatur, decidendum est. Vno modo quidem, ut digitus in manu, & in toto pars. totum nanq; in loco est. pars autem tanq̃ indiuisilis non est in loco, sed in toto est. Secundo uice conuersa est ut species in genere. nanq; in animali quod genus est, homo qui species est, consistit. genus autem speciei est complectiuum. Sed & rursum genus in specie est, propterea quo'd quum speciem definimus, in hac genus ipsum collocamus. Et in totum formæ partem hoc est principẽ animæ rationem λογικὸν in eo quum dicimus, animal rationale, mortale, mentis & scientiæ capax. Hominis nanq; definitio est, ut homo sit, in quo speciei pars hoc est animal & rationale existit. Quomodo autẽ rationale uel animal hominis partem dicere conuenit, e' contrario enim potius? Vel ad hoc dicendum animal non hominis esse partem, absit: sed animal rationale, mortale, mentis & scientiæ capax. Hoc enim modo animal pars totius humanæ definitionis est. & nihil tunc dicitur uel ut pars in toto, uel ut totum in parte, sed ut genus in specie. Itemq; ut forma in materia, quomodo & bonam ualetudinem in calidis frigidisq; succis consistere dicimus tanquam in subiecto. Præterea tanquam in primo mouente, ut in rege res populorum suorum positæ sunt. Itemq; tanquam in bono. illud uero', causa cuius, & bonum & optimum existit, siue enim re uera bonum illud sit siue apparens, finis est. Horum autem omnium maxime' principalis modus, quo aliquid in aliquo esse dicimus, est tanquam in uase & generaliter in loco, de quo præsentem disputationem instituimus. Deinceps quærit, an quidpiam in seipso esse contingat, an non. Sed distinctio hæc apprime' necessaria est, quamlibet rem uel nullibi esse uel in alio esse & non in seipsa. Dupliciter autem quidpiam in se esse licet dicere, uel per se, uel per aliud dicitur nãq; aliquid & per aliud, sicut albus, quo'd ipsius superficies alba est. per aliquid igitur est, & per aliquid non est. Quomodo autem de toto & de partibus dicat, dubitatio est, non tamẽ hoc ita

positum

positum est, tãquam a' principio institutum * dicebat totum in partibus & non in parte. nunc autem dicit de genere & de specie, dicit & speciem in genere, & genus in specie & non in speciebus. Et dicendum est partem a' toto desciscere, & si non partes omnes in se complectitur, totũ non esse. ob hoc totum in partibus ab ipso dictũ fuisse. At in genere & specie, quia species totum quid genus existit neq; ex parte, si genus in specie dicatur, non repugnare rationi neq; inconueniens esse. Quare autem partem speciei dicit, ut animal, rationale, mortale, in speciei definitione, hoc est in tota definitione. & non est tanquam pars in toto, sed tanquam genus in specie. Vel nõ simpliciter animal pars definiti uel definitionis est, sed quantum ab uniuerso animali abscissum fuit, perinde ac siquis diceret non totum æs statuæ esse partem, sed illud tãtummodo quod in statua est. totum nãq; æs genus existit, & non materia. Atq; ex hoc loco habemus iam materiæ ac generis distinctionẽ. nãq; animal uniuersum atq; commune genus hominis est, animal uero', quod solus homo habet, materia ac pars hominis est. ipsa enim materia in re composita tãquam partis rationem subit.

QVVM enim partes totius extiterint, & illud, in quo, & quod in hoc.

Posteaquam dubitasset, an res ulla in seipsa esset, in his quæ per se & prima sunt, hoc non admittit in academiam suam. In his uero' quæ per aliud sunt, admittit, quoties partes totius extiterint, & illud, in quo hoc est uas. & quod in hoc, hoc est uinum. Et primo' quid sit per aliud primum, declarat. sicut uerbi gratia homo sciens dicitur ac peritus, & album in corpore, quo'd anima sciens rerum est, & huius dux & princeps ratio ipsa τὸ λογιστικὸν quæ per aliud primum non est. Et quia in superficie primo' album est, & sic in corpore. & in corpore est per aliud primũ, hoc est per superficiem. & in superficie, non per aliud primum. Ponit autem & exempla ad rationem suam declarandam, uas uinarium uino refertum hoc est amphoram. Tota quidem amphora est cum ipso uino simul, quæ duo quum alterum ab altero separatim stant, totius partes non existunt, simul uero' posita partes existunt. Quum igitur amphora cum uino est, & hoc aliquid totum est, illa autem partes, erit ipsa amphora in se ipsa. Sola amphora in se ipsa non erit. uinũ autem in se ipso. At uini amphora erit in se ipsa, quo'd primo in se ipso uinum est. utræq; partes enim & illud quod, & illud in quo, ipsius totius simul amphoræ & uini. Voces autem illæ, secundum hæc autem uocabula & appellationes, album scilicet corpus dici & homo sciens rerum. Cæterum appellationes secundum prima præcipuæ ac potissimæ existunt, hoc est superficies alba, & princeps animæ ratio perita ac rerum sciens. Secundum autem hæc prima illis quoq; secundis appellationes adueniunt. Aliter uero' fieri non potest, ut amphora, in se ipsa sit uel uinum uinum & amphora, & amphora, amphora & uinum. Et quum dicemus uinum in amphora, dixisse iudicaremur tanquam uinum in uino dicentes Amphora nãq; utraq;. sed recipit amphora uinum, non quatenus ipsa uinum sit, sed quatenus illud ab amphora capitur, non quatenus ipsum amphora, sed quatenus illa amphora est.

CAETERVM neq; per accidens contingit quidem.

Nequis forte' suspicaretur licere per accidens esse quidpiam in se ipso, hoc est amphora in se ipsa, quo'd uinum est, quod in amphora esse contigit, & amphora uinum dicitur, nam plærunq; solemus dicere aliquem potatorem totam amphoram uinum combibisse, hoc quoq; tollit & interimit. Nam siquis inquit hoc modo loquatur, in eodem duo corpora esse continget. erit nãq; natura amphoræ capax, hoc est amphora in amphora dicetur propter uinum, quod in ipsa est. erit & uinum in amphora. In una igitur & eadem amphora erit & amphora & uinũ, duo corpora quidem in uno quodam hoc est in amphora collocata, quod absurdum est, neq; fieri ullo modo potest. Non posse igitur in se ipso primo esse quidpiam, manifestum inquit est. Per aliud autem & non primo quidpiam in se ipso esse concedit. per uinum enim amphora in se ipsa est, quod uinum amphora dimensum in amphora est. Quod uero' Zeno in dubitationem uocabat, citra pulueris ictum solui potest, iis præsertim explicatis, quæ in aliquo esse significãtur. Quia enim septem modis aliquid in aliquo esse dicitur, si in loco non est locus sed in alio, in aliquo quidem erit, neq; impossibile consequetur. Dicebat nãq; ille, si locus est de entibus, & in loco alio ipse erit, illeq; in alio loco, & hoc abibit in infinitum. Idcirco hãc ambiguam Zenonis rationem diluens inquit nihil obstare, quominus primus locus in alio quidem sit, non in illo tamẽ tãquam in loco. Potest nãq; in aliquo alio locus esse, uel ut species in genere, uel ut genus in materia, uel ut in causa finali, in rebus finibus propriis circundandis, uel in quapiam alia diuisione eius quod in aliquo dicit' esse.

Sicut sanitas in calidis tãquam habitus consistit. calidũ in corpore, ut passio. Et ecce alius significatus eius, quod in aliquo, inuenitur, ut passio in corpore. quod ibi non commemorat extra illud tãtum ut forma in materia, hoc quoq; tamẽ in aliquo abusiue simul cum reliquis comprehenso. Illud autem clarum certumq; esse ait tãquàm corollarium in se ipso nihil esse, neq; rem in materia uel in ipsa forma tanq̃ in loco, per se ad reliqua duo distincto ad illud scilicet, quod per aliud primum est, & ad illud quod est per accidẽs. Esse quidem in se ipso quidpiam per se nullo modo recipit in scholam suam. aliquid uero per aliud primum esse concedẽdum est. Sicut amphora in se ipsa, ꝙ uinum est. amphora igitur uinum in amphora est. Illud uero' per accidẽs nullo pacto dandum propter hãc causam, quia duo corpora in eodem loco erunt, quod amphora per accidẽs est, id quod longe' discrepat. Quare autem non in eo, quod per aliud primũ est, hoc continget? Respondeo aliquid quidem per se & esse & dicier, quod uero' per aliud, non esse quidem, sed tamẽ dici. Nã albũ in superficie & est & dicitur, in corpore uero tãtummodo dicitur, ꝙ in superficie solum existit. Quod uero' per accidẽs sicut & quod per se, & est & dicitur, hoc est seruus domini, per se corporis autem, per accidens. Si inueniretur tamen hoc quidem primarium & antecedẽs, quod uero' in ipso proprie' accidẽs, tunc & ipsum diceretur, & non esset. sicut ædificat domum domificator, ædificat & musicum sed musicum non est domificatiuum οἰκοδομητικόν. Et nũc assimilat hoc æquiparatq; ei, quod per aliud primum, sequitur tamẽ, ut quod per accidẽs, corrumpi possit. Nanq; & in duobus substãtialibus plærunq; apparet, sicut in hoc loco & in amphora & in uino. & sicut Socrates & homo hoc aliquid facit, hoc est disputat. Propter hanc causam respuit abnuitq; per accidẽs in se quidpiam esse.

ACCIPIAMVS autem de ipso, quæcũq; uere' per se aduenire sibi uidentur.

Volens uenari definitionem loci modum eum sequitur, quem docuit in demonstratiua disciplina quærit scilicet, quæcunq; ipsius munia esse dicũtur. Quia igitur ex iis quæ rei ipsi per se ad sunt, illius definitio cõstituitur, & cõparatur quærit & hic etiã, quæcũq; per se loco aduenire celebrãtur. Quorum primũ est, illud amplecti continereq; locũ, cuius existit locus Secũdum, ipsius rei. quæ in se conijcitur, esse nihil. Tertium, ipsum locum neq; maiorem neq; minorem eo esse, quod in se est. Quartum, natura separabilem non esse locum; & per se aliquãdo absq; re in se reposita posse consistere. Quintum, quemlibet locum habere & sedem supernam & sedem infernam, & quodq; corpus suapte natura ferri in proprium locum, atq; in ipso conquiescere. Iis igitur rebus ita constitutis enitẽdum est atq; considerãdum quomodo loci explicatio afferri possit. Ita ex sua ipsius definitione & quæcũq; de ipso dubitãtur, aperta atq; testata relinquẽtur ac dissoluẽtur, & quæcũq; sibi uidẽtur aduenire, confirmabũtur. Itemq; causa obscuræ ac perdifficilis quæstionis, quæ de ipso est, & causa quæ ingenia hominum adduxit, ut alia atq; alia de ipso sentirẽt, dilucidabitur & aperietur. Ita enim quàm pulcherrime' unaquæq; res ostẽdetur. Ante omnia igitur illud considerãdum nobis uidetur, neq; mẽtionem neq; ullam de loco opinionem hominibus unquàm insedisse nisi secũdum locũ motus fuisset. Est nãq; ipsius motus una species delatio, alia auctio, & alia corruptio. Hæ nãq; secũdum locum motus existũt. ait enim in auctione & corruptione mutari ac moueri quidpiam. Et quod prius hic fuit, eo' mutatur. uel in maius & auctio efficitur. uel in minus, & corruptio efficitur. Hæ autem à latione distinguũtur, quod ibi quidem tota res mutatur, & quod hic est omnino integreq; eo' pertrãsit atq; commigrat, in hisce autem motibus plærunq; & latione suppressa ac deficiẽte partes mutãtur.

EST autem quod mouetur, hoc quidem per se actu.

Ex iis quæ mouẽtur, quædam per se mouẽtur, quædam autem per accidens. Et quod actu quidem per se mouetur, neq; diuidit, indiuiduum enim est, neq; peragitur. perspicuum enim est & non planum. Quod uero' per accidens, diuidit & peragitur. Et aliquod quidem inquit & moueri per se contingit, sicut partes animalis & clauum naui impactum. Etenim partes corporis interdum abscissæ & a toto ablatæ moueri per se ipsæ possunt. Similiterq; clauus naui affixus quum e' tabulis excussus in sui iura peruenerit, per se moueri poterit. Sicut albedo & scientia. hæc nanq; per accidens mouẽtur, quum ea in quibus ipsa sunt, mouẽtur. Per se autem seorsum nunquam constiterint, ut ab iis in quibus ipsa sunt, separatim moueãtur. Quoniam uero' in mundo tãquam in loco esse dicimur non per se & primario, sed quia in aere degimus, aer autem intra limina cæli concluditur & rursum in aere ob ultimos eius fines, ac terminos, qui corpus nostrum ambiunt atq; circundant

cundant

cundāt, & qui unicuiq; corpori æquos paresq; se præbent, qui ue neq; ampliores neq; angustiores rebus in se repositis existũt, qui & primus locus rei ipsi constituitur, idcirco in aere nos esse dicimus. Quũ ergo illud quod continet, non seiunctũ neq; separatum per se constiterit, hoc est cũ omnibus simul partibus cohæserit, & omne ita continuauerit, ut partes unũ efficiāt, non in loco, sed in toto esse diceretur. Neq; enim a loco circũscribũtur ac propriis terminis clauduntur. Vbi uero pars a toto auulsa fuerit ita ut attingat tamē, & in loco esse partes licebit. Propter hanc causam & mundum hunc uniuersum tanquàm continuum in se partes habere & non in loco dicimus.

QVOD neq; pars eius est, quod in ipso est.

Res in loco esse dicitur tum, quũ in ultimo extremoq; corporis ambiētis consistit. Illeq; primus locus neq; pars illius est, quod in se continet, neq; amplior uel capacior est, sed res in se repositæ atq; coniectæ æque quadrat & adaptatur. Vltima nanq; extremaq; confinia loci & rei in loco collocatæ contingũtur, & utraq; in eodē simul consistũt. Et pars quidem quũ continēs toti est, quanq̃ in toto est, non illo tamen, sed cum illo simul mouetur. Vbi uero abiuncta cesserit, atq; in loco & non in toto cōstiterit, in eo quidē loco mouetur. Et siue illud quod continet, mouetur sicut cadus aquæ plenus siue nō mouetur, hoc nihilominus efficitur. Non tñ totus cadus aquæ locus primus existit, sed ipsius concaua superficies interior loci primi nomen capit. Hoc enim modo locum ipsum neq; grādiorē re ipsa intus reposita neq; minorē esse dicebamus. Ideoq; immobilis locus primus existit, quanquam aliquis rei cuiuspiam capacior de loco in alium locum deportatur. Præterea istuc idem moliens atq; perficiens hæc uerba ait. Vbi non auulsum neq; abscissum quidpiam fuerit, tanq̃ pars in toto dicitur & nō in loco & motio partis cum toto existit. Vbi uero auulsum fuerit, in loco moueri dicitur ut aqua in cado. Ex hisce igitur quũ in animo habeat colligere definitionem loci, quod maxime probabile uidetur esse, primo constituit. Et quũ s̃m modũ uiamq; quæ indemōstrabilis per plura dicitur, quatuor res constituat, tribus detractis atq; sublatis unam necessario recipit & admittit. Aut enim inquit locus forma est, tanq̃ quæ materiam contineat: Vel materia, tanq̃ quæ formas rerum in se capiat. Vel spatium aliquod duorum extremorum intermedium, tanq̃ inane quid plenum. Vel quartũ terminus siue finis corporis ambientis atq; complectentis. id quod etiam deligit reliquis tribus sublatis. Videtur nanq; forma inquit, tanq̃ qui ambit res & aplectitur. uere quoq; & locus terminus est, & forma terminus, sed non eiusdem. sed forma quidem rei terminus est, locus uero corporis ambientis.

QVIA uero mutatur plerunq;.

Posteaquam dixisset rationem opinabilem ueriq; similem locum speciem ac formam esse, deinde locum non esse formam sustulisset, nunc uenit ad spatium atq; dimensionem. Et primo loquitur ex sensu suo, quia plærunq; illud mutatur, quod continetur, alioq; e loco abeunte it aliud intro ambiente permanente sicut ex uase aqua, idcirco spatium intermedium locum uideri esse, perinde ac præter rem e loco alio migrantem aliquid per se existat locus. Id autem nullo modo est. Et attende quæso tu, quemadmodum quum scopum sibi propositum habeat uacuum nullo pacto intromittere neq; approbare, ne locum quidē ipsum spatii naturam sapere διαστηματικὴν omnino uelit, ob hanc uidelicet rem, ne qua suspicio de uacuo incideret, esseq; ipsum appareret. Et non est nunc inquit. Et quo modo Aristoteles? quia ipsum spatium corporis est quod eo inci dit & ingreditur. Et quælibet res a natura habet, ut per extrema loci contingatur. Neq; quispiã te neat alcui rei ut tãgatur, attribuisse naturã, alicui non attribuisse. Quælibet enim res, quæ corpus est, tangi nascitur per ultima & per extrema, ubi & locus apparet esse. Quod uero intermediũ spatium esse quispiam indicat, spatium loci non est, corporis est. Quod si ipse locus spatium foret, atq; hoc corpore e loco abeunte permaneret, infiniti sine dubio & ipsi loci forēt. Quomodo istuc esset? quia quod totum effecisset, & spatium occupasset, illud & partes ipsius omnes effecissent, neq; in toto constitissent sed in loco, qui illi spatio dimensiuo congrueret & conueniret. Quia uero rei continuatæ partes infinitæ sunt, & loca infinita erunt. Sed quod potestate est, tanquam actu id accipiens hæc uerba protulit aliter uero nihil uirium habet argumentum. Tu autem admirabilem Simplicium comperies in hæc generose inuadentem. Et si partes, quæ locũ tanq̃ corpora obsident, uicissim abeunt subeuntq;, atq; in quodã alioloco suapte natura consistunt, loci locus erit. Etenim locus ipse partium est quæ totius existunt, illæq; quũ mouentur, mouebitur & totũ cum loco contento complexoq; ex alio ambiente atq; continente, sed in quo sunt. Abeunt enim cōceduntq; inde, ubi sunt, non inquo & ipsum totũ & partes gignitur.

MATERIA autem ipsa locus esse uideretur, si quis in re quiescente & non abiuncta separataq; sed continuata meditaretur.

Quemadmodũ locus immobilis existat & quiescens, posterius docebit. Mutari autẽ uidetur, quoties laxiorẽ ipsum acceperis hoc est uas uniuersum, & non solã ipsius concauã superficiẽ. Siquis ergo in quiescente loco animaduertat & non seiũcto secretoq; sed ei continẽti, qui in se est, huic nimirũ locus esse materia uidebitur. Vt enim materia non separata neq; ab ipsis rebus seiũcta & similiter constãs in albi modo naturã abit, modo in nigrũ uertitur & in asperũ & in lene. Sic & locus stabilis & cõstans modo rẽ hãc, modo rẽ illã in se recipit, præsertim siquis tantũmodo nõ separatũ ipsum accipiat, sed rei continẽtẽ. Obserua tamẽ, ut inter se distinguãtur. Nam in materia quod fuerat aer, genita aqua est. At in loco ubi aer ante erat, eo post iit intro aqua. Præterea syllogismo exstruit atq; constituit argumẽtũ Materia neq; à re separabilis est, neq; rẽ continet. Locus & separabilis a re, & continet rem. Ergo locus, non materia. Quũ ergo tria sustulisset, quartũ reliquũ esse dicit secũdũ hypotheticũ per plura indemõstrabilem κατὰ τὸν διὰ πλειόνων ἀναποδείκτων ὑποθετικόν. Est autẽ quartũ, quod restat, terminus extremus corporis circũdantis. Quod igitur illud continet & circũplectitur, cuius finis ac terminus locus est, an moueatur, necne, nõ quærit. Nanq; superius dixit, si autẽ mouetur, siue non mouetur, ad rẽ nihil interest. Corpus uero cõplexũ circũdatũq; fm delationẽ mobile ait esse tanq̃ quod eo loci possit incidere, indeq; rursum alio cõcedere. Tria illa superiora rursum resumit scopũ habens sibi propositũ circa spatiũ potius cõmorari & ipsius naturã oratione uelle persequi, perinde ac spatiũ ipsum & ad cognoscendũ & ad explicãdũ sit oppidoq̃ difficillimũ. Propter hasce res locus magnũ quid & perq̃ arduũ uidetur esse, de quo disputatio ulla institui queat, magisq; dimẽsus ac spatiũ huiuscemodi naturæ habetur. Ad quod quidẽ spatiũ constituẽdum & credendũ aer quoq; corpus simplex, incorporeus tamẽ apparens plurimum cõfert. Locum autem ipsum nõ extrema cõfinia & ultimos rerũ limites, sed spatium atq; interstitium uocat.

EST autem tanquam uas.

Cõparat confertq; inter se παραλλήλ uas & locũ, ut locũ a uase distingẽs rectã loci definitionem tradat. Ipsa igitur alterũ per alterũ describit designatq;. Et uas locũ trãsportatilẽ esse ait, locũ autẽ uas intrãsportatile. Videtur nãq; locus esse quoddã immobile. Quoniã autẽ naui in flumine locus est ultimus terminus aquæ circũdãtis, & aqua mouetur, ex quo & locus ipse moueri uidetur, ideo accuratius atq; solertius constituit orationẽ suã. Dicit enim magis nauigii locũ esse uel magis uniuersi fluminis locũ esse uelut immotũ alueũ fluuialẽ. Et quũ fluminis unda quædã mouetur siue iactatur, uelut nauigiũ in aqua, tanq̃ uase magis uti q̃ loco ipso circũdãte & ambiẽte. Vas nãq; locus trãsportatilis, est locus autẽ propriè immobilis. Flumẽ autẽ uniuersum fluuialẽ alueũ intelligit & ipsas superficies appositarũ riparũ. Et hac de causa inquit duas extremitates & mediũ uniuersi mũdi & limites extremos eorũ corporũ locũ esse, quæ in orbẽ agũtur. Proprieq; hũc quidẽ esse supernũ, illũ uerò infernũ rebus omnibus æquabiliter distributũ. Ratio est, quia terra quidẽ immota semper hæret, & circuli extremũ eodẽ modo se habẽs permanet. Extremũ uerò circuli intellige tu curuã superficiẽ aeris terræ concreti atq; circũfusi. Itemq; mediũ ipsum laxius atq; spatiosius locus infernus habendus est. Quod uero ad extremum est hoc est ad curuam cæli superficiem & ad ipsam laxiorem extremitatem, locum supernum appellare debemus. Locus enim inquit aliquam habere in se passionem recusat. sed uelut quoddam planum existit, & uasi consimilis in circundando.

PRAETEREA simul cum re utiq; & locus est. termini nanq; finesq; & locus simul existunt.

Quoniam simul cum ipsa re & locus utiq; est. & extrema rei circundantis & rei circundatæ simul existunt, & ratione quidem differunt, loco uerò non differunt, uelut in circulis cauum & curuum. Ob hanc rem uerbis suis causam ipsam accuratè pacificat atq; conciliat, quum dicit. Cuicunq; corpori aliud extrinsecus corpus assistit, quod ipsum complectitur atq; circundat, quia quod continet, extrema habet, illud profecto in loco est. Cuicunq; uerò nullum aliud extrinsecus corpus est, illud in loco non est. Quare inquit si aqua esset, quæ hoc uniuersum in se caperet ac contineret, & non quinta rerum natura, quemadmodum alibi censet, quia quod ipsam contineat, nihil aliud est, per partes quidem ipsa moueretur, secundum autem totum non moueretur.

Hæc

Hæc nanq; aliud ab alio continentur. totum autem & mouetur & immotum manet. Mouetur quidem per partes, per totum autem immotum stat. & supra quidem, & infra non. In orbem autem quædam eunt ac mouentur, hoc est partes, quæ quidem rarescunt, sursum, quæ conspissescunt, deorsum feruntur. Vt igitur motus in hisce est, sic & in loco esse. Quia esse in loco, hoc quidem dicitur secundum actum. illud uero secundum potentiam. Et quum aliquid in partibus undiq; sui cõsimile ὁμοιομερὲς continuatur, per potentiam in loco partes eius consistunt. Diuisæ nanq; abiũctæq; in loco esse possunt. nunc autem in toto sunt. Vbi uero auulsæ separatæq; partes constiterint, tangunt autem alia aliam uelut tritici aceruus, in loco sunt secundum actum. Et hoc quidem per se in loco. illud autem per partes. Sicut illud per se, quicquid directè portatile est uel per lationem & incrementum & decrementum. At mundus quidem per se uniuersus nullibi est, neq; in loco. Neq; enim quicquàm extimum est, quod ipsum mundum circundet extrinsecus atq; complectatur. Vt autem mouetur non per se sed per partes, sic & locum occupat per partes tantum. Partes etenim alia alii implexæ inhærent, & illius extrema fiunt, perinde ac si locus altera alterius esset, delato tamen corpore secundum accidens & secundum potentiam.

HOC autem uniuersum in loco non est.

Hoc uniuersum solum in loco non est, reliqua autem in loco sunt. Quia enim illud quod locum obsidet, aliquid est, itemq; aliud quid esse oportet locum præter illud, quod complectitur, & in quo res ipsa est. Nihil autem est extra mundum uniuersum, & mundus est hæc uniuersa rerum natura. Idcirco reliqua cuncta in mundo sunt tanquàm in loco. Et terra quidem aqua circumcluditur, uel potius aquæ finibus extremis. Aqua uero in extremis aeris terminis. Aer autem ætheris extremo clauditur. Aether deinde in mundo. Est autem mundus laxior sedes & locus ipsius & reliquorum corporum. aliter autem concaua ipsius superficies in se res cunctas complexa, quam appellat extremum, & quod alterum corpus mobile in orbem contingit, & terminum supremum quiescentem. Locus nanq; primus hunc a natura situm accepit, quod corporis ambientis extremum est & conquiescens. Loco igitur sic constituto ipsum scilicet ambientis terminum primum & extremum esse, & qui cum extremo rei contentæ in unam conuenit naturam, omnes dubitationes soluuntur. Etenim neq; locum augescere erit necesse. qui enim id fiet? quia non est spatium neq; interstitium, sed est extremum corporis & ultimum. Qui enim extremum indiuiduum auctabitur? Neq; puncti locum esse oportebit. Si enim neq; spatium est per hoc re in intermedium coniecta, quomodo locum puncti esse necesse erit. Sed ne duo quidem corpora in eodem loco constabunt. hoc nanq; factum foret, si interstitium uel spatium locus extitisset. Verum enimuero neq; corporale spatium existit. Et Zenonis dictum, si locus aliqua de rebus est, ipsum alicubi & in loco esse, necessariam uim nullam habebit. Est enim in aliquo, quod ipse impropriè alicubi dicit. Quum enim in aliquo esse multis modis dicatur, esse in loco præcipuè ac principaliter alicubi sorte datum accepit. Tamen & locum ipsum sicubi esse diceremus, non ut in loco, sed ut extremum terminum in re terminata esse diceremus. Hoc autẽ illud est, quod ambit & continet. Neq; enim quælibet res in loco est. Sed omne corpus mobile in suum quodq; locum fertur, ac meritò. Quod enim deinceps ordineq; aliud post aliud in mundo subsequitur, cognatione familiaritateq; coniunctum inhæret. tactuq; se ad illud solum applicat amore ac non per uim. Et quum simul coaluerunt, adeo ut ex his uniuersum quoddã corpus consurrexerit aliud ab alio nihil patiuntur, ut puta duo ad unum impatibilia. Quæ uero se tangunt non natura coalescentia, ea agunt inter se ac uicissim patiuntur.

ET IN suo quæq; res loco manet ac conquiescit, non sine causa.

Dixit non temere neq; sine prouidẽtia naturæ in suum quodq; locũ ferri, tãquàm quod deinceps atq; ex ordine sit amore & cognatione ac nõ per uim, tãgantq; se mũdana corpora aliud aliud amore quodãinter se copulata. Hoc est aer igni deinceps proximus ipsum tãgit nõ per uim, quod sibi cognatus & affinis existit. Ex quo & ꝓperat ferturq; festinatione ipsum assequẽdi, ut in unam cum eo naturam coalescẽdo descẽdat, Qui quidem aer usq; dum tãgit ignem, patitur agẽte igni. Patitur nãq; secũdum humidum quoad ipsum siccescat atq; unam cum igni naturã subeat. Nunc dicit non sine causa in suo quãq; rem loco remanere ac conquiescere. Etenim uerbi gratia ignis est & aer. Et quoties aer cũ igni coalescit, tãquam pars in toto est, & in eo toto permanet & non

in alio loco. Quoties uero est tanq̃ diuidua pars, pars ignis aer existit, hoc est tãquã materia totius ignis, & tũc in igni est tanquam in loco. Vt enim in partibus aquæ & aeris, aquæ pars interdum mota aer gignitur, interdũ pars aeris in aquæ abit naturã. Sic & uniuersus aer ad uniuersam aquam apposite segerit. Est nãq; aqua potestate aer, sed tanq̃ materia ad generationem. Est & aer potestate aqua, sed uelut formata res ad interitum sui præcipitãs & in materialem constitutionem. Hæc quidem ob urgẽtem locũ obscure dicta, in eo uolumine, quod de generatione & de corruptione est, accuratius explicabũtur. Ergo si res eadẽ materia & entelechia est. est enim & aer & aqua, aqua, sed is quidem potestate, hæc uero entelechia, habebit geretq; se aqua erga aerem ut pars & materia erga totum. Propter hãc causam his, usq; dum per se conseruãtur, tactus presto est, coalescere uero in una natura σύμφυσις utraq; sortiẽtur tum, quũ ambo actu unum efficiẽtur. Atq; hæc de loco dicta sint. De uacuo deinde dicẽdum est. Hoc nãq; ad utrãq; partem plura argumẽta habet, uel esse, uel non esse. id quod ex iis potissimum, quæ de ipso physici existimãt, intelligi potest. Sed in quæstione de loco paululum adhuc insistere æquũ uidetur. Qui enim esse potest, ut quũ talem naturã locus habeat, hoc est quũ ultimus terminus solus & superficies extrema sit, tria spatia tergeminas'ue dimẽsiones nanciscatur? & aliud quãtum præter superficiem existat, huiusq; partes ex hisce sint, quæ situm habeãt? Atqui perinde ac rei continẽtis superficies tãtum existit, & longitudinem & latitudinem habebit altitudinem uero siue profunditatẽ qui habebit? Vel huic loco forte occurrẽdũ quia corpus trinas dimẽsiones gerit, sectoq; ipso in partes dicit in prædicamẽtis & ipsum locum secari ac diuidi, hac de causa altitudinem quoq; ipsam habere locum asserẽdum est. Nam qui locus ante fuerat hoc modo secto diuisoq; corpore in partes plures, in aliam postmodũ euasit naturam. Speciem tamẽ suspicionemq; tãtum affert locus ipse, se per altitudinẽ secari, & non primario per se, sed propter corpus dissectum localem quoq; subsequi dissectionem nõ per totum secũdum profunditatem, se per extreme & per partes altitudinis ipsius, sicut & omnis erat. Diuiditur nanq; id quod continet, non in aliud atq; in aliud extremum, sed per aliud ac per aliud extremum diuiditur & dissecatur.

VIDETVR autem plenum quidem esse tum, quum molis quidpiam in se habet.

Videtur autẽ huiuscemodi uacuum uel inane esse plenum tum, quum in se corpus habet, cuius capax ac recipiens est. Quum uero hoc priuatum fuerit, inane esse, ut locus & uacuũ uniusmodi naturæ sint. Nam uidetur locum uacuum esse corpore repletum, ipsorum tamen rationem differre quidpiam. Operæ autem pretium est nos huiusce considerationis initium facere cognoscẽtes primum utrisq; sectæ rationes atq; disputationes, & eorum, qui uacuum esse prorsus defendunt, & eorum rursus, qui uacuum esse omnino negãt. Tertio uidẽdum est, quæ communes de ipso opiniones hominum extiterunt. Primum igitur ii, qui uacuum non esse conantur defendere ac demonstrare, non coarguunt quod uacuum intelligunt. Sed disputantes in errore uersantur. Quidã enim homines fuerunt, qui quum ens omne corpus esse crassum ac sensibile iudicarent, quia postea aerem ipsum subtilisq; substãtiæ & quæ nihil corporeũ, quod bene sub sensum caderet, in se haberet. ipsum aerem uacuum esse suspicabãtur. Illud nãq; uacuũ & inane appellãt, in quo nulla res existit. In aere igitur quũ corpus nullum esse cernerẽt, neq; molẽ corpoream aeriæ naturæ ullam inesse, uacuũ ipsum dicebãt. Hoc itaq; dicebãt magno errore impliciti. Aer nanq; & ipse simplex corpus existit, sicut & reliqua tria simplicia corpora. nactus autẽ aer est huiuscemodi contrarietates, quæ non ita sub sensum cadunt, sicut cætera rerũ elemẽta, quemadmodũ & supra memorauit. Hunc itaq; aerem coarguẽtes contortis compressisq; utribus Anaxagoras & qui ex ipsius schola profecti sunt, aerem esse quidpiam ostendebant. Similiq; ratione & in ipsis clepsydris disserebant. nanquæ intra uas cõtritum atq; perfricatũ inclusus aer humori exeunti in itinere se opponebat, perinde ac & aer ipse aliquid rerum existeret. Ii quidẽ hoc modo loquebãtur. Homines uero uacuũ esse illud uolunt, quod spatiũ interiacet intermedium, cuiusmodi & ipsum locũ existimari superius disputauit. Oportebat igitur, hoc ipsi arguerẽt atq; confutarẽt, non esse scilicet in uniuerso spatiũ ullũ corpore uacuũ ac desertum uel si quidpiã corporis continuati extra mundũ reperitur, & non ostendere aliquã rerum naturam esse aerem. Vacuum autem tale esse qui ex Democriti Leucippiq; familia erat, asserebant, & intra mũdi ianuas in corporibus rerum inesse, & extra mundum ipsum aliud uacuum natura alia longe à corporibus diuersa, actuq; separatum & non cum rebus ipsis continuatum.

II IGITVR non in uestibulo neq; directe' κατὰ θύρας huic quæstioni obuii prodeunt.

Tales homines inquit, qui aliquam rerum naturam esse aerem ostēdunt, non recta' adeūt ad quæstionem, quod in adagii modum dicit κατὰ θύρας in uestibulo. Sed ii potius, qui uacuum esse cōtendunt, rectius negotium aggrediuntur & argumētantur. Et principaliter quidem argumēta sumunt a motu eorum, quæ per locum mouētur, qui motus delatio est, & qui fit per incrementum. Qui uero motus fit per interitum ac decremētum, nullum usum sibi præstat ad arguēdum. Oratio igitur horum talis. Nisi uacuum esset, quo modo motus per locum efficeretur. Etenim præpediretur a præeunte corpore, atq; omnia ccessu prohiberetur. Quod enim plenum esset, aliud sane corpus non reciperet. Sin reciperet, duo ac plæraq; corpora in eodem loco consisterent. Quam enim dissona ratio esset neq; conueniens duo recipere corpora, plura autem non recipere. Præterea inquit quod augescit, si nullum erit uacuum, augescere non ualebit. Quod si hoc, & exigua res recipiet in se maximam, non totam simul, sed in parte. pleraq; enim parua magnum existunt. Ita si plæraq; æqualia capiet, & plæraq; in æqualia. Melissus igitur inquit ob hanc causam motum tollebat. Si enim Melissus dicebat, quid mouebitur, uacuum sit necesse est. Atqui uacuum nō est. Non ergo motus est. Vno igitur modo esse uacuum sic ostendit. Alio autem sic. quædam res in se subsidere & constipari uidentur. Quo modo autem id eueniret, nisi uacuum insertum atq; disseminatū rebus foret. Quod uero' de uino ac de utribus refertur ad hoc etiam multum ualet. Ii quidem utres simul accipiunt, qui in se uinum habēt. Alii autem non hoc modo rem intelligunt, sed iniecto infusoq; uino in dolium, separatim ingeri & ipsos utres. Alio modo dari uacuum loquuntur, auctionem scilicet animātium effici per cibum, cibum autem, qui corpus est non uacuum, per corpus refertum repletumq; permeare. Huiusce quoq; rei testimonium constituunt illud, quod de cinere proditur. Atq; ex hisce uacuum prorsus intromittunt.

VACVVM autem esse pythagorici quoq; dixerunt.

Extra mundum uacuum inaneq; infinitum esse Pythagorici posuerunt, atq; hoc a mundo tāquam uno spiritus attractu ex illa extima immensa inanitate haustum fuisse. In mundo quoq; ea gratia uacuum constituerunt, ut quid omnino esset, quod naturas rerum diuideret ac discriminaret. ne forte rationale cum irrationali & mortale cum immortali confunderentur, & in unam coalescerent naturam. Et in numeris primum uacuum ipsum constituunt, per quod numeri alius ab alio disgregātur ac separātur, ut unū & duo & tres existāt & non tria simul. Si uacuū inquiūt non dirimet ipsorum naturas & unū quidē per se ipsum fecisset, duo autē rursus per se, procul dubio numeri oēs deinceps in unā cōfusi forēt naturā. Et hæc quidē ab iis dicūtur, qui uacuū esse, & q uacuū nō esse arbitrabātur. Vt cunq; autē rē esse cōtingit, accipiēdū prius inquit esse, hoc nomē uacui quid sibi uelit. Videtur autē uacuum locus esse, in quo nihil sit repositū. Causam uero' ob quā dicitur, in quo nullum corpus sit repositum, hæc est; quia ens corpus esse omnes æstimant. Corpus autem omne necessario in loco est. Vacuum autem, in quo corpus nullum. Quare quia omne ens corpus asserebant, nullum esse locū indicabant, ubi corpus aliquod non esset. Corpus uero' omne ad sensum tractabile arbitrantur. tractabile uero' esse, si grauitatem habeat uel leuitatem. Accidit igitur, ut ex hoc sermone uacuum illud esse colligatur, in quo sit nullū graue uel nullum leue. Dicebant enim, in quo res nulla est. Et ex eorum oratione, quum dicerent omne ens corpus, colligebatur uacuum illud esse, in quo nullum corpus existit. Tractabile autem corpus omne uolebant esse, hoc autem uel graue uel leue. Ita uacuum esse illud, in quo nullum leue sit uel nullum graue corpus. Atqui punctum quoq; ipsum tale esse reperitur. Quia igitur definitio hæc. puncto quoq; competit & apte' quadrat, uacuum quippe erit & pūctum. Sed absurdum est, quia uacuum uelut locus aliquis existat, necesse est. Hoc igitur modo illi disputant. & uno quidem modo asserere uidentur uacuum illud esse, quod uacat corpore sensibili secūdum tactum. Quod uero sensibile percipi tactu potest, habet uel grauitatem uel leuitatem.

OB IDq; quispiam dubitaret.

Dubitationē proponit ad eos uexādos & insectandos, qui illud spatiū, in quo corpus nullum graue uel nullū leue est, uacuū esse cēsent. Quod si inquit spatiū illud colorē habet uel sonitum, non uacuū ibi corpus erit, quod colorē habet uel sonitū. Sed illud certe' de sentētia istorū uacuū dicetur. Si accipiet, hoc est si natum est ad accipiendū corpus ullū tractabile, quod habet uel grauitatē uel leuitatē, quod autē non habet, uacuū quippe erit, si habet, nō erit, Alio rursus modo uacuum

intromittunt & amplexantur. illud scilicet dicentes esse, inquo non hoc aliquid est neq; substãtia quædam corporalis. Et in superiori sermone collectum conclusumq; est uacuum esse illud, in quo res nulla sit. Et quia omne ens corpus esse iudicabant, concludebatur in quo corpus nullum esset, uacuum illud esse. Quod libet uero corpus ad tactum manifestum reuocabant, & corpus tractabile dicitur secũdum leuitatem & grauitatem. Et ad extremum conclusum fuit, in quo nihil esset neq; graue neq; leue. At in hoc secundo, in quo nõ hoc aliqd est neq; substãtia ulla corporea. Hoc igitur cum illius pertractatione concurrit & conuenit, uti dixit. ratione uero non conuenit neq; concordat. Quomodo enim hæc utraq; uacua dicentur, unum, in quo res nulla est, alterum, in quo non hoc aliquid est, neq; substantia ulla corporalis? Hoc nanq; secũdum collatione primi rem ipsam magis ad sensum uocat. Ibi nanq; proferebat ens. hic autem hoc aliquid τόδ' έτι & corporea substantia. In illoq; punctum introferebatur. hic autem materia introfertur. At peruersa res est rationiq; ualde repugnans ipsam quoq; materiam uacuum dicere. Materia nanq; non separabilis est. at uacuum, separabile spatium uolunt esse & uelut locum quendam interstitialem ac dimensiuum τόπον διαστηματικόν. Locus autem quomodo est, & quomodo non est, fuit disputatum. Quia igitur locus spatium esse uidebatur, ob hanc causam & uacuum esse, dicebant. Et sicut ibi disputabant, si locus non esset, neq; motum futurum, sic & in hoc loco, si non est uacuum, non esse motum. Hoc autem minime est necessarium, quemadmodum dicet atq; demonstrabit.

IN VNIVERSVM igitur.

Qui astruunt uacuum, ipsumq; omnino esse laborant propter motum ex hoc instituunt disputationem suam. Si uacuum non est, motus nullus futurus est. præpeditus enim fuisset motus. Atqui motus est. ergo uacuum. per conuersionem cum oppositione. Et qui de natura motum tollebant sicut Melissus & familia sua, propter uacuum tollebant. Ita si motus est, uacuum erit. Atqui uacuum non est. motus ergo non est. Et propter hoc per conuersionem cũ oppositione procedit argumentũ. Illud tñ argumẽtũ ex negatione in affirmationẽ desinebat, hoc aũt ex affirmatione i negationẽ cadit. At Philosophus ipsorũ rationes interimit atq; cõfodit. Et in uniuersum inquit cuiuslibet motus præpeditiuum plenum non est, sicut ipsi arbitrantur. Neq; motus uacuum ipsum erit constitutiuum. Ratio est, quia ipsum plenum alterari contingit. Ob idq; latuisse inquit Melissum, qui motum tollebat ex eo, quod uacui nihil esset. Est nanq; nullo uacuo existente motum esse alterationem. Præterea in motu quoq; secundum locum contingit ut corpora ipsa loca ineant exeantq; uicissim nullo etiam uacuo dimẽsiuo per se posito absq; huiuscemodi spatio corporali. Atq; id in uorticibus turbinibusq; rerum continuatarum facile declaratur, & in aquis præterlabentibus id etiam manifesto apparet. Etenim aquæ partes inter se subeunt abeuntq;, & successus unius discessum alterius statim inuadit, sic, ut nihil uacui intercipiatur. Etiá conspissescere corpora possunt, sed non propter uacui merita, sed quia aer in illis raritatibus impactus & inclusus, quum corpora in se considũt & constipantur, elisus exilit & exprimitur ἐκ πυρηνίζεται. Sumptum autem uerbum est à nucleis, qui officula sunt oliuarum. Et rursum rationem de augmento pertractat, non contingere uidelicet quidpiam augescere, nisi ingrediente cibo. At cibus in uacuis collocabitur, nisi forte corpus corpora permeauerit. Hanc itaq; rationẽ confutat sic, non omnia augescere aliquo ingrediente, sed & alteratione augescere. sicut ex aqua aer gignere tur. & locum omnem aer occupat ampliorem, quam aqua illa. In summa autem de hoc ratio & de cinere ratio utraq; se ipsa implicat. Quia enim aqua in cinerem ingrediente cinis in maiorem molẽ non extuberat nec extumescit, uel uidelicet quidpiam non augescit, uel non corpus. Quia cinis non augetur. uel corpore, q ipsa in aqua non augetur uel corpus per corpus penetrãdo permeabit propterea q cinis & aqua in eodem loco consistũt. Communẽ itaq; dubitationem dissoluẽdam censent. neq; ex hoc loco in rerum naturam uacuum introducunt. Necesse enim est omne corpus esse uacuum neq; ob id non esse cinerem, si res omnes non augentur.

SI ENIM cuiusq; corporis simplicis latio quædam existit.

Qui uacuum sua oratione constituũt, hoc consilio constituũt, ut ipsum non solum causam sed effectricem motus causam esse pro certo affirmẽt. Quod si non per accidens, quemadmodum nos ipsi dicimus, tanquam quod præeat neque motum rerum remoretur, sed per se causa utique efficiens existat. sicut uerbigratia mouendorum corporum uim habeat, hoc etiam modo plura contra ius ac rationem rerum loquuti essent. Ita Philosophus perinde ac si illi sic dicerẽt,

contra

contra ipsos disputationem aggreditur. Verbi gratia si cuiusq; corporis simplicis latio quæ dam naturalis existit, quomodo corpora hæc simplicia a uacuo mouebũtur? Suo enim ipsa interiore motu, & non extrinsecus ab ipso mouentur. Ergo si in motu secundum locum uacuum maxime causa uidetur esse, & non est, neq; in reliquo genere motuum causa erit. Præterea siqua res uacuum omnino est, uelut locus corpore omni carens & spatium quoddam uacantis naturæ, corpus in ipso repositũ & constitutum in quem locum deferetur? Vndiq; enim sui con simile est, neque superiorem neq; inferiorem habet locum. Neq; enim in quamlibet partem feretur. hoc itidem & in ipso loco dicendum est, ideo ꝙ uacuum locum faciũt ii, qui uacuum esse aiũt. Ergo qui in hisce utrisq; corpus feretur? Et qualem superiorem, qualemue inferiorẽ locum habebunt, ad hoc scilicet, ut corpus quod mouetur secundum naturam, ferri queat? Nanq; supra & infra corporis spatia atq; interstitia sunt. Vel non feretur corpus, sed firmiter manebit. Et quomodo manebit, & in ipso consistet? Totius enim partes corporis neq; alia ab alia neq; a toto suo auulsæ in eo spatio atq; in illo loco consistent. Sed hoc nullo pacto contingit, quum totum quid alicubi constituatur, partes cum toto suo cohærentes ut in loco sint, sed in toto. Item quia supra demõstratum fuit locum non esse, ideo neque uacuum futurum erit. Hinc aculeos dirigens orationis suæ in Melissum inquit longe secus rẽ casuram, quàm ab illo dicebatur. Ille nanq; aiebat, nisi uacuum foret, motum non futurum. Iste autem disputat, si uacuum erit, motum non futurum. Vt enim inquit qui causam afferre student, quare terra ipsa immota stat in medio mundo, quum dicũt hoc ideo esse, ꝙ ab omni parte consimilis est atq; conformis, aliquid dicere sibi uidẽtur, cui orationi tamen non manifeste applaudit nec assentitur, sicut in uolumine de cœlo declarabit. Sic & in uacuo omne conquiescat, necesse est. Vt enim uacuum supra & infra differentias non habebit, ad quas imposita corpora ferri festinabũt. Quum uero motus secundum naturam nullus fuerit, neq; erit motus ullus contra naturam neq; uiolentus. Ita fieri, ut dato uacuo omnis motus de rerum natura tollatur. Nanq; motus inquit contra naturam posterior eo est, qui est secundum naturam.

VERVM enim uero natura quidem quomodo erit.

Sublato inquit motu tolletur & motus contra naturam. At uero quomodo erit natura motus, quum differentia nulla futura erit secundum uacuum & secũdum infinitũ? nanq; uacuũ ipsum infinitum dicebât. In infinito autem magis apparet supra & infra loci differentias non extare. Quin & quatenus infinitum, neq; supra habebit neq; infra. Et quatenus uacuum, superior locus non differet ab inferiori. Ratio est, quia uacuũ priuatio quædam uidetur esse, & non ens huiusce naturæ est. Sicut igitur in non ente discrimen nullum inuenitur, sic neq; in ipso uacuo. Ex syllogismo náque ratio procedit. Nam cum non ente uacuum cognatam habet naturam, tanquam & ipsum priuatio existat. Et loquitur sic, uacuum, non ens tãquam priuatio, non entis differentiæ nullæ extãt, uacui igitur differẽtiæ nullæ erũt secũdum aliquem locum. Deinde ponit hypotheticum disiunctiuæ coniunctionis. Aut enim inquit latio natura non est, aut est. & si est, uacuum non erit. Itemq; ex hoc ostẽdit, quemadmodum si uacuũ est, magis non sit motus futurus. Quæ res ex iis quoq;, quæ manu iaculamur, facile cognoscitur. Quid enim est, cur res uibratæ uel coniectæ per longum aeris tractum sublimes ferũtur, neque statim nutu ac motu suo naturali deorsum cadũt? Neq; enim lapidem coniectum siue compulsum, uis ea contingit, quæ ipsum mittit, secumq; graditur propellẽs in sublime. Vel hoc igitur ob eam causam est, ꝙ aer circũfluit atq; circũsistit. Vel quia res proiecta compulsaq; celeriorem habet motum ad aerem impellendum, quam sit suus ipsius motus naturalis. In uacuo igitur nihil horũ existet. Quid enim erit, quod in ambitum circũstet atq; reciprocet nulla re in ipso cõsistente? Et quemnam effectum alia differẽtia præstabit. neque enim tãquam uehẽdo ferri quicquã licebit. At in quonam uacuo existẽte uehetur illud, quod feretur? Præterea in hoc loco causam afferre in promptu est, quare res coniectæ teliq; modo emi nus concitatæ à motu conquiescãt. Quoties scilicet oblãguescit, neq; amplius uirium habet quicquam uirtus ea, quæ aerem impellebat, sed reddita minor est rei latione, quæ in suum ipsius locum naturalem inclinat. At in uacuo quæ erit causa, cur res mota alicubi maneat atq; cõsistat? Quare uel subito conquiescet, uel necessario infinite feretur, quicquid per uacuum feretur. Nam in uacuo nihil erit, quod rei motæ cursum retardet uel moretur. Vnde in quamlibet partem feretur, quicquid feretur.

VIDEMVS enim idem pondus corpusq; celerius ferri duabus de causis.

Duabus de causis citius fertur, quicquid mouetur. una, si ipsum, quod fertur, simile est, ea uero per quod fertur, nihil differant uelut hæc quidem aqua, illud uero aer. Altera, si idem erit illud, per quod feruntur, quanuis ea differat, quæ ferũtur, hoc est hoc quidem est æs, illud uero plumbũ Præsertim si alia eadem accesserint, ut puta si unum non fuerit globosæ figuræ, alterum uero latæ. sed cuiusmodi unũ, tale & alterum. Et prius loquitur de eodem, quod fertur, de iis uero, per quæ non differẽtibus. Esto igitur, quod fertur, uerbi gratia pila. id uero, per quod fertur, aqua & aer, & aqua quidem est b, aer autem esto d. Feretur, certe a. pila per b. aquam, ubi g. tempus con stiterit, per d. autem aerem, qui tenuis subtilisq; naturæ est ad b. aquam, minori tempore eo uidelicet quod per e. significatur, si longitudo tractus aeris & tractus aquæ par extiterit, neq; alter ipsorum excedet alterum. Secundum itaq; proportionem corporis impediẽtis, siue aer siue aqua fuerit, tempora quoq; quibus per ipsa pila percurrit, alterum alteri ex proportione respondebũt. Neq; enim in æquali tempore ipsa mouebitur & in aere & in aqua. Quare si aer dupliciter subtile corpus ad aquam est, duplex quoq; g. tempus erit ad ipsum e. tempus. Quod si per proportionem epitritõ uel epitetarton græce appellatam uel quampiam aliam conuenientem rationem, & ipsa quoq; tempora ex eorum proportione labentur. Ita erit in numero conueniẽtia quædam temporis ad tempus ob differẽtias eorũ spatiorum, per quæ fertur, quicquid fertur. At conueniẽtia nulla inesse reperietur, si res eadem & in uacuo & in pleno feretur. Quemadmodum enim nihil ad numerum differẽtiam nullam habet, ita & res, quæ fertur per uacuũ nũc, ad tempus, quo fertur per aerem, neq; differẽtiam neq; momentum habebit ullum. Nanq; numeri ad numerum differẽtia est, & lineæ ad lineam non ad punctum, itemq; temporis ad tempus, non ad nũc, Extrema nanq;, hoc quidem lineæ, illud uero, temporis. Quod enim excedit ac supereminet, diuiditur ac dispertitur in illud quod exceditur ac superatur, & in illud, quo superat atq; excedit aliud. Hoc est d. ad g. & a: & g. ad b: & b. ad g. d. autem ad nihil nullum habebit momẽtum neq; proportionem.

QVOD si per tenuissimum.

Quod si per tenuissimum aerem per tantum scilicet spatiũ longitudinis res ipsa fertur. Sint enim omnes magnitudines æquales, per quas quicquid fertur, tãto temporis spatio perfertur hoc est e. per uacuum, totius proportionẽ excedit. Estoq; z. uacuũ, aquæ autem & aeri magnitudine par. Si igitur illud, quod fertur, conficit in uacuo transitũ suum, in aliquo tempore huiscemodi motus absoluetur, in minori prorsus quam e. tempus est. Nanq; tempus illud adscriptũ fuerat motioni corporis illius, quod per aerẽ ferebatur. Estoq;. e. tempus, quod per uacuũ peragitur. Et quẽadmodũ tempus hoc ex proportione quadã ad tempus e. minus ac breuius existit, Sic uacuum ad plenum affectum erit. At uero uacuum & plenum proportio nulla conciliat neq; coniungit, etiã si minimum existat. In tãto enim inquit tempore, in quanto per uacuũ trãsitum fecit illud, quod fertur hoc est in. i. tempore moueatur & quidpiam, quod in aliquo spatio pleno corpore perfertur hoc est in aere & moueatur d. t. Ergo d. t. plenum est, z. uero uacuum. Et quomodo e. tempus respicit ad i. tempus, sic d. t. plenum ad uniuersum d. Et motus, qui per hoc efficitur, respectet respondeatq; ad eum motum, qui per d. uniuersum efficitur. Ergo & sicut tempus ad tempus, sic magnitudo ad magnitudinem conuenienter affecta est, pariq; ratione motus ad motum. Si igitur in eodem spatio temporis dico in e. motum est illud, quod fertur, & per z. uacuũ uniuersum se transmisit, & per d. t. plenum sine ulla dubitatione inter uacuum uniuersum & plenũ d. t. conuenientia quædam intercedet. id quod nullo pacto potest. Nam numerum ad numerum proportionem habere dicimus, & lineam ad lineam, & tempus ad tempus, & plenum ad plenum. Vacuum uero ad plenum ut conueniẽtiam quandam habeat, fieri nullo modo potest. Atq; huiusce rei causam explicat, quia motus ad motum, & tempus ad tempus proportionem habet, uacuum uero ad plenũ non habet, sicut etiam nihil ad numerum.

SECVNDVM uero excessum earum rerum, quæ feruntur, hæc quoq; præcipiuntur.

Duo signa quum esse dixisset, quare per aliquod spatium tardius uel celerius magnitudines ferrẽtur: uel propter lationem eorum, quæ per aliquod: uel propter excessum latarum rerum, postea quam unum pertractasset, persequitur & secundum. Cernimus enim inquit, quæ maiorem ponderis

deris

deris inclinationem habet, æquale spatium citius pertransigere ac permeare, & quibus ingenita leuitas est, ea tardius eandem spatii mensuram conficere. hoc nanq; deest. si reliqua pari ratione se habeant. Factum nanq; natura est, ut duo globi sint, unus æreus, alter plumbeus æqualis ponderis, grauior autem necessario sit is, qui ex plumbo est, in orbicularem tamen figuram nō exactè formatus. Vel ut unus quidem materiæ rotundioris existat. alter autem in alteram figuram abeat ut puta triangularem grauiorꝫ autem atque ponderosior fit triangularis. Tunc enim plærunque fiet, ut citius deorsum feratur quod ponderosius extat, sed quod habet figuram rotūdiorē. Quod uero triāguli formam gerit, quanquam extat grauioris naturæ, tamen impedietur. At in uacuo & grauius pondus & leuius absq; ullo discrimine simul ferētur. Quam enim causam habebit illud quod fertur, quamobrem altero citius feratur? Vt uero huiusmodi sint in mūdo motus, esse nullo pacto potest. Quemodmodum igitur longe aliter accidat, quam per quæ hi laborāt, ut uacuum omnino esse uincāt, perspicuum esse arbitror. Et his, qui per se rem diligenter attēderint, hoc uacuum tantopere celebratum tanquam uere uacuum esse uidebitur. Vt enim siquis in aquam cubum coniecerit, tantum aquæ ad cubi ingressum descēsumq; alio se subtrahet atq; subducet ἐκ σύντου, quantū cubi spatium capit. Idem & in aere fieri credendum est, etiam si sensu non satis cōstet. In quolibet autem hoc etiam efficitur corporibus semper ex circunstantia subeuntibus, uel quibusdam sæpe in se considentibus & constipatis. Quod si in se non considunt neq; angustius recedunt, ingressibus rerum cedunt seq; subducunt uel ad inferiorem partem uel ad superiorem uel ad obliquam, prout eius corporis motus erit, quod illāc iter facit. Et in uacuo ad eundem modū res procedet. Sed id fieri non potest, q nullum corpus in uacuo inest. At per cubum fortasse cuipiam uidebitur spatium pertransisse ac permeasse, id quod & in uacuo antea erat. Perinde ac si aqua uel aer ad ingressum lignei cubi in latera nō secedat, sed aqua uel aer ab omni parte trāsitū per ipsum habeant At uero cubus tantum habet magnitudinis interuallum sui proprium ac peculiare, quantum sui forma exigit. Nihilominus tamen & aliud quoq; habet interuallum materiale ab his longe aliud ac diuersum.

ETIAM si separabile non est.

Quum uelit lignei cubi materiam sumere, ipsam per se se uerè quidem dicit, tanquam passiones ab ipso separabiles non existant. Nihilo certè minus immo quoq; multo magis, etiam si moles ligneì cubi a passionibus, quæ in ipsa sunt, non seiungatur. Esse tamen ac substantia ipsius molis a passionibus, quæ in ipsa insunt, longe differt. Quare si uerbo menteq; moles ipsa a passionibus separetur, moles ipsa æquale uacuum & æquale loci interstitium dimensiuum occupabit. Cubi ergo materia ab æquali uacuo ac loco qua re differet? Et si hæc duo inerunt, quare & non plura inesse poterūt? Sed hæc peruersa uitiosaq; sunt, & ligneū cubum capere plura interualla non possunt ad suum ipsius proprium ac peculiare, quod tanquam molem ac tanquam sui materiam habet. Præterea perspicuum est, quemadmodum sicut cætera corpora locū e loco mutātia μεθιστάμενα & suas quæq; magnitudines suaq; habent interualla atque dimensiones. Sic & cubus iste aliunde aliò tralatus spatiū atq; interuallum suum possidebit. Quare si spatium quod in ipso inest, nihil a loco differt, quæso quid causæ est, cur locū corporibus præter suam cuiusq; rei molem ac dimēsionem constituamus? atq; id præsertim, si moles ipsius rei omni passione caret. Neq; enim quicquā prodest, aliud circa ipsam æquale atq; huiuscemodi spatium existere, cuiusmodi nuper dicebamus uacui spatium uel loci res ipsas circūstare. Itemq; manifestum oportet esse, quale in iis rebus, quæ mouentur, uacuum uelint esse. Nūc autem nullibi intra mūdi ianuas uacuū residet. Quod si nihil uacui residet intra mundum, neq; extra mundū uacui quicquam residebit. Corpus nanq; aliquod aer est, quanquā natura eius rarescit, ita ut non esse corpus uideatur. Aqua etiam ipsa non esse corpus uideretur, si genera piscium ex ferro essent. Statimq; non absque numero temporis in altum pisces demergerentur. Quantū enim ex tactu est, neq; ipsa quidem aqua corpus tā crassum uidetur esse. neq; in aere huiuscemodi amplius existit.

SVNT autem quidam, qui per rarum ac densum.

Per rarum quoq; ac densum uacuū omnino esse tentat efficere quorūdam sententia. Si enim inquit neq; rarū est neq; densum in natura rerum, siue coarctari in se comprimiq; res ipsæ possunt, siue cogi in se uel constipari res ipsæ non possunt, ex quatuor omnino unū consequetur. Vel non erit motus, uel fluctuabit uniuersum ex eo, q aer ex aqua gignitur locū occupans ampliorem, sicut & Xuthus dixit. Vel si ex aqua gignitur aer, tantundem aquæ ex altero tanto aere gignatur

aliunde necesse est. uel uacuum esse ratio coget. At uero & motus erit, neq; fluctuabit uniuersum. Neq; extemplo elementa aliud in aliud mutabuntur. Ita hoc quartum uacuũ scilicet, de quo agitur necessario erit propter hanc causam uidelicet, quoniam conspissatio constipatioq; rerum est συμπίλωσις, ut uidemus. Aliter autem res in se considere & constipari non contingit. Hinc cogere iam urgereq; aduersarium incipit, quum ita ait. Si rarum illud uocant, quod per mediam corporis substantiam plæraq; uacua inserta atque dispersa habet, perspicuum quippe est, si uacuũ huiuscemodi locũq; aliquem separatum esse non contingit, ne rarum quidem hoc modo esse posse cõtingere. Quod si non separabile rarum dant ab ipsis rebus, sed tamen rarum aliquod corporibus inesse concedunt, hoc quidem minus factu difficile. Contra tamen ipsum institui disputatio potest. Primo quidem non cuiuslibet motus secundum locum, uacuum causa erit, sed motus tantũ, qui in superiora efficitur. propterea quia leuem raramq; rem ipsam facit, & rarum quodq; in sublime tendit. Deinde non tam causa motus est, quam illud, in quo res mouetur, sed cum quo & cum ipso. id quod in utribus manifesto fit. Vacuum enim quod fertur, simul & secum in sublime attollit corpus illud, in quo & ipsum uacuum inest. & ob hoc rarum ipsum. At in re graui ponderosaq; quomodo uacuum motus causam esse tradent. Nanq; conspissata pondereq; grauata ac depressa res abscessu uacui grauis prorsus efficitur, ac deorsum fertur. Quare in natura rerũ grauissimarum uacuum motus causa nulla est. Et patet certe si quanto magis corpus rarescit, tanto citius sursum uersum ascendit, si & in totum uacuum ierit, ocyssime quidem & absq; sensu temporis ἀχρόνως sursum ascensurum. Sed neq; hoc quidem esse potest. omnis nanq; motus in tẽpore. Præterea eadem ratio militat & in uacuo immota cuncta esse, & uacuum immotum esse, propterea, quia celeritudines cũ cæteris motibus neq; comparationem neq; conuenientiam ullam habent ἀσύμβλητα τὰ τάχη.

QVONIAM uero uacuum negamus esse, cætera autem uere dubitata sunt.

Nos uero quoniam uacuum negamus esse, ideo de rebus iis, quæ in dubitationem uenerunt, aliquam afferre rationem debemus. Nanq; superius dicebatur, nisi erit conspissatio ac raritudo, motum non futurum. Vel si motus erit, totum mundum fluctuaturum. Vel mutuum ingressum abscessumq; ἀντιπεριστάσεως rerum quæ mouentur, in eodem parem futurum. Necesse ergo est, aliquid de ipsis dicamus. Et antequam dicere incipit, plausu quodam excipit rationes ipsorum, tanquã quæ de uacuo rectissime dubitent. Ac rursum compendio ipsas resumit & colligit. Nã si migratio erit elementorum alius in aliud, & aer præter aquam in magnitudinem augescet, hoc certe continget, & fluctuabit uniuersum, nisi in orbem ibit redibitq; motus, & partes totius uicissim migrauerint. Vniuersum uero in se ipsum rarescens nullum alium affectabit locum ad hoc, ut fluctuatio efficiatur. Sed infert, si solus & rerum omnium in circuitum motus est, unius tamen quinti corporis motum orbicularem existere, elementorum uero motum in rectiorem lineam esse & sursum & deorsum. Ii igitur propter tales dubitationes coacti sunt, ut uacuum esse confiterentur. Nos autem, quibus longe alia mens est, ad horum solutionem hæc habemus dicere. quæ, quo facilius intelligantur, ex subiectis decretisq; nostris atq; confessis a nobisq; demonstratis summẽda sunt. Dicimus itaq; unam esse materiam contrariorum, uelut calidi, frigidi, humidi, sicci itẽq; ex potestate ente gigni actu ens. Nanq; materia aquæ eadem est, quæ & aeris. neq; amplior uel maior redditur, si ex aqua gignitur aer, sed una eademq; perstat. Siquis igitur efficiet, ut hoc uniuersum increscat & augescat, materia ea erit, quæ hoc effecerit, passiones autem non erunt. hæ nanq; & corpore & quantitate carent. Non est igitur separata abiunctaq; materia aquæ & aeris, ratione autem substantiæ aliud, & numero una est in passionibus contrariis. Et parui aquæ corporis & magni aeris eadem materia existit. Materia itaq; quæ actu aqua, & potestate aer, actu aer genita est nulla re sibi assumpta.

SIMILI itaque ratione, si aer etiam multæ magnitudinis existens.

Efficit constituitq; motum esse, neq; tantum excessum necessario fieri tantãq; affluẽtiam, ut huic uniuerso fluctuatio adueniat, uel ut aliunde elementorum migratio alius in aliud eadem recurset. Sicut rei docendæ gratia hic ex tanto aere tantum aquæ gignitur, ibi quoq; in eodem ex tanta aqua tantum aeris gigni, quantum erat illud quod in aeris naturam prius abierat. Dicit igitur eãdem materiam contrariis subiectam esse, in ipsaq; mutari contrarietates rerum, Perinde ac materia

ria ipsa nihil amplius asciscat, quum uim calidam assumit, frigidam uero reiicit, quoties ex aqua transit in aerem. Quum itaq; materia in amplitudinem non excrescat, sed qualitates tantum in ipsa alterentur, non eueniet illud, quod Xuthus ne eueniret, summopere uerebatur, ut scilicet ex tam immensa excrescendi copia amplitudineq; fluctuare cogeretur hoc uniuersum. Si enim potestate aqua quum materia sit, utputa quum in aere est, aqua actu genita est. Sic existimes uelim ex calida magis calidam uim subiisse. uelut esto aer calidus minusq; calidus quam ignis. Non minus autem calidi habet aer ad ignem in eo, q᷑ deficiat, ut quædam calidæ partes aeris alicubi consistant, quædam autem non calidæ alibi sint. quæ posterius caliditatem receperunt. atq; hoc modo in ignis naturam aer abierit. Non hoc mehercle sic se habet. Sed aer per suam ipsius uniuersam naturam & per quanq; partem concalescebat. Mox partes hæ magis concalefactæ humidamq; uim suam in aridam conuertentes in partes atq; in uniuersam ignis naturam euaserunt. Quemadmodum enim amplioris circuli circunferentia per quáq; sui partem in orbem flectitur, & quoties in ambitum circuli contrahitur angustiorem, magis curuata circunflexaq; per partes sui singulas curuitatem non recepit, quæ partes non prius in ambitum curuatæ fuerant. sed quum per omnem sui substantiam in orbem circunducta esset, in circuli contractione magis formam sui corrotundauit. Et quemadmodum in flamma partes omnes calidæ & albæ sunt. Sic & in caliditate aeris et ignis se natura habet. Itaq; eadem materia semper durat permanetq;.

QVOCIRCA idem est & densum & rarum.

Densum & rarum idem est secundum materiam. estoq; densum, aqua. rarum aer. eademq; materia amborum erit. Idem autem densum ac rarum quomodo est? Vel illud liquet, hoc idem actu habere unum, potestate autem habere alterum. Neq; enim secundum idem & graue erit ac densum. Quod uero potestate hoc aliquid est, atq; in huiusce actum progreditur, non sibi materiam assumet, ad hoc uidelicet, ut quod ipsius potestate est, ad actum perueniat. Quomodo dicere solemus æs infectum ἀκατέργασον χαλκ' effigiem Socratis potestate esse. Quum igitur statuæ actum in se recipit, omnino alia æris materia assumpta non indiget ad effigiem Socratis in se suscipiendam. Etenim quantum in ipso est, effigiem effici posse sic & potestate esse prius in se recipiet, si statua fieri potest & in actum peruenire. Quod si ob exiguam forte materiam in actum statuæ prouenire non potest, huiuscemodi æs potestate statua nunquam diceretur, nisi potestate statua cum altero ære sui consimili dixeris. Et de ipsis quoq; elementis sic cogites uelim, etenim unius eiusdemq; materiæ contractio ac dilatatio existit. Ita densum duo secum affert, eademq; ratione rarum duo habet. Quod enim graue est & asperum, densum & leue molleq;, rarum. Hæc autem inquit in plumbo ac ferro dissentiunt. nanq; plumbum quum rarioris naturæ sit quam ipsum ferrum, molle ac ponderosum existit. At ferrum ad plumbum leuius est magisq; exasperat manum tractátis. atq; hoc ex iure abdito naturæ. Quamobrem planum factum est neq; uacuum per se secretum ullum, neq; alicubi seiunctum esse, neq; per corpora disseminatum, quemadmodum asserũt ii, qui Democritum sequuntur, uel extra mundum, ut Pythagoricis placet. Sed neq; potestate quidem uacuum esse confitendum est, ut in loco corpus sit, suspicio autem incedat potestate tanquã è loco corpore abeunte ibi residere uacuum. Nisi cuipiam inquit forte placuerit illud uocare uacuũ, quod lationis rerum causa existit. Eadem autem ratione grauis quoq; leuisq; materia uacuũ erit. Nam rarum ac densum quæ cõtrarietates habẽt secundum graue & leue, efficientia lationis sunt. Secundum uero rarum & asperum, passiones.

HIS AVTEM, quæ dicta sunt coniuncta de tempore disputatio est.

Vnum de continuis tempus quoq; ipsum est, q᷑ & hoc physico proponitur ad disputandum. Tempus enim in motu est, ut homines arbitrantur, irrequieto ac sempiterno. De hoc igitur inquit dubitandum est per exotericas rationes, hoc est per uiam disserendi. Hæ nanque exotericæ rationes ueræ ac philosophicæ contemplationi non exacte neque perfecte coniunctæ sunt neq; prorsus familiares, sed uerisimiles duntaxat atq; persuasoriæ. Primum igitur de ipso quærit, an sit, necne. Et suspitiones quasdam affert ipsum non esse. Et primo quidem, quia quædam ipsius pars acta transactaq; est, neq; amplius extat, quædam autem est futura, & nondũ adest: Ex hisce itaq; duobus non existit. quidnam aliud concludẽdum est? Namq; quod inter hæc utraq; mediũ iacet, nunc ens, tempus est, & non pars temporis. Sed initium finisq; est coniuncti temporis, & nõ interdum finis tantum, interdum uero initium solum, quemadmodum ipsi iudicát. Ad hæc ac-

cedit, ꝙ omne diuiduum si est, quoties est, omnes uel quasdam sui partes habet existentes. At tẽporis nulla pars extat, neq; quæ præteriit, neq; quæ futura est. Quod uero instat nunc, esse temporis pars uidetur, non est tamen. pars enim totum metitur at nunc non commetitur tempus. ergo nunc non est pars temporis. Atq; in secunda figura rationem suam concludit sic. Alia quoq; uia arguere licet hoc modo. Ex partibus totum constat, tempus ex hisce nunc non constituitur. ergo ipsa momenta appellata nunc partes temporis non existunt. Vocem autem illam protulit, ex ipsis nunc tempus constitui non uidetur, quia paululum progressus hoc erit demonstraturus. Præterea hoc quod dicimus nunc. quod tempus præteritum ac futurum definit disterminatq;, in dubitationem uenit, utrum unum idemq; semper permaneat atq; perduret, an aliud aliudq; oriatur. Si enim aliud aliudq; est. at in tempore nulla alia atq; alia pars, quæ non contineat, alia autẽ contineatur, sicut minus tempus in maiori tempore continetur. Quod uero nuper non ens, prius autem ens, interierit necesse est. Et ipsa nunc aliud alii simul non inhærebũt propter prius assumptum, unum continere, aliud autem contineri. Etenim accidet, si erunt, hoc ut contineat, illud uero ut contineatur. id quod non potest. Quare prius nunc ut interierit, oportet. Quia uero omnis interitus siue corruptio in tempore fit, ponatur ipsum nunc in ipso nunc interiisse. At in seipso ut interierit corruptũue sit, esse non potest. tunc enim est, in alio autẽ, neq; minus potest.

SI IGITVR in eo, quod deinceps est.

Neq; in seipso inquit interiisse nunc necesse est. tunc enim foret. neq; in eo, quod deinceps est. Detur enim ipsa nunc aliud ab alio non ordiri neq; incipere. Detur autem inquit, propterea ꝙ hoc ipsum paulo post demonstrabit. Ergo si neq; in seipso neq; in eo quod deinceps adiacet, nunc interire non potest, sed in alio nunc inter hæc utraq; interiecto, nunc profecto infinita erũt & innumerabilia. Et nunc in hisce omnibus infinitis simul corruptum erit, & ipsa erunt & non erũt alia apparentia. Ex quo hoc quoq; fieri nullo pacto potest. At enim si non interiit nũc, idem nũc necesse est semper permanere. Sed neq; hoc quidem potest esse. Quod enim quale'ue aliud est diuiduum in infinita, quod unum idemq; extremum semper habeat? Neq; enim linea idem semper pũctum finẽ terminũq; sui habet quacunq; parte ipsam secueris. hanc enim intelligit ἐφ' ἓν συνεχὲς uni continentem. Neq; superficies eandem semper lineam sui terminũ extremum habet, quacunque ipsam diuiseris per latitudinem. & hoc ea uox declarat ὅντ' ἂν ἐπὶ πλεῖον neq; ad plura continuata. in duo nanq; dilatatilis διαστατὴ superficies est. Sed neq; corpus ipsum in trinas dilatatile dimensiones eandem semper superficiem extrema confinia sui gerit, quacunq; parte corpus ipsum secare institueris. Est & ipsum nunc finis terminusq; temporis extremus, & tempus finitum sumere est in quibuscunq; rebus quispiam uoluerit. Neq; ipsum semper nunc terminum extremum esse cuiuslibet temporis terminationis æquum est neq; rationi consentaneum. Præterea quia multis modis simul dicitur, sicut ex disciplina prædicamentorũ cognouisti, & simul secundum tempus, hoc uidelicet est neq; ante neq; post, sed in eodem esse tempore & in eodem nunc. Vel priora & posteriora in eodem nunc erunt, quod dicit hoc aliquid τοδί. Ergo quæ decem iam millibus annorum lapsis gesta fuerũt, & quæ hodie gerũtur, in uno tempore simul claudẽtur. neq; aliæ aliis uetustiores erunt, neq; recẽtiores. De his itaq;, quæ tempori adueniũt, tot talesq; exoriũtur dubitationes. Tempus tamẽ quid ipsum sit, ex his, quæ literis tradita sunt ab antiquis, nondum constat. Ex his etiam, de quibus nos ante diximus, similiter in dubio est. Sunt enim, qui dicãt huiusce uniuersi motum incitumq; esse tempus. Sũt & qui totius mũdi sphæram tempus asserãt esse. At uero pars circũrotationis uniuersi tempus quoddam existit, circũrotatio autem uel circunductus minime est. nisi forte ad idem punctum relabetur, unde & in orbem moueri cœpit. Quomodo igitur tempus non est circunuolutio mundi περιφορά ob hãc uidelicet causam, quia in parte circũuolutionis, quæ circunuolutio nõ est, tẽpus intelligitur. Ob hoc etiam, ꝙ pars temporis tempus est, at pars circũrotationis nõ eadem ratione circũrotatio est. Quod si circũuolutio tẽpus omnino est, si innumerabiles & infiniti mundi essent, unum idemq; tempus esset & innumerabile & infinitum.

AT totius mundi sphæra.

Errorem explicat, in quem deducti sunt ii, quibus uisum est tempus sphæra esse. Dicit autem errorem hunc fatui ingenii esse, neq; ulla cõsideratione dignũ, propterea ꝙ inquit quæcunque in hoc mundo, in sphæra atq; in tempore omnia uidentur esse, ideo uisum est tempus sphæra esse. Concludunt autem rationem suam non recte concludentes in secunda figura per affirmatiuas hoc modo. Tempus cuncta continet atque complectitur. sphæra cuncta continet. ergo tempus, sphæra.

Quia

Quia uero potius motus mutatioq; tempus uidetur esse, & de hoc etiam uidendum est. Tollit autem & hanc opinionem motum uidelicet esse tempus per syllogismum. Et primo ait omnem motum in eo solo esse, quod mouetur. At tempus non in re aliqua sola est, sed ubiq; gentiū est & apud oēs & Græcos & barbaros & Indos & apud Arabas. Ergo quod oībus & ubiq; adest abeo distat distinguiturq;, quod apud ipsam rem solam est, quæ mouetur. Quod uero omnium interest, ad illud distinguitur, ubi forte fuerit id quod mouetur. Item & per alium syllogismum tale tollit. Quilibet motus celerior uel tardior dicitur. at tempus non est neq; celerius neq; tardius. Et minorem rursus approbat munitq;, quum dicit celere & tardum tempore definiri atque præscribi. Nam celere illud est, quod breui tempore multum spatii conficit. Tardum, quod multo tempore pergit iter breue. At tempus tempore non deciditur neq; definitur, neq; secundum quantū, neque secundum quale, ut tantum uel tale sit, hoc est bonum uel malum, siue magis algidum magisue lætabile atque formosum, siue triste & asperum. Motum igitur non esse tempus, ex his etiam perspicue intelligitur. Non absque motu inquit tamen. Ne labores autem motus atque mutationis differentiam cognoscere, facili enim negotio de utraque re intelliges. Nam quoties nos ipsi minime præsentimus neque animo neq; mente immutatos quicquam fuisse, nobis præteriisse tempus nullum uidetur: quemadmodum & iis accidebat, qui in Sardo apud Heroas dies complures somnum capiebant. Nanque primum nunc, quo somni munus inire cæperunt, atque dormire perseuerarunt, postremo nunc committunt coniunguntq;, quo e somno excitantur, neq; temporis quicquā præter fluxisse animaduertun.

VT igitur si non aliud fuisset nunc.

Vt enim in uno eodemq; nunc tempus non est, Sic & quoties non persentiscimus latente motu duo nunc copulantes, in ipso sensum temporis nullum habemus. Quod si sensum habemus temporis tum, quum & motus sensum habemus, quum autem in indiuiduo nunc anima nostra permanere atque conquiescere uidetur, tempus non sentimus. Perspicuum sane est absque motu non esse tempus. Quænam autem motus species tempus sit, quærendum uidetur. Vel enim motus est, uel motus quidpiam, quod absque motu tempus non est. Sed neque motus tempus est. Quomodo autem motum tempusq; simul sentimus, hoc agere instituit. Nam si contenebrauerit, nihilq; oculis uideamus, anima autem tantum secum ipsa motum aliquem fuisse comprehendat: spatium aliquod temporis statim percepit, perinde quasi aspectus oculorum ad notionem temporis nihil proficiat, neque lumen solum, si motum aliquem anima præsenserit. Atqui & reciproce e conuersoq; ἀντιστρόφως non solum propter motum, tempus, sed etiam propter tempus, motum agnoscimus. Nanq; præterlapso præteritoq; aliquo tempore & motum aliquem transactum fuisse cognoscimus. Non motum per se ipsum tamen propterea, quia per se ipse non est, sicut etiam demonstrauit. Sed rei cuiuspiam quæ mouetur, motum intelligit, uel celerrimum mundi circunraptum, uel cursum Solis, uel quampiam rem aliam, quā nobiscum ipsi cum animis nostris moueri atque circunferri cogitamus. Quoniam autem quod mouetur, ex aliquo in aliquod mouetur, & omnis magnitudo continua est, magnitudinem motus necessario consequitur & comitatur. Quod enim magnitudo continuatur, motus & ipse cōtinuatur. Et propter ductum itineris continuum uiatoris motus continuatur. Et rursum propter motum tempus continue labitur. Hoc autem dicit, quia prius & posterius in tēpore sumere parat ac molitur. Quod quidē prius & posterius in magnitudine positioneq; ꝓprie ac principaliter adinuentū fuit. Atq; ex hoc prius & posterius ipsi quoque tēpori aduenire animaduertit.

QVIA igitur magnitudini inest prius & posterius.

Prius & posterius quasi corporale sensibileq; magnitudini inest. Hac de causa ex hac ad motum quoq; ipsa trāsfert, rursumq; a motu ad tēpus ipsa reuocat, de quo tēpore ꝓpositū ab ipso est disputare. Quemadmodū & ipsum cōtiguū i magnitudine sensibili prius cōsiderauit, deinde sic trāstulit ad motum, & a motu ad tempus ipsum traduxit. Cæterum in magnitudine quidem inquit principaliter inest & prius & posterius, ac deinde in motu & tempore ex eo, ꝙ alterum alteri ipsorum comitatur. Quid autem est prius ac posterius in motu, subiecto, motus. id quod dicit ποτὲ ὄν simile quondam ens, aduerbium hoc ποτὲ quondam ex aliis subiectis accipiens. Nam æs, quod statua factum est, hoc est, quod quondam fuerat. & homo albus redditus, qui quondam fuerat homo, rursum ipse est. Ex quo subiectum ipsum, quod quondam fuerat inquit, esse uero ipsi hoc est & priori & posteriori longe diuersam naturam obtinet. Nāq; in

motu & prius & posterius subiecto unum sunt, uerbo uero rationeq;, ꝙ illud prius est & hoc posterius, aliud & aliud. Ratio huius est, ꝙ prius non est posterius, neq; posterius, prius. Ergo hoc prius & posterius in motu, ut temporis quoq; prius ac posterius existat, facit. Hæc autem in tempore definiuntur atq; terminantur, atq; in eo, quod nos & prius nunc & posterius nunc aliud atq; aliud existimamus, atq; inter hæc quicquam aliud interiacere suspicamur hoc est fluxum quendam spatiumq; temporale. Quum enim duo nunc secum ipsa anima dicit & prius & posterius, atque intermedium horum aliquid esse suspicatur, tunc tẽporis notionẽ assequimur. Sed quoniam ipso nũc definiri terminariq; tempus demonstratum nondum fuit, ideo dicit, hoc ante constituatur, intra duo nunc terminantia temporis, quanuis exiguum medium interuenire. Quũ igitur tanquam unum duntaxat nunc nobiscum ipsi sentimus, ac non uelut prius atq; posterius in motu, uel tanquã idem subiecto nũc, quãdo tamen prior præcesserit posteriorq; subsequutus sit motus, uel ipsius magnitudinis prius ac posterius, in qua quidem magnitudine insistit motus, tunc speciẽ neque opinionem quidem ullam temporis habemus.

HOC nanq; tempus est.

Ex hoc loco tẽporis definitio colligitur, ut tempus sit numerus motus secundũ prius & posterius. Numerũ autem numerabilem rem inquit, perinde ac siquis decẽ nomismata numerum diceret. hoc numerũ uocat. Quid est aũt, quamobrẽ numerabile tẽpus dicat & nõ numerantem? Vel quia tempus quod fluit secũdum prius & posterius, uel numerat, uel numeratur, sed tamẽ hoc prius atque posterius primario principaliterq; ipse motus magnitudini acceptũ refert. Ergo prius ac posterius magnitudinis numerat prius ac posterius motus. Prius autem ac posterius motus numerat prius ac posterius tẽporis. ita prius ac posterius temporis numerabile est. Non ergo tempus motus est. Sed quia motus numerũ habet, numerus autẽ motus tẽporis numerũ metitur, idcirco motus quidẽ tẽpus non est, non absq; motu tamẽ prorsus existit. Atq; attendendũ est, quemadmodũ plus & minus ipsum per se numero quidẽ dignoscimus atq; distinguimus, plus aũt minusq; ipsius motus tẽpore discernimus ac diiudicamus Decẽ enim octo duobus excedunt, à duodecim uero duobus superantur. At motũ aliquẽ alio maiorem siue longiorem dicimus ex eo, ꝙ ille quidem motus ut puta duarũ horarum est διωρίαια, hic aũt motus unius horæ spatiũ μονωρίαια. Et quantũ ad hanc rẽ attinet, tempus numerat motum. Atq; dicendum est, quoniam temporis & continuum & discretum terminatũq; sumitur, duæ enim horæ & dies tres & cõtinuæ sunt & discretæ, non numerum. Quum itaq; continuum tempus uidemus, hoc numerabile à motu habemus. Nanque prius ac posterius motus, prius ac posterius ipsius temporis metitur. Vbi uero plus minus'ue ipsius motus metiri in animo est, quantus is motus, dicimus duarum horarum uel bidui. Et quemadmodũ inquit alius & alius motus procedit, sic & tempus. Omne aũt tempus idem est, ideo ꝙ nũc idem subiecto, quia uero esse sibi est prius ac posterius, alia res est. Et nunc tempus metitur, non tanquam quod ipsum metiatur, sed per prius ac posterius. Ecce & ab ipso nũc tempus numerabile inuẽtũ fuit. Et æque in tempore nunc se habet, ac punctũ in magnitudine, & quod fertur, in motu. Atq; hæc quidẽ tria in una cognitione uersantur. & in pũcto quidẽ, magnitudinem, in ipso nunc tempus, & in eo quod fertur, motum cognoscimus.

HOC quidẽ, quod olim extitit, idem. punctũ enim uel lapis uel quidpiam aliud, tale est.

Sicut ex magnitudine motus cognoscebatur, & prius & posterius ipsius, & motui quoque hæc utraque adueniebant, & tanquam ipsam magnitudinem continuam & motum continuum agnoscebamus, & à motu ad tempus statim recurrimus. Ita nunc ex motiuncula cognoscimus, quod quidem insectile & indiuisile ipsius magnitudinis existit. Atq; hanc motiunculam κίνημα ex eo, quod in magnitudine dicitur, agnoscimus. Quemadmodum igitur id quod fertur, quod olim erat, idem est, nanq; subiecto semper idem. punctum enim est, non legitime loquutus, propterea ꝙ punctum non mouetur, nisi quispiam dixerit hoc quoq; per commode iacere, uult enim & id quod fertur perinde aliquid indiuiduũ accipere, & quod in latione sua pertransigenda remanet integrũ, neq; quicquã ipsius diuiditur, ut ex hoc scilicet constituat nũc insectile & indiuiduũ. Quod igitur fertur, quemadmodum dicebamus, subiecto idem semper est, uerbo uero rationeq; nõ idem semper ob hanc causam, ꝙ modo quidẽ in hoc pũcto magnitudinis modo in illo cõsistit, & prius ac posterius aliud & aliud est. Hoc itaq; pũctum est, siquis attẽderit, in quod desinit

illud quod fertur. Vel lapis, si late sumere rem uelis. Secundum igitur illud quod fertur, & nunc accipitur, ideo ꝙ nunc consequitur illud quod fertur, sicut omne tempus motum comitatur. In eo enim quod fertur prius ac posterius motu agnoscimus, primario uero in ipsá magnitudine, & tunc in motu. Ob hanc causam in hisce quoq; & prius & posterius consistit, & subiecto idem est. at prius & posterius, aliudquid. Quam rem sophistæ quoq; confitentur, qui dicunt eundem coriscum aliũ esse, quum in alio atq; alio habitu locoq; conspicitur. Etenim motus propter id, quod mouetur, & latio propter id, quod fertur, manifesta. ideo ꝙ illud quod fertur, hoc aliquid est, & sub sensum cadit. at motus, nequaquá. Atq; ex eo, quod fertur, & in ipso nunc idem & aliud accipias licet. Manifestumq; est nũc in tempore existere, & tempus in ipso nunc tanquá in fine. & quũ unũ non erit, neq; alterum erit. Vt enim simul sunt & id quod fertur, & latio, sic & numerus eius quod fertur, est. & motiuncula in motu, & nũc in tempore, & numerus lationis tempus uidelicet gradũ conferunt simul. Nam tẽpus inquit numerus lationis existit. nunc aũt eius, quod fertur. Sed non sic loquitur, sed tanquá id quod fertur. Vt enim illud, quod fertur, in magnitudine est, sic & nunc in ipso tẽpore. Et in ipso nunc tempus continuat cursum suum. & rursum secundum nunc in partes diuiditur.

ET continuum quidem tempus.

Rursum secundũ id quod fertur, quodq; lationem continet, exprimit effigiatq; huiusce nunc naturam, quod quidẽ tẽpus complectitur. Et sicut latio eo, quod fertur, diuiditur, ita & ipso nunc tẽpus diuiditur. Nanq; omnino quum ex rebus apertis atq; manifestis rem obscuram occultamq; in splendore lucis constituat, quemadmodum ex motu lationeq; temporis naturá extruxit atq; instituit, sic & nunc ex eo, quod fertur. Sumit enim & illud, quod fertur, insectile & indiuiduũ, non secundũ suá ipsius substantiá, diuiduũ nanq; est, & ob hoc in infinita diuiduũ, sed secundũ lationem. Ná puncta potestate infinita permeat atq; percurrit. Quæ quidẽ infinita potestate puncta quum Zeno actu sumeret, fieri posse motũ negabat. Quare sicut latio una atq; continua est in eo, quod fertur, & secundum id quod fertur, rursum diuiditur Sic & tempus unum & continuũ in ipso nũc & secũdum ipsa nunc rursus diuiditur. Quod enim inquit illud quod fertur, latione unũ est, & non, subiecto, latio enim, motus, quod uero fertur, hoc aliquid est atq; sensibile, atq; interit plærunq;, sed uerbo rationeq;, Hac de causa hæc in unam cogit naturam, & id quod fertur, ferri continuũ motum facit. Et definit quidẽ terminatq; illud quod fertur, & priorẽ & posteriorem motũ. Estq; illud quod fertur, secundum punctum, quod quidem punctum longitudinẽ continet, & per actum sectionis ipsam limitat. Est nanq; punctum medium sumptũ finis terminusq; partis lineæ anterioris, posterioris autẽ initium. Sed quoties quispiá uno pũcto tanquá gemino utitur, lineá diuidi sectioneq; sisti necesse est. At nũc quia illud quod fertur, mouetur semperq; aliud est, & ipsum, aliud semper existit. Ex quo & tẽpus numerus est. Et ipsius nũc nõ proprie pũctũ, ꝙ pũctum initium est ac finis. hoc enim pacto tẽpus sistetur cessabitq;. Sed est cuiusmodi punctũ illud, si potius illud tánquam lineæ extremum ceperis. Quamobrẽ quia inquit mediũ punctum situm habens pro gemino capitur. Et est ipsum extremũ quidem ac finis huiusce lineæ partis, initium uero & caput lineæ consequẽtis. At nũc non habet sitũ, sed in fluxu semper est, & uelut extremũ semper sumetur. Ita secũdũ ipsum in fine semper tẽpus, & non ipso tanquam in principio, quiescet enim a cursu, id quod non potest. Sed ne pars quidẽ ulla temporis est nunc. quatenus igitur terminus est nũc, tempus non est. Sed neque proprie quidem nunc est terminus temporis extremus. Sed quia sistitur id quod fertur, ac terminũ illud habet, ideo accidit, ut ipsum etiam tempus terminetur. Illud enim per se semper in fluxu: ut uero numerat, numerus ac terminus nõ temporis per se quidẽ est, ex eo, ꝙ finis siue terminus illius duntaxat terminus est, cuius terminus existit. At nũc non ultimũ temporis neq; extremum est, sed multarum rerum terminatarum tanquam limes ultimus cõstituitur, hoc est belli, sermonis, somni & uigiláti æ & singularum aliarum rerum. Sicut numerus denarius in equis uel alia re quapiá hoc est in nummis & hominib9 & in reliquis reb9. Ex quo secũdũ hoc & numerus existit nũc: quod quidem terminus ultimus iacet diuersorum negotiorum, & per accidens ipsius quoq; temporis extremum est. Ná tempus per se se sui finem nunquam habet. Ex qua causa si nunc tanquam extrema constituimus, ac non uelut lineæ medium, non per illam tempus, quia finibus terminatur: sed simpliciter nunc temporis extremũ est secũdum res ac negotia, quæ geruntur. Quibus quidem negotiis secũdum nũc peractis ac terminatis & temporis extremũ esse nunc opinamur.

QVEMADMODVM igitur tempus numerus sit.

Repetit resumitq; definitionē temporis, quæq; ad ipsius naturam explicandam pertinēt, prosequitur. Quemadmodum enim inquit tempus numerus motus sit, ꝙ numeratur secundum motum per prius ac posterius, ideo ꝙ continue labitur ac fluit, ex continuo enim motu in numerum redigitur, perspicue constat. At ex priuato numeri iure exiguus est, & rursum non est. ut enim definitus discretusq; numerat motum. Nam triduo gestum bellum fuisse dicimus, uel hoc negotiū triduo est confectum. Iste autem non dixit unus, sed duo, hoc consilio ut proprium ac peculiare numeri ius declaret. Nam monas siue unitas non numerus est, sed initium moueri. Quare & minimus numerus dualitas erit & non unitas. Vt uero continuus a motu numeratur, minimum. certe habebit nūquam. Est nanq; in ipsa quoq; linea minimū, quum numerantur. licetq; tanquam in ipsis reperiri minimum. Illud quoque constat, quemadmodum celere uel tardum tempus non dicitur, multum uero & exiguum dicitur, & longum & breue. Tanquā enim numero multitudineue discretum multum & exiguum dicitur. tanquam uero continuum atq; in magnitudine, longum ac breue. Tardum autem ac celere quomodo dicatur, non reperio, Neque enim numerus ipse, quo numeramus, celeritatis uel tarditatis cognomenta habet, sed multus & exiguus perhibetur. Et rursum tempus idem ubiq; gentium ac locorum simul adesse dicitur. simul enim & inter Hellinas ac barbaros indosq; & inter arabas tempus præsto est. At secundum prius & posterius non idem habetur semper ex hac uidelicet ratione, quia neq; mutatio quidem omnis una est. Sed in Italia bellum geritur, in alia uero prouincia pax & otium. ibi alia res agitur, alibi ædificatio domorum, atque alibi rursum extruendis nauibus homines operam nauant. Ita innumerabiles res atq; negotia pene infinita uno eodemq; tempore peraguntur. Non hæres tamen omnes atq; negotia hominum prius ac posterius simul habent, sicut neque principium neque finem. At tempus quia continuum sumitur, numerus non dicitur, quo numeramus, sed qui numeratus per prius ac posterius ipsius motus. Sunt autem & alia per se se. Nanq; & ipsa nunc subiecto, neque idem, alia a utem ratione sunt. Explicat deinceps, qua de causa aliud & aliud tempus secūdum ipsa nūc, quæ alia sunt, & secundum prius ac posterius. Dicit itaq;, quemadmodum hoc patiatur tanquā numerabile. Etenim centum numerus idem est & in equis & in hominibus. Quæ uero numerantur, inter se distant, & alia sunt.

ITEM quemadmodum motum unum & eundem esse contingit.

Item a motu tempus terminatum metatumq; fuit, atque ex priore & posteriore motus, prius ac posterius temporis in lucem comparuit. Et hac de causa motus quidem is est, qui res alias metitur tempus autem id, quod permetitur. Quemadmodum inquit motum unum eundemq; esse contingit rursum & rursum, hoc est Athenis Thebas, & Thebis Athenas, Sic unius eiusdemq; temporis partes rursum ac rursum esse contingit, uelut plerunq; hyemem, & plærunq; uer & æstatē. Differunt tamen, ꝙ media duorum motuum quies quoque reperitur, medium autem duorum temporum non reperitur, uel status quidam aliquando inuenietur. Sed in fluxu semper tempus est. Non solum autem inquit motum tempore, sed etiam motu tempus metimur. Atq; e conuerso se habere debebat oratio. non solum tempus motu, sed etiam motum tempore metimur. Is autem loquutus est sic. atq; illud uerbum, metimur, accipit pro numeramus. Nam tempus est numerus motus, ac non uelut numerabile quemadmodum dixit secundum prius & posterius, & quantum continuum, sed tanquam quod ipsum motum numeret, & quantum discretum. Ob hāc causam tempus & motus alterum ab altero terminantur, & alterum ab altero mensionem capit. Motu inquit tempus metimur, sicut numerabili ipsum numerum, ut uno equo numerum equorū metimur nanq; dicimus tot decem. Quare ex hoc quoq; intelligitur uerbum illud: metimur, pro uerbo numeramus usurpatum. Atq; ideo uocem illam subiicit. & hoc quidem iure contigit. Motus nanq; magnitudinem consectatur, motū autem tempus. Hac etiam de causa, ꝙ quanta & tria sunt, & ꝙ continua diuiduaq; in infinita, ob idq; & magnitudo. Atq; etiam quia hæc magis corporaliter in magnitudine cernimus, idcirco ēt motu magnitudinē, & magnitudine motū metimur. Multa enim uia, quæ magnitudo est, si iter multum sit faciundum. & multū iter, quod motus est, si uia multa eunda est, quæ magnitudo existit. Ac rursum tempus multum dicimus si motus multus sit peragendus, & motū multū, si tēpus multum. Quantiter πόσως autem multum uel prorsus unius diei, uel unius horæ, quod tempus discretum terminatumq; est.

Quoniam

QVONIAM uero mẽsura motus tempus est.

Atq; hoc loco philosophari uult, quo modo esse in tempore res omnes dicitur. Hoc autem inquit ex ea causa est, quia ipsarum motus est in tempore. Quod enim tempus est mensura motus, & recte adiecit moueri τοῦ κινεῖσθαι hoc est rei mouendæ, ut ostẽderet uidelicet præter ipsas res nõ esse motum, sicut & ante sibi optauit. moueri enim rem quoq; ipsam in se continet. Quia inquam sic & motũ totum metitur in motu aliquo terminãdo, hoc est hemeresio, quod spatiũ temporis centum dierum motum metiẽdo circunscribit. & cubitus hoc tantum telæ metitur, est autem motus in tempore, Sic in eo quo'd motus a tempore permetitur, & ipse motus suumq; ipsius esse in tempore esse intelligitur. omnis enim motus ex aliquo in aliquid, & non infinite progreditur, & simul cum motu, qui peragitur, ipsius motus esse est. Ob hanc rem uidelicet & reliquis rebus omnibus hoc aduenit, ut in tempore omnes sint, & nulla extra tempus. Sicut quum dicimus res omnes generationi corruptioniq; obnoxias & subiectas esse in tẽpore, res uero æternas ac sempiternas non esse in tẽpore sed in æternitate uel indiuidua & momentaria, quæ scilicet in uno momẽto consistit ἐν αἰῶνι ἢ ἀδιαιρέτῳ καὶ ἀχρόνῳ secũdum ueteres philosophos Porphyrium ac reliquos sapiẽtes. Vt enim indiuiduũ mãsionem non recipit, ita ne æternitatem quidem ipsam ulla mẽsuræ ratio circunscribit, atq; in hac posita sunt æterna omnia, uel cum hac simul cõsociãtur. Quod si dixeris, in hoc quidem tu significas ac declaras æternitatẽ, quæ a re nulla complecti præscribiq; possit τὸν αἰῶνα ἀπεριληπτότερον. Vel huiusmodi quidem æternitate, uel uelut quadam motione spatioq; temporali secũdum magnũ ac diuinum Gregoriũ. Esse igitur quicquã in tẽpore duo significata habere ait. unũ quidem, quidpiam esse tũ, quũ tẽpus est. quod paulopost reiicit reprobatq; alterum autẽ, perinde ac quum dicimus quædam in numero esse. Atq; hoc duplici modo. uel tãquam passionem, uel q a numero numerãtur, atq; ab ipso continentur. Secũdũ sensum huiusce gemini significatus & esse in tempore consentit. Prius itaq; ac posterius & nunc tãquam passiones in tempore, sicut in numero unitas & par & impar. Hæc nanq; numeri quicquam sunt, hoc est unitas & par & impar. At temporis uelut nũc & prius & posterius. Reliquæ uero res in ortu positæ atq; in interitu in tempore sunt, sicut in numero quæcũq; numerantur, quia uidelicet a tẽpore continẽtur. sicut quæ in loco sunt, a' loco complectũtur. Sed ecce ab opinione sua remouet ut diximus, uelle asserere in tẽpore esse quidpiã esse tũ, quũ tempus est.

PERSPICVVM autem & illud est, non esse in tempore esse, esse tamẽ, quum tempus est.

Reprobat exploditq; in tẽpore esse dicere, q quidpiã est tũ, quũ tẽpus est. Sicut ẽt neq; in motu esse inquit tũ, quũ motus est. neq; tũ in loco esse, quũ locus est. Nã si est in aliquo esse talequidpiã, res pculdubio oẽs in quolibet futuræ erũt. sicut quũ mundus est, est & miliũ. Ita non solũ milium esse in mundo dicetur, sed etiã mundus in milio consistet. Sed hoc quidem accidit inquit, quale hoc o' Aristoteles? & subiicit, quũ dicit, ei rei, quæ in tẽpore est, quoddã esse tẽpus, quũ illa est. Atque illi rei, quæ est in motu, motũ quendam esse contigit, quũ illa est. illud autem ut sequatur, necesse est. Quum hoc uerbũ medium interiecisset, quale illud sit, forte' ita est interpretatus. Vel quia prorsus ipsum esse in tẽpore numeratur, & quicquid inter ortũ interitũq; uersatur, ab ipso tẽpore contineri. Quoniã uero quod in tempore est, uelut in numero est: idcirco quæcunq; in tempore sunt, ab ipso tẽpore contineri notissimũ est. Et maius certe' ampliusq; tempus aliquod capietur, quam reliquum omne tempus uelut cuiusdam rei uel negotii, cui gerẽdo pars temporis aliqua destinatur. haud secus quam numerus maior ampliorq; qualibet re numerabili reperitur. Cuiusmodi quoque naturæ locus est. nam locus quanq; rem complectitur, quæ in ipso inest Et reliqua deinceps temporis iura propria percenset. Pati enim inquit res ipsas a' tempore, atque orta omnia tempore tandem consenescere. Et tempus quidem delimat consumitq; & memoriam rerum aufert. Et tempore quidem pulchræ res iuueniles q; magis deflorescunt atque consenescunt. Et præ longinquitate temporis quempiam obliuiosum factum fuisse dicimus, potiusquam disciplinarum peritissimum. Hoc autem ob eam rem est, quo'd numerus motus tempus existit: at motus ἐκστατικὸν de statu quanque rem suo ac de natura deiicit. Ideoq; tempus per se se internicionis rerum causa dicitur, & non procreationis. Tempus enim est, quod solum per se rebus interitum & obliuionem affert hominibus. Ortum uero rebus & scientia hominibus atq; disciplinas afferre per se tempus nequit. Sibi enim ad harum rerum molitionem opus est causa efficiente, quæ secum simul agat. Quare ex hoc quoq; planũ cuiquã esse potest, quæcunq; æterna

sunt, ea minime claudi temporis cursu, neq; in ipso esse Ratio est, ꝙ neq; noxam interitum ue ullum patiuntur, neq; esse ipsorũ ulla tẽporis mensura circunscribit. Ab omni itaq; noxa tuta sunt, neq; a tempore cõtinentur.

SED quia mensura motus tempus est.

Motũ quidẽ tẽpus per se se metitur propterea, quia mensura motus est. Quietẽ aũt per accidens tẽpus metitur ex eo, ꝙ quies prius ac posterius nõ habet sicut motus. Quod si hoc in motu minime exploratũ est, in magnitudine tamẽ prius ac posterius late patet. Quod enim hic prius fuerat, posterius illic fuit. Hincq; prius ac posterius ad motum traduximus. At quies nõ habet prius neque posterius. Quare ꝙ omnis quies in tẽpore est, quietem quoq; per accidẽs tempus metietur. Hoc enim pacto tantũ quietẽ metiri prohibitum tẽpus fuisset, si tẽpus motus foret. Nunc autem numerus motus tẽpus est. in numero aũt motus illud quoq;, quod quiescit, esse cõtingit. sicut in numero boum & homines & ligna contingit esse. Nanq; dicimus decẽ boues, & decẽ homines, sed & decem ligna dicimus. Cæterũ ego nõ dico quamlibet immobilitatẽ ἀκινησίαν esse in tempore sed quietẽ solam, quæ quidẽ ad motũ distinctionẽ habet. Quiescere enim illud dicimus, quod suapte natura mobile nõ mouetur. Quare si in tẽpore quies est, & tẽpus ipsam metietur, perinde ac si hoc aliquid in numero est, & numerus ipsum metietur. Metietur autem tempus & id, quod permetitur, & id quod quiescit, & secundũ quod quantæ res dicuntur. Nanq; illa fortassis si magnitudines erunt, definita magnitudo quædam metietur. Sed quatenus quidpiam mouetur, uel quatenus quidpiam quiescit, quantus quis ipsorum motus, & quãta quæ ipsorũ quies existat, a' tẽpore ipso præscribitur. Quare pro ueritate illud, quod mouetur, & non secũdũ quod quãtum aliquod existat, a' tempore mẽsionem recipiet. Hinc autẽ sciri licet, quæcunq; neq; mouẽtur, neq; quiescunt, hæc aũt diuina sunt, si enim mota fuissent, & aliquãdo conquiessent, in tempore prorsus non esse. Nanq; in tempore esse, mensionem a' tempore recipere est. tempus autẽ dimẽsio rerum est. Præterea omne non ens in tempore non est, sed quæ sola per alteritatem καθ' ἑτερότητα dicuntur, sicut quod lignum non est, homo autem est. Quod uero suapte natura non est, hoc est diametrũ esse lateri symmetrum atq; conuenientem, in tempore illud non est. neque enim a' tempore mensionem capiet.

IN TOTVM autem si mensura motus per se tempus est.

Motus mẽsura per se tempus est, ꝙ motum definit terminatq;, quietis autem per accidens mensura est. Sed non dixit quietis, sed cæterarũ rerũ. Etenim rerũ continuatarum per accidens dimẽsio tempus existit. Nam quatenus quãta ipsa non metitur, sed quatenus mouẽtur uel quiescunt, ipsorum motum metitur. Quoniam igitur huiusce naturæ tempus est, quarũ rerum uidelicet esse tempus metitur, & esse ipsarũ in mouendo uel in quiescẽdo consistit. Atq; hæc non semper, sed quum aliquando quiescũt, aliquando autem mouẽtur. Et perspicuum sane est, quæcũq; generantur & intereunt, & aliquando sunt, aliquãdo non sunt, in tempore hæc cũcta esse. Quoddam enim tempus est magnitudinis amplioris quam tempus illud, quo ipsa sunt, & quo rursum ipsa non sunt, & quod substãtiam ipsorum metitur. Ex iis uero rebus, quæ non sunt, quascunq; tempus complectitur, & tempore quodam erãt, uel olim futuræ erunt, hæ quoq; tempore continẽtur. Et est amplius maiusq; tẽpus q̃ illud tempus, quo ipsæ sunt, uel non sunt. Eam uero' uocem, ἐφ' ὁπότερα περιέχει ad utrunuis modum complectitur, protulit tanquam secum reputans rem quampiam generabilẽ, nõ corruptibilem tamen, & rem nullo ortu generabilem, corruptibilem tamen. Hasce quidẽ res ad utranq; uiam nullo modo complectitur, sed ad alteram solum. Vel enim tempus est, priusquã ipsæ oriãtur, si ipsæ generabiles sunt & morti nulli obnoxiæ. Vel tempus est post interitum ipsarũ, si nullo ortu generabiles sunt, interituræ tamen. Quod si ad utranq; partem, tempus est, quod ipsas cõtinet, id quodẽt in rebus generationi corruptioniq; debitis inuentũ fuit. Est & quod erat, & quod erit, ꝙ scilicet a' tẽpore continẽtur. Quas uero res nullo modo tẽpus in se complectitur: hæ ex iis sunt, quæ semper non sunt, atq; iis contrariæ, quæ semper existũt. Sẽper aũt esse dicit, diametrũ lateri esse asymetrum neq; congruẽtem. Hoc nanq; semper est, neq; in tẽpore est. & symmetrum semper non est, & non in tempore. Quæ uero non semper sunt, & quæ non semper non sunt, hæc quidẽ in generatione atq; corruptione positæ sunt, neq; ob id in tẽpore. At nunc continuatio tẽporis est, & omnino temporis extremũ, & initiũ finisq; tẽporis existit. Non ita tamẽ sitũ habet permanetq;, sicut pũctũ. nã pũctũ ꝑmanet, & sitũ habet, ac diuisionẽ molitur. Sed diuisio in tẽpore potestate est, ut ne tẽpus a' cursu suo ꝓhibeat' sistaturq;. Et semper nũc est, & ipsũ aliud aliudq;.

Potestate

POTESTATE autem diuidit, & ut tale, semper aliud atq; aliud nunc ut uero coniungit, idem semper.

Nunc tempus potestate diuidit. Si enim actu, sistetur tempus. etenim quanquam temporis extremum dicitur, rei tamen terminatæ motum factum q; atq; huiusce terminum temporis terminum extremumq; dicimus. Vt igitur tale est, hoc est nunc diuidit hic, nūc autem in alia parte temporis, & secūdum prius ac posterius aliud atq; aliud nunc per labitur. Vt uero tempus tempori committit nunc atq; coniūgit, naturæ eiusdem existit. Duas nanq; temporis partes alteram alteri copulat nūc atq; idem unumq; est duarum temporis partium unitiuum ἑνωτικόν. Sed quamobrem hoc quoq; nunc non aliud atq; aliud est? hac uidelicet de causa, ꝙ nunc quidem hic, nunc uero illic tempus coniūgit secundum illud nunc diuisiuum. Et fortassis hæc interpretatio magis ad scopum dirigit, quum illud quoq; esse nunc quod diuidit, & hoc esse quod coniungit, philosophum dicere, non tamen de alio ac de alio nūc uerba facere interpretatur. Sed sententia est, perinde ac si hoc modo loqueretur, idem esse nunc, quod tempus diuidat atq; coniungat, & idem unumq; nunc secūdum diuisionem aliud atq; aliud uideri. Est nanq; præteriti temporis finis, & initium futuri. Secundum autem coniunctionem idem est. idem enim est, quod connectit. Itaq; secundum aliud aliudq; idem nunc aliud est, & idem est. Cuius rei a mathematicis quoq; lineis exemplum petere licet. idem enim unumq; punctum diuidentibus quidem aliud aliudq; motu est, unientibus uero unum idemq; est. Propter hanc causam ea uerba subdit. est autem idem & secūdum idem unio atq; diuisio. Nanq; idem nunc & idem punctū est, esse autem ipsius non idem ob hoc scilicet, ꝙ nunc temporis quidem diuisio est, non secūdum actum tamen sed secūdum potestatem, ne tempus scilicet conquiesceret atq; consisteret. Hoc autem unio duorū extremorum, finis unius partis præteriti temporis, & initii futuri temporis. Sic enim uocem illam interpretantur, illud autem finis utriusq; est, perinde ac si ita sentiret, amborum extremorum unionem colligātiamq; existere. Quod enim in diuidendo utriusq; partis extremum erat, hoc in colligando unio existit, & non aliud neq; aliud. Et ob hanc causam sic ait in hoc quoq; diuisionem simul annectens, quum dicit extremum, & colligantiam, quum unionem dicit. Hoc itaq; nunc impartibile est uel absq; partibus ἀμερής. Aliud autem nunc est, quod latius patet, quodq; & præteriti & futuri temporis in uicinia est. Quæ uero ad Ilium uel a memoria procul remotæ res gestæ sunt, minime nunc dicuntur, quanquam continuum tempus existit. At de reliquis etiam aduerbiis temporalibus explicat, cuius generis est, aliquando ποτέ, tempus definitum terminatumq; ad illud nunc, secundum quod hoc gestum negotium fuit, quod superius nunc appellitat. Et rursus in futuro quoq; tempus erit definitum, secundum quod geri incipiet, suaq; extrema in ipso nūnc reponūt. Eritq; ab hoc tempus quoddam quātum ad illud nūc, secūdum quod augetur. Ac denuo tempus terminatum erit ad illud nūc, secūdum quod sui finem cepit. Quod si tempus nullum sit, quod ποτέ aliquādo in se habeat, omne tempus procul dubio erit secūdum nūc definitum ac terminatum. Ergo & semper deficiet. At negat deficere, ideo ꝙ semper est motus. Aliud igitur, uel idem sæpius ac sæpius erit tempus. Rursus interrogat, ac responsionem dat sicut se habet motus, ita & se habere tempus.

SED quia nunc finis & initium temporis est.

In circo inest curuum & concauum. Atq; hæc quidem interdum inter se non differunt, ꝙ in orbiculari linea posita ambo sunt. uel latitudinem nullam excogitare est. Dico autem inter ipsa multum interesse, ꝙ alia res est concauum, & alia curuum. Interim tamen unum & idem in circo existunt, ac rursus diuersa sunt. Hoc modo & in tempore se habet nunc, initium ac finis, sed non unius eiusdemq; unum idemq;. Atq; hac de re esse aliud tempus uidetur, quia non eiusdem temporis initium ac finis existit nunc, sed temporum duorum. Et quod desinit, aliud quippe tempus est, & quod incipit, aliud quoq;. Nam si eiusdem esset temporis, contraria quoq; essent secūdum idem, quod inciperet, & quod finiretur. sed non sunt. Qua uero ratione non perueniet ad exitum unquam tempus? Vel quia in initio semper est. quod uero in initio semper est, nunquam consistet neq; cessabit. Et de hoc aduerbio iam ἤδη, quam uim temporis habeat, inquirit quum inquit, iam & in præterito dici & in futuro tempore. In futuro quidem illud est iam, quod præsenti nunc appropinquat, quod pars indiuidua temporis futuri est. iam enim ambulabo. At in præterito, quod ab ipso nunc non longe abest. quod præteriti temporis extremum est. In aduerbio uero πάλαι diu non ita loquimur. quod enim procul a nostro tempore est, diu illud dicimus. Modo

quoq; ἄρτι siue statim in futuro non est. huiusmodi enim cum præsenti nũc habitat, & familiare sibi est. sicut etiam Lucianus iocatur, ut illud est. Ego statim solæcissabo. simulq; hoc dicẽs neq; se solæcissare ratus, solæcissauit. Ad tempus autem præteritũ apte quadrat. est enim præsenti nũc propinquũ, quod pars insecabilis est temporis abeũtis. Modo enim ueni dicimus, si recẽs ac propinquum tempus est. At ἐξαίφνης quam primum illud est, quod in momẽtario tempore ob exiguitatem motum fuit, quoniam quemlibet motum de suo quãq; rem statu naturaq; dimouentem esse dicet. In tempore fiũt, quæcũq; fiũt. atq; in tempore intereũt, quæcũq; intereunt & corrumpuntur. Obitaq; sobolem procreationemq; rerum fuere, qui tempus ipsum sapiẽtissimum dixerunt, Paron tamẽ pythagoreus propter interitum mortemq; rerum tempus demẽtissimum appellauit. Iudicat autem philosophus pythagoreum hominem rectius dixisse ob eam causam scilicet, ꝙ tempus per se mortis interitusq; magis causa est quam generationis ac diuturnæ salutis rerũ ἡ γὰρ μεταβολὴ ἐκστατικόν mutatio enim res de natura sua deiicit atq; de bono sui disturbat. At generationis substãtiæq; rerum in causa tempus est per accidẽs. Cui rei illud argumẽto est, ꝙ res nulla gignitur, quæ non utiq; & ipsa aliquo moueatur, uel quæ non utiq; agat. At corrumpitur & interit, etiam si a nullo moueatur. id enim damni extrinsecus affertur a tempore. Neq; enim interitum uel mortem affert absq; motu. atq; hũc potius interitum a tempore esse dicere solemus, quoties nulla re mouẽte intereunt per se res & orta inueterascunt. Non proprie tamẽ stragem cædemq; rerum tempus facit. Sed secũdum huiusce mutationis cursum fieri in tempore contingit. Tempus enim quidpiam agit in rerum naturam.

QVEMADMODVM igitur tempus sit & reliqua.

Breui compẽdio colligens, quæ de tempore ac de iis, quæ sibi adueniunt, disputata nuper fuerũt, hæc uerba loquitur. Iis autem rebus sic cognitis & explicatis ostẽdit, quomodo quælibet mutatio & quicquid moueatur, hæc quidem in tempore fit, illud autem in tempore moueatur & non in momẽtario nunc. Ratio est, quoniam in qualibet mutatione inest citius ac tardius. Citius autem moueri intelligitur tum, quum aliqua res in subiectum prius mutatur quæ per idem spatium atq; æquabilem motum moueatur, sicut in latione est, si ambo per circularem, uel ambo per rectam lineam moueãtur. & non hæc quidem res per circularem, illa autem per rectam iter habeat. Similiterq; & in quolibet alio motu & in alteratione & auctione & corruptione. At uero hoc prius in tempore est. Itaq; per syllogismum ratio sic progreditur. Si quælibet mutatio citius ac tardius habet citius autem tardiusq; per prius ac posterius informatur. prius autem in tempore est. Ergo quælibet mutatio in tempore ex eo, ꝙ secũdum distãtiam ab ipso nunc hæc exoriũtur. At nunc terminus ac meta est & præteriti temporis & futuri. Quare in quo nunc est, in eo quoq; ipsius nũc distãtia inest. Sed nunc in tempore est, & distantia nũc in tempore erit. Quæ autem hæc distãtia sit, quo ue modo fiat & in præterito & in futuro, declarat ac docet. Ait enim ipsam in hisce temporis partibus contrarie dici. Nam in tempore præterito prius dicimus, quod a præsenti nũc longius abest, posterius autem, quod propius est. Nanq; troianum bellum prius fuit, posterius autem ab Homero conscriptum fuit. Sed conscriptum fuisse bellum, præsenti nunc magis appropinquat, gestum uero fuisse bellum, a præsenti nunc longius distat. At in futuro tempore prius est, quod præsenti nũc magis conterminum est ac finitimum, posterius autem, quod abest longius. Nam si futurum esset bellum, & ipsius historia conscribẽda, prius bellum ad præsens nũc inclinaret magisq; pertineret, posterius autem ipsius historia & a præsenti nũc remotior foret. Aliud quoq; scitu dignum contemplatur, ad animam nostram uidelicet quomodo tempus se habeat atq; affectum sit. Et quæ causæ sit, quamobrem in hoc uniuerso terraq; mariq; & in cælo tempus esse uideatur. Itemq; quomodo anima hæc omnia simul metiatur. Vel hoc inquit ex eo est, ꝙ hæc omnia mobilia sunt. at tempus motus habitus est uel passio, hoc est numerus. Vel enim motus habet numerum, sicut quæ in theca, sunt hæc. uel patitur hoc, hoc est dum numeratur.

HAEC autem mobilia omnia.

Quoniam terra & mare & cælum mobilia. in loco enim omnia sunt. cælum quoq; quomodo in loco sit, dictum fuit, secũdum partes uidelicet & non secũdum totum. cælum enim οὐρανόν, mũdum appellat. Quoniam inquam hæc omnia mobilia, ob idq; in loco sunt, tempus autẽ numerus motus, idcirco in hisce omnibus tempus simul existit. Tempus enim & motus una incedunt. omnis autem motus in mobilibus rebus inest, neq; citra res prorsus existit. Quomodo autem & secundum actum & secundum potestatem? Vel si tempus est, quod numerat secundum actum, præsente

sente homine qui numerat, & qui per tẽpus numerat motum, ipse etiam motus numerabilis extat secũdum actũ. Quod si secũdum uim potestatemq; tẽpus est, quod numerat, potest enim & tẽpus non animaduersum a quopiã neq; consideratum animaduerti tamẽ considerariq; secundum quẽdam motũ, sic, ut motus tempore numeratur, tunc & motus ipse numerabile erit secundum potestatẽ. Quãta enim hæc fiant, nemo profecto est, qui de hisce sollicitus in quærẽdo laboret plurimum, quomodo in quãto ue spatio temporis hæc fiãt, sed simpliciter fiũt. Cæterum illa quoq; sicui libitum fuerit, inquiri ac decerni possunt. Atq; ex hoc loco quæstio emergit, an tempus esse posset, si anima non esset. Quam quæstionẽ diiudicat, tẽpus scilicet esse non posse, si anima non est. Nam anima numerat tempus, quemadmodum dicebat, prius ac posterius. Si enim inquit qui numerabit, nullus erit, numerabile quidpiã quomodo erit? Quare si ab anima numerabile tempus non erit, neq; numerus motus erit futurus. Numerus enim secũdum passionẽ, quem tempus ab anima acceptũ habet, uel id, quod numeratur secũdum actũ, dicitur, uel numerabile secũdum potestatem. Quum autẽ anima non sit, neq; numeratum erit tẽpus secũdum actũ, neq; numerabile secũdum potestatẽ. Itemq; alia ratione certatur. Si esset omnino tẽpus, non ut tẽpus esset sed ut spatiũ quoddã ac fusio quædam. Quũ uero mẽs, quæ numeret, nulla sit, neq; numerabile erit ullum. Neq; enim quidpiam aliud natum est ad numerãdum, præterquàm anima, atq; ipsius animæ mens ipsa princeps. Sed quia absq; etiam anima motum esse contingit, nam ante conditam humanam naturam cursum suum cælum tenebat, subiecto quidem quod dicit, quod olim est, tẽpus & motus idem existũt, ratione uero inter se differunt. Nam sublato eo qui numerat, non sublatus propterea erit motus. sed erit utiq; motus & fusio illa tãquàm motus, ac non tanq̃ tempus. Nam prius & posterius in motu sunt, qui autem illa sciat, nemo homo est. Tunc autem in tempore hæc numerabilia sunt, & tempus cum illo motu simul incedit. Dubitat præterea, cuiusnam motus numerus tempus existat. Et ait omnis atq; continui motus numerum tẽpus existere, sed non cuiusdam sed omnium simul. Et multa mouẽtur. uel hæc quidem mota sunt, quædam autem mouẽtur ex quo cuiusq; motus numerus existet tẽpus. Simulq; duo æqualia tẽpora unũ erunt. Et subiũgit ambiguum dirimẽs. uel non erunt, inquit. Omne enim tempus unum simulq; est. specie autem similia tempora simul unum existẽt. Sicut in numero apparet, nanq; septeni equi sunt, & septeni canes, ac non simul numerus, sed specie fortassis unus idemq; est. Ita & motuum ipsorum, qui simul terminãtur, idem tempus existit, sed motus diuersæ naturæ sunt. Velut is quidem uelox, ille uero non. & is quidem latio, ille uero alteratio. tempus tamen idem est. Atq; ut in numero se habet res, sic & in tempore.

QVONIAM uero latio est, atq; huius ea est, quæ in orbem agit.

Quum dixisset motus quidem esse differentes & separatim alium alibi esse, tempus autem ubiq; gentium idem esse, numerumq; eundem esse, quæ uero secũdum ipsum numerũ numerabilia sunt alia atq; alia existere. Hinc ostendere instituit, qui qualis ue motus cæterorum motuum mensura existat, ac secũdum qualem motum tẽpus definiatur. Atq; demonstraturus erit, quemadmodum ipsa in orbẽ latio atq; huiusce motus conuersioq; uniuersi æquabilis & continua mẽsura motuum cunctorum existat. Secũdum quem orbicularẽ motum natura tẽporis formatur atq; constituitur. Quia enim ex sex motibus latio est, magis autẽ ex quatuor ipsa una existit, ac rursus huiusce pars ea est, quæ in orbem peragit cursum suum. Omne autem quodã uno cognato consimiliq; natura numeratur, hoc est unitates unitate, equi equo. neq; enim equi hic numerãtur, uelut hoc ac nonẽ tot dena sunt. Simili autem ratione & tempus in tempore quodam uno eiusdem generis prorsus definito per metitur. Hæc autem diximus atq; huiusmodi, quæ ab altera parte ad motũ respiciũt quemadmodum uidelicet a motu tẽpore terminato cuiuslibet motus quãtitas permetitur, & ipsius quoq; temporis. Omnium autem rerum congenerum cognatarumq; motus æquabilis & qui in orbem efficitur, mẽsura prima existit. Ergo ut natura primus mẽsionem reliquis motibus adhibebit, q; huiusce numerus extat clarissimus. Dicimus nãq; quinq; tẽporum & sex & decẽ non secũdum aliquem rei alicuius motum & alterationem. Nanq; ipsa alteratio non in omnibus inest, neq; primus motus est, sed ne quidem æquabilis forte existit. Ideoq; antiquis opinio incessit, motum lationis uniuersi tempus esse, hac uidelicet de causa quoniam uniuersi mũdi incitus motusq; reliquos motus omnes summa cũ prouidẽtia moderat ac metitur. Nam dicimus annuũ motum uel trimestrem, magis autẽ diutinum motũ, uel terq; quaterq; diutinũ. At in orbẽ circum actio in illud desinit, unde inceperat, id quod tempus est. Quare improprie quoq; dicimus quæcunq; hoc

tempore gesta sunt, a parte aliqua totius mūdi conuersionis mēsionem capere. Ob idq; cōmuni quodā loquēdi more homines res humanas circulū esse dicūt, & quæcūq; generationi corruptioniq; obnoxia in orbē ire redireq; testātur. Quoniam huiusce naturæ omnia tēpore indicātur, atq; initium sui finēq; capiūt. Etenim & tēpus ipsum ambitus esse atq; circuitus quidam uidetur, ob idq; orbicularis conuersionis numerus extat. Atq; ab hac secūdum prius ac posterius sui mēsionē tēpus habet. Quare asserrere res ipsas esse circulum, asserere confiteriq; est tēporis ambitum in orbem quēdam existere. Hoc autem ex eo esse, q motus orbicularis tēpus moderat ac metitur. Nanq; mēsura rerū tempus existit. idq; ex eo esse, quia citra id quod metitur, nihil aliud apparet esse id, quod permetitur quam plures mēsuræ in uniuersum.


RECTE autem dicitur.

Aprobat & amplectitur acumē cogitationis suæ, qui ex numero atq; ex rebus ab ipso numeratis tēporis naturā subsignarit, ac rerū mobiliū motū indicarit. Recte' igitur illud dici dicit, sicut idem numerus pecudū est qui & canū æqualisq; ut puta decē, decàs autē non eadē est, neq; decē eadem sunt, q hæc scilicet est decàs pecudū, illa uero' decas canū, atq; hæ quidē decē pecudes, hi autē decē canes sunt, ita dici conuenire unum idēq; esse tēpus, unū eundēq; motū orbicularē tēpus ipsum definiētem atq; terminantem. Quæ uero' mouētur & ipsum mouere diuersæ esse ac differētis naturæ. Quemadmodū æquilater & scalenus ut figura sunt nihil differūt. ut uero triangulus, differūt. Is enim æqualiter est, ille uero' scalenus, quanq̄ utiq; figura sunt. Sic & motus ipsi cuiusq; rei singularis, diuersam inter se naturā obtinēt, itidemq; inter earū rerū, quæ mouentur, naturā plurimum interest. Vt uero' rerū ipsarū motus a circunlatione uniuersi in ordinē numerumq; rediguntur, in differētes sunt. Res nāq; eadem inquit dicitur, a qua res alia non differt differētia non eadē, a qua differt. nāq; huiusmodi res aliā habet naturā, ut triāgulus a triangulo differentia differt, figura autē a figura, non differt, sed una eademq; diuisione cōplectitur. Itaq; figuræ omnes ut figuræ sunt, indifferentiā habēt. Vt uero æquilater & scalenus quatenus figuræ, nulla re differunt, quatenus uero æquilater & quatenus scalenus, differunt. Nanq; differentia secundum figuram nulla extat, sed quatenus talis ac talis est. Sicut etiam cūcta animalia ut animalia sunt, ab alio aliud non differunt. Vt uero hoc rationale est illud autem irrationale, hoc mortale, illud immortale, aliud ab alio differunt. Simili ratione & idem numerus est. neq; enim deni boues a denis pecudibus differentia numero differunt. Atq; decàs differens est, neq; eadem prorsus est. Ratio est, quia subiecta, in quibus hæc dicuntur, plurimum differunt. ut hæ quidem pecudes, illi uero boues sunt, & illi homines. Ac de tempore quidem ipso & de iis, quæ sibi adueniunt, ut de nunc, de ali quādo, de iam, de modo, de statim, ac, de hisce similib⁹ iam dictum fuit.

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM QVINTVM. COMMENTARII

IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.

MVTATVR autem omne, quicquid mutatur.



Inc de motu differere aggreditur. atq; de ipso & de iis, quæ sibi affecta coniunctaq; sunt, accuratius latiusq; explicat. Quoniam uero quilibet motus mobilis & in re mobili & a mouente est, præsumit à principio decernitq;, quot modis mutatur quicquid mutatur, hoc est quicquid mouetur, & quot modis mouet, quicquid mouet. Mutatur igitur quicquid mutatur, tripliciter. Vel per accidens, sicut quum dicimus musicum uadere, quia homo uadit, cui musico esse contigit. Vel per partes, sicut quum dicimus conualescere hominem, quia eius manus sanatur ac conualescit. Vel per se & simpliciter & primario, sicut quum dicimus moueri hominem, quia totus mouetur. atq; iste per se mobile est. Differunt autem motus alius ab alio non solum secundum quod, quia alius motus alteratio est, & alius latio, & reliqui motus alii sunt, sed quia etiam ipsa alteratio alia & alia est. Alia nanq; est concalefactio, & alia perfrigeratio. Quemadmodum igitur in eo, quod mouetur, tripliciter dicimus. Sic & in eo, qui mouet, dicimus. Medicus ædificat per accidens. non enim quatenus medicus, sed esse sibi contigit. Verberat manus secundum partem, & simpliciter uerberare dicimus hominem. Quod autem per se ac primario, sicut quum dicimus, medicus medicat. Quod reliquū est, hæc quinq; sunt: id, quod mouet, id, qđ mouetur, tēpus, in quo, & ex quo, & in quod. Nā motus omnis ex aliquo in aliquod. Aliud autē est, id quod mouetur. & aliud id, ex quo. & aliud id, in quod. uelut lignum & calidum & frigidum. in quo quidem lignum. calidum autem, ex quo frigidum uero, in quod. Motus itaq; in ligno est, quod mouetur. non in eo, in quod. id quod formam dicit in alteratione. & locū in latione. At forma inquit locusq; neq; mouent, neq; mouentur. Vel tantum hoc in auctione ac diminutione. Magis autem id, in quod, q̃ id, in quo mouetur, mutatio nominatur. qui enim ex morbo in bonam ualetudinem mouetur, sanatur. Reliqua deinde pari ratione dicuntur.

FORMAE autem & passiones & locus.

Omnia ea, in quæ, immota esse plane constat. Nam si moueretur illud, in quod, id quod mouetur, nunq; ipsum indipisceret, sed semper refugeret. quo'd si hoc quod mouetur, celerius moueri offendisset id, in quod abit mutatum. non constitisset, sed cum eo simul aufugeret. Vel status illius & status huiusce fieret. quo quid absurdius dictu? illud uidelicet, quod ex seipso mouetur, consistere non ex seipso, sed quia aliud consistit. ut status illius quiesq; huiusce motus finis existat. Atqui minime rationi conuenit non huiusce motus & quietem quoq; finem esse, At enim inquit dubitaret quispiam. si passiones & habitus, motus sunt albedo autem passio. ergo & motus est. At qui membrum aliquod in albedinem mouetur. quare albedo tanq̃ illud, in quod, perstat immobils. tanq̃ uero passio, motus est. Et hāc dubitationem compēdio soluit iis uerbis. Non albedo motus est sed albefactio. hoc nāq; motus est, albedo autem forma immobilis. Albefit enim res illa, quæ mouetur. alba autem fit, & consistit. Sunt autem in hisce quoq; hoc est in formis & locis tres illæ res, quæ in iis, quæ mouent, & in iis, quæ mouentur, apparuerunt. Et exempla clara sunt. Accidit enim rei, quæ albefit, ut mutetur non in albitudinem, sed in id quod mouetur. Est nanq; album illud quoq;, quod imaginando mēs comprehendit. tale enim dicit, quod cogitatione hoc loco complectitur, & non illud, quod simpliciter intelligitur. Dicitur autem ipsa quoq; imaginatio ἡ φαντασία passiuus intellectus. & hoc illud est, quod per accidens. Et rursus mouetur id quod mouetur, in Europam, quia Athenas uersus mouetur. Et attende quæso similitudinem, quemadmodum uidelicet ibi manus sanabatur, & hominem per manū sanari diximus. Sic & hoc loco Athe-

nas uersus, & in Europam simpliciter in omnem continẽtem moueri diximus. Per se, quum dicimus illud quod albefit, in colorẽ album mouetur, ac non simpliciter in colorem. Hoc enim illud uerbum signat, quod per partem. Ex hisce igitur tribus mutationibus ea quæ est per partem dimittatur. Vbiq; enim & apud omnes conuenit & accommodatissima hæc est. medicus ædificat, coriariã facit, scribit, rodit, atq; hisce similia. Hæc nanq; ubiq; non ut medicus facit. similiterq; & in eo, quod mouetur. Quæ uero nõ per accidẽs fit, singilatim & quibusdam accidit, siue per partem, siue per se & primario. Est nanq; in contrariis album in nigrum, ægrescens in conualescens. Vel plærunq; in ipsis quoq; intermediis, album in fuscum. utitur enim contrario in intermediis tanquam contrariis.

SED quia omnis mutatio ex aliquo in aliquod est.

Hinc mutationem a motu separare atq; seiungere in animo habet. Etenim & omnes mutationes dicũtur, sed proprie præcipueq; quædam & motus dicuntur. ut omnis motus mutatio sit, non tamen omnis mutatio, motus. Quoniam igitur omnis mutatio. & dicit omnem motum ex aliquo in aliquod. etenim & istuc mutationis nomen declarat μεταβολή, in se uidelicet habere dissidium migrationemq; de alio in aliud μεταστάσιν. & post hoc, hoc significat. Quicquid est, quod mutatur, quatuor modis mutatur. Vel enim ex subiecto in subiectum. uel e cõuerso, ex non subiecto in non subiectum. uel ex subiecto in non subiectum. uel e contrario ex non subiecto in subiectum. Ergo ex non subiecto in non subiectum inutile prorsus est, neq; ex hoc quidpiã gignitur. Tamen plenum diuisionis ius exigit, ut hæc quatuor modis gignãtur. Quoniam igitur unũ de iis inutile est, mutationes trifariã fiant necesse est. Atq; ex subiecto in subiectum mutatio, auctio est, diminutio est, alteratio est, quas & motus proprie appellat. Nanq; subiectum ens est, & in quod, ens est id quod mouetur. atq; ipsæ ex subiecto in subiectum existunt. At mutatio ex non subiecto in subiectum, generatio est. e contrarioq;, quæ ex subiecto in nõ subiectũ corruptio est. Quæ quidem proprie etiam mutationes dicuntur, propterea q generatio quidem, ex non ente est. non ens uero non mouetur. Et rursus mutatio mutationi contraria est, ac non motui. ita & corruptio generationi contraria est. Generatio autẽ mutatio est, & corruptio ipsa mutatio est. Quo modo autem non ens non moueatur, philosophatur. Et apud Platonem quidem in Sophista non ens quinq; modis dicitur. Nam ibi quũ Socrates ad Sophisten loquatur, tu es præstigiator, qui circa non entia uersaris, ille concludit. & reliquum est, ut sit non ens. Atq; ex hoc loco ille diuidit non ens iis uerbis. Est non ens, quod arcanum uel inenarrabile est. est non ens, quod nullibi nulloq; mõ est. Est non ens, quod super substãtiale supra ens eminet. est post substãtiale, quod est post ens, hoc est materia. Est per alteritatem, quod uidelicet nõ ens quidem quidpiam est, ens autem aliquid. est & falsum siue mendacium, quod iste hoc loco intelligit, per compositionem ac diuisionem. Plærunq; enim uel composita oratione mendacium committitur, ut Socrates lignum est, quando uidelicet id quod non est, perinde ac si est, ita dicitur. Vel diuisa seiunctaq; oratione, ut Socrates homo non est, quando uidelicet id quod est, perinde ac si non est, ita dicitur, quemadmodum dixit in libro de interpretatione. Aliusquoq; non entis mẽtionem facit, quod simpliciter enti per actum contrariũ est. atq; hoc est post substãtiale, uel quod est per alteritatem. In summa non ens immobile dicit. & ob hanc causam neq; generationẽ neq; corruptionem motũ appellat.

NON album enim uel non bonum.

Quum dixisset nõ moueri non ens, & primum quod per compositionẽ est uel per diuisionẽ, quod est mendacium siue falsum, iam ostendit, quemadmodum ne illud quidem, quod enti per actum contrarium est, quod actu uidelicet est non ens, moueatur, nisi per accidens moueatur. Nam mouebitur non ens lignum homo, sed non quatenus non lignum & non ens, sed quatenus homo. Vt enim non ens moueatur, fieri inquit non potest. Quod si id non potest, neq; generatio motus ut sit, fieri ullo pacto potest. Sed quæso quomodo non mouetur oratio falsa, quæ uera plærunq; fit. Atq; ad hoc illud dicẽdum est, quod & in aliis locis sæpe dixit, non esse ipsam uidelicet orationem quæ moueatur. sed hoc ex eo esse, quia id, de quo oratio est, mutatur. ut sedente Socrate oratio, quæ dicit non sedere Socratem, falsa est. ubi uero surrexit Socrates, uera fit. ita oratio non est, quæ mouetur, sed ipsa res mouetur. & quia mutata res fuit, ob id & mutata oratio uisa est. Non ergo conuenit dicere gigni non ens, ut generatio motus sit. Si enim non ens maxime per accidens gigni dicimus, nanq; bubula medulla apis gignitur, & est medulla ut medulla, at accidit tamen, ut non ens tanquam apis existat. Ob id ut mouetur, per accidens est non ens. Quanquàm igitur

igitur hoc quoq; est, illud tamē dicere uerū est, si quid gignitur, illud non esse. Et simpliciter de eo quod mouetur, prædicatur non ens. nam quicquid gignitur, non est. Quare & quū dicimus, nō ens gignitur, semper qđ gignitur, illud est non ens. Itaq; secūdū illud si ens est, nō secūdū illud ex quo, est quicquid gignitur. Non ergo mouebitur non ens. similiter neq; quiescet. Ná si moueretur, etiá conquiesceret. Alia ratione quoq; arguere licet. quia quicquid mouetur, in loco est. Non ens autē quomodo in loco est? ná si in loco esset, alicubi utiq; terminaretur. Cæterū non ens nullibi est. Postea q̄ igitur generationē motū non esse ostēdisset, sed mutationē, corruptionē quoq; huiuscemodi naturæ esse demonstrat, ut scilicet ipsa motus non sit. Etenim inquit corruptio cōtraria generationi est ná si corruptio motus esset, sibi quidē motus uel quies cōtrariū esset. At uero contrariū huic generatio est, neq; motus neq; quies contrariū est, sed mutatio. Náq; generatio & corruptio sunt per oppositionē, obidq; mutationes existūt. Mutationes autē ex subiecto in subiectū, motus sunt. Opposita uero uel contraria uel intermedia sunt. etenim extrema intermediis quoq; tanq̄ contrariis utuntur. Quoniam uero oppositio contrariorum alia est, & quæ secundum priuationem, & habitum alia, ponatur inquit & ipsa priuatio tanquam contrarium. Et quod non indutum est ad indutum secundum oppositionem affirmatiuè declaratur secūdum priuationem, & nudum dicitur. Atq; hinc in tribus tātum prædicamētis positum esse motum ostēdit, in quātitate, in qualitate, & in ubi. mutationē uero propriè in substātia constituit. In reliquis autem prædicamētis & motum & mutationem omnino tollit.

NEQVE in eo, quod aliquid, utiq; est.

Quum in substātia mutationem collocasset, generationem præcipuè atq; corruptionem in quāto autem auctionem ac diminutionem, quæ propriè motiones sunt, & in quali alterationem, & in prædicamēto ubi lationem, in reliquis prædicamētis motionem nullam esse ostēdit. Nanq; uerbi gratia dextera pars non mouetur, uel qui a dextra sedet, non necessariò mouebitur. Contingit enim, ut ille quoq; nil quicquam motus altero mutato qui prius dexter fuerat, sinister nunc euadat. Quare huic quoq; per accidens adest motus. Sed ne facientis quidem & patiētis & in summa mouentis uel eius quod mouetur, motus ullus existit. Non negat autem moueri, quicquid patitur. nanq; in hoc motus est. Primo quidem si mouebitur motus, dupliciter moueri contingit uel tāquam subiectum quoddam. Et quonammodo erit motus subiectum, qui motus in subiecto inest, neq; citra res, quæ mouētur, ullus extat motus. Vel q̄ aliud quid subiectū existit, sicut quum dicimus motus morbus est in ualetudinem, q̄ is qui morbum uel febrem habet, ex morbo motus in sanitatem fuit. Sed ne hoc pacto quidem motus mouebitur, præterquam per accidēs. perinde ac si quis diceret, lectio in sanitatem mouetur. Mouetur enim lectio, quæ motus est, propterea, quia is qui legit, mouetur. Alia nanq; species est sanitas & alterius motus ac non lectionis. Inter hæc uerba autem motū quoq; atq; corruptionem intertexit, & ait sic. Generatio quoq; atq; corruptio eadem ratione procedunt, in opposita tamē. at motus non similiter. perinde ac si sentētia uerborum suorū talis esset. Motū moueri attestari uelle, speciē quādam, in generatione & corruptione similiter habere locū uidetur. Quia enim de generatione dicebamus, non moueri non ens, ideo moueri generatio in formam uidebitur, sicut hoc etiá loco lectio, quæ motus est, moueri in sanitatem uidetur. Sed neq; hic, neq; ibi. Quū uero opinionem de ipsis similem esse dixisset, nunc & differētiá ipsarum explicat, quū dicit. Hic quidem subiectū non est, ibi uero est. atq; hunc motum moueri in aliam formam uidebitur, quū subiectum sit illud, quod mouetur. Et si hoc erit, plura absurda, atq; incommoda consequētur. Ná si mouetur homo ex insciētia inter legēdum, familiare utiq; illud est, in quod, ei, ex quo, q̄ uidelicet ex insciētia in sciētiam homo mouetur. Quod si lectio rursum mouetur, in aliam speciē mouebitur, & in quamlibet mouebitur. Perspicuū igitur est quoties ægrotauerit quispiam, quum ex morbo ægrotás mouetur, istū hominem mutatū fuisse non in sanitatē sed uerbigratia in sciētiam Nanq; motū interdū sisti & quietē fieri ipsum cōtingit. Quod si rursum in aliū motū mouebitur, in non quamlibet motus mouebitur sed forte in oppositū. Ita in ægrotationem, cuius species alia est ad speciem conualescentiæ. & qui ægrotat, mouebitur in conualescentiam. Ipsa porro in alterum motum ægrotationem, hæc autem species est, Quare is, qui mouetur, non mouebitur.

ITEMq; abibit in infinitum, si mutationis mutatio erit.

Item si huiusce prioris posterior mutatio erit & prior mutatio altera mutatione posterior fiet Ergo si posterior mutatio erit, & prior fuit ut huius mutatio posterior esset. & hoc infinitè.

ibit. Et aggreditur explicatq; talem rationem in simplici mutatione, quæ & proprie' mutatio est. sicut & ultimum argumentū paulo' post ex motu proferet, quum dicet item si tres species motus existēt. Nunc autem ex simplici generatione exemplo clarificat hoc absurdum. Esto igitur generatio simplex, ꝙ & cuiusdam prioris generationis generatio est secūdum hoc constitutū. Facta igitur ipsa interdū est posterior generatio secūdū priorē. Ergo si generatio facta est & ipsum, quod gignitur, factū fuit. non simpliciter tamē factū fuit, sed factū quidpiā fuit hoc est quod gignitur. Et rursus illud prius genitū, circa prius generationis genitū fuit. Ita non fuit aliquādo, quamuis genitū foret. Quia uero rerū infinitarū prius nō est, primū generationis generādiq; nullū erit. Quod si primū nō est, neq; proximū est. ad ultimū neq; quidpiā gignitur, neq; quidpiā mouetur, neq; quidpiam mutatur, propterea ꝙ primū, unde mutari quispiā incipiat, neq; proximū, quod attingat, nullū habet. Præterea si motus erit motus, nonne cūctis suffraggiis utiq; explodetur? Causa est, ꝙ motus motū, quē habet, eūdē specie mouebitur. Hoc est siquid in sanitatē mouetur, huiusce quoq; motus si mouebitur, & consistet motus & conquiescet. Et siquid gignitur, & generatio illius mouetur. Detur generationē illam corrūpi. fiet profecto', ut res quum gignitur, tunc corrumpatur. Nam ipsius generatione interempta uel requiescente & res ipsa prorsus interibit. At eandem rem esse simul, quæ & corrumpatur & generetur, uitiosum utiq; & absurdum est. Neq; enim statim quicquid gigni incipit, neq; posterius statim ac genitum est, sed quicquid interit atq; corrūpitur, esse iā debet tum, quū corrumpi incipit. Huc accedit, ꝙ siquid gignitur atq; corrūpitur, & materiam quādam habet. Materia igitur ipsius motus quæ erit? uelut sunt corpus uel anima tanquam materia alterationi subiecta. Scriptum quoq; inuenitur & aliquid. & ex hoc aliud prodit argumentum hoc modo. Quemadmodum quid est, hoc est quod mouetur corpus uel anima, hoc aliquid est τόδε τι. Sic & hoc aliquid esse generatio debet uel motus, tanquam genitum quid & materia. Et rursum esse quoq; forma quædam debet, in quam mouentur. Simul autem & quomodo stabit addiscentiæ generatio. Nanque addiscentiæ ortus ac generatio disciplinarum summum studium ac labor forte' est. Quocirca neq; generationis generatio est. Item si motus sunt species tres quemnā de hisce motum motus mouebitur? Præterea quia tripliciter motus efficitur, per accidēs quidem moueri motum contingit, aliter aūt non contingit. Motū autem per accidens missum iandudū fecimus.

QVONIAM uero' neq; substantiæ neq; eius, quod ad aliquid.

Quamobrē substātiæ motus non fit, dictū iā est, propterea ꝙ mutatio sola & non motus in ipsa est. Quoniā uero' neq; eius, quod ad aliquid, neq; ipsius agere neq; ipsius pati motus est, reliquitur, ut triū prædicamētorū motus existat, quāti, qualis, & ubi subauditis & reliquis prædicamētis, ꝙ in his quoq; motus nullus existit. Aut enim stat res, aut recūbit, aut mouetur. hæc magis quietis sunt quā motus. Tamē ne in habere quidē prædicamēto inest motus, ꝙ hoc pluribus modis est. Et propter hoc, quia habere declaratur prout afficitur quidpiam uel disponitur, fit dispositio sanitas et scientia. Quæ uero' tanquā materia & fines motuū & persuasionū disciplinarumq;, immota sunt. At prædicamentū quando quid est, cur non habere motū debeat? Vel hoc quoque actionis ipsius motus finis existit, ac non motus. Itemq; & imaginatio definitionis, finis ac temporis. Et si tempus motus esset, in quādo quoq; prædicamēto motus esset. Sed motus numerus tēpus erat, sicut prius disputatū fuit. Aliter autem nullus alius motus præter eos, quos diximus, peragitur siue peragetur in prædicamēto quando. Sed illi quidē tres motus sua ipsorū prædicamenta clara atq; perspicua habēt, in quibus late' uim ostendunt suam. In quoq; enim ipsorum contrarietas inest. Ex quo & motus opportunitas existit. & eius quidē, quæ est secundū quale, commune nomē alteratio est. Non dico tamen quale, quod in substātia inest, secundum quod res ipsa formatur. Sed dico quale passiuum, secundum quod pati quid, uel impatibile quid esse dicitur. Eius aūt motus, qui est secundum quantum, cōmune quidē sine nomine ἀνώνυμον est, auctio uero & corruptio per propriā gemināq; nominationē, contra ac alteratio est. Ea nanq; cōmune nominatū gerebat, quod uero per propriā geminamq; nominationem καθ' ἑκάτερον est, indifferens atque indiscretum nomen gerebat. At eius, qui est secūdū locū, & propriū & cōe sine nomine est. Quid, an non latio dicitur? dicitur quidē sed improprie'. Nā ea ferri proprie' dicūtur, quæcunque inanima, & quæcunque ab alio extrinsecus motū accipiunt ἑτεροκίνητα. Quærit & de mutatiōe, q̄ in ipsa forma inest, f̄m magis & minus hoc est aliqd, ꝙ minus albū est, ad magis albū mouetur. Et q̄m inqt ex cōtrario in contrariū motus est, quid dicēdum erit hasce alterationes, num contrarias? & hæ quidem contrariæ dicēdæ erunt

secundum

secũdum quampiam portionẽ modum ue κατὰ τὸ πῆ. Quemadmodũ dicimus motũ ab albo in fuscum. unde ea res, quæ ad minus properat, mutari in contrarium dicetur. Quæ autẽ ad magis, ex contrario. Quis autẽ huiusce sermonis sensus est? ipsum enim magis contrariũ ipsius minus dicere propemodũ uidetur, at ipsum minus non esse contrariũ ipsius magis. Atqui hoc modo, ꝙ & ad aliquid sunt. Tamẽ ipsum magis tãquã potẽtius & efficacius contrariũ dicit perinde ac siquis diceret non ipsum magis ab ipso minus uinci atq; superari, sed ipsum quidem magis imbecillius redditum ipsius minus naturam recipere. at ipsum minus ab ipso magis superari, & secũdum quale in ualẽtiorem naturam se uindicare.

IMMOBILE autem est, quod in uniuersum moueri nequit.

Hinc quũ in animo habeat de quiete uelle simpliciter disserere, de immobilibus rebus, quot modis significẽtur, prius loquitur. Immobile igitur inquit est, quod in uniuersum nequit moueri, sicut poli totius mũdi. uel forma ipsius rei, quemadmodũ & ãtea dixerat. & quod i multo tẽpore ægre mouetur. Vel quod tardius moueri incipit, quod quidẽ δυσκίνητον ægre mobile dicitur. Non dixit tamẽ id quod multo tẽporis spatio ægre mouetur, ægre mobile, sed illud, quod tardius incipit. Nanq; illud etiã si ægre mouetur, tamẽ quũ perbelle & cõmode cœperit, assidue mouetur. Et si in suo ipsius motu otiose cessat segniterq; cũctatur, pergit tamẽ moueri, secundũ quod natũ est ad mouẽdũ, siue celeriter, siue lẽte. Quod uero tarde inchoat motũ suũ, ægre mobile est, ꝙ ad immobile ꝑpius accedit. & nisi causa quædã esset, quæ habiliter apteq; ipsũ moueret, nunq̃ moueretur. atqui hoc quoq; tarde mouetur. Est & aliud immobile, quod scilicet moueri natum est & potest, non mouetur autẽ tum, quũ moueri natũ fuit, & quod aptissimũ ad motum est, ut puer & non infans. Et ubi, hoc est in terra & nõ in aere. uel in mari. quũ pedestris naturæ sit. Et quomodo hoc est in pedibus & non in præsidio alarũ, quũ terrestris pedestrisq; naturæ sit. Neq; enim uolatũ in homine desyderamus, tanq̃ ipsum appellare immotũ uelimus, ꝙ non uolet, & ꝙ in aqua non moueatur. & quia infans recẽs natus νεογνὸν non moueatur neq; pedibus incedat. Ipsum igitur immobile solũ inter reliqua & quiescẽs nomino. quies enim motus cõtrariũ est. Ita priuatio recipiẽtis est. Et quemadmodũ priuationẽ dicimus, quũ non habet, quod natũ habere quidpiã est & quomodo & ubi. Sic & hãc quietem iure dicere soliti sumus. Deinde capitulatim colligit concluditq;, quæcũq; pertractauit. Post quas res statim quærit, quid sit unã, seorsum, ac reliqua huiusce generis. & quibusnã qualibusue rebus hæc adueniãt, considerat. Nam ligno & aeri continuatio forte neq; cõmissio ulla est, ꝙ ipsorũ extrema in unã uenire naturã nõ possunt. Tãgere autẽ aliam rẽ aliã, ꝙ ipsarũ extrema simul ut sint, a natura habẽt. At intermediũ illud est, in quod primũ id quod mouetur suapte natura ꝑuenit, q̃ in illud, in quod extremũ mutat & ultimũ. Nã quod ex albo primũ mouet in fuscũ siue subnigrũ prius uenit, q̃ in nigrũ. ꝑpter hoc in trib⁹ ad summũ minimis intermedii natura tota consistit. At illud cõtinue mouetur, quod nullã uel q̃ minimã motus intermissionẽ facit. Neq; hoc in tẽpore requirẽdũ est, tẽpus enim semper continuat cursum suũ, ipsũq; est, quod actione rei cõtinuã facit συνεχίζει. quanq̃ paululũ intermittitur, quemadmodũ post hypaten nete edit solum re ipsa uidelicet in intermedio actu paululum remissa, hoc est modulatione.

CONTRARIVM uero secũdum locum illud est, quod per lineam directam distat plurimum.

Quum dixisset extremũ mutationis contrariũ esse de intermedio loquẽs, in quod primũ res ipsa peruenit, q̃ in quod ultimũ & extremũ natura sua peruenire debet, extremũ autẽ ipsum contrariũ, quoniã & ipsa contria secũdum qualitatẽ ex contrariis secũdum locũ suam ipsorũ definitionẽ indipiscũt, sicut in uolumine quoq; de interpretatione ipse retulit, ꝑpter hãc causam infert definitq;, quid sit contrariũ secũdum locũ. Illud igitur secũdum locũ contrariũ esse ait, quod per lineã directã distat plurimũ, siue ꝑ longitudinẽ, siue ꝑ latitudinẽ siue per altitudinẽ. Ex q̄bus quidẽ distãtiis atq; dimensionibus triplex quoq; contrarietas existit, sursum ac deorsum, dexterũ ac læuũ, ante & post Volẽs autẽ docere, quemadmodũ quilibet motus extremũ habeat, ac potius motus secũdũ locũ, neq; in infinitũ procedat, ex hisce negotiũ huiuscemodi apparat & molitur. Dicit enim motum secũdum extrema finitũ esse atq; terminatũ. id quod ex his, ex q̄bus minima terminatur, facile cognoscitur. Hoc est uerbi gratia sit albefactio. motus is in hoc quidẽ subiecto fieri potest ad summum per unũ diẽ. potest autẽ & quod minimum est, confici per horã unã. Quoniã igitur albefactio talis breuiore spatio tẽporis fieri potest, sed minimũ ipsius per horam potest, ipse unius horæ motus & albefactionẽ, quæ per amplius tẽporis spatiũ ut puta per unũ diẽ confieri natura sua

poteſt, totam metietur. Et quia maior a minima eademq; finita ac terminata permetitur, & ipſa proculdubio erit finita. Secundum igitur ipſius motus quātum, minimum non extat. Secūdum uero motus formationē ἀσβποίησιν, minimū inuētum eſt. Atq; id ex albefactione & ex eo exemplo, quod ipſe adpoſuit, facile apparet. Deinceps porro illud eſt, intra quod ſolum poſt principium poſitū atq; collocatum & ſic terminatum uel poſitione, ſicut in iis quæ ex quodam artificiali motu collocātur, uel natura ſicut in iis, quæ naturaliter generātur, uel in aliquo quodam motu, & intra illud, cui deinceps eſt, hoc autem ὑπερβατόν ex ſuperuacaneo inſertum fuit, propterea quia quicquid medium interiacet, intra res quippe duas interiacet, nihil de iis, quæ eiuſdem generis affinitatem inter ſe habēt, medium interuenit. Et enim domus domui deinceps eſt, quanuis medius inter ipſas aer uel unda interfluat uel aliud rerum quid inter ipſas, exurgens. Satis eſt tantum rem nullam mediam interiacere de iis, quæ eiuſdem generis affines ſunt nanq; poſterior domus primæ deinceps eſſe dicitur. Proximum autem ſiue in hærens ἐχόμενον, quicquid deinceps poſitum ab aliquo tangitur, interdum etiam cum eo ſimul habetur. Nam continuū τὸ συνεχὲς ab eo nominatur, ꝙ res ipſæ ſimul habētur atq; continētur. Nanq; continuū tum illud eſt, quū non tangitur ſolum, ſed etiam cuiuſq; extremū unum efficitur. Qualibuſcunq; autē intermedium accedit, cōmemorat. Quia inquit omnis mutatio eſt uel ſecūdum contradictionem κατ᾽ ἀντίφασιν ut in generatione & corruptione, uel ſecūdum contraria ſicut in aliis, in ipſis contrariis erit intermediū. Ratio eſt, quia contradictio uel oppoſitio medio caret. at contraria quædā quoq; ſunt, inter quæ medium quid interuenit ἔμμεσα. Continuum autem in hiſce rebus efficitur, ex quibus unum quid confieri natum eſt. Et non nunquam omne, totum efficitur, ſi quædam non abſq; extremo eſſe tecum ipſe cum animo cogitaueris. Nanq; continuū extrema duo non habet ad hoc, ut contingātur ſolum, ſed duo extrema, unum habet.

DEINCEPS autem omnium eſſe primum, manifeſtum eſt.

Quum quibuſnam continuum adueniret, explicaſſet iis ſcilicet aduenire dicēs, quæ unum multiplici uia eſſe poſſunt. Hæc autem continua efficiūtur uel glutino uel clauo ſiue conſtrictura ut in aſſerulis oſtii conglutinatis uel clauo coaſſatis & in unam ſpeciē conformatis. uel attactu ut in ſectionibus duplicis aeris. uel adnaſcēdo ut in ramis ab uno ſatu germinantibus & floreſcentibus. Nunc dicit deinceps omnium horum eſſe primum, ac deinde ſubſequi contactum. Niſi enim cui quid deinceps atq; in eius uicino fiat, uel huic illud, alterum ab altero nunquam tāgitur. Quod ſi non tāgitur, continuū non efficitur. Propter hoc inquit in primis quoq; eſſe deinceps uidetur. Tria nāq; duobus deinceps & conſequētia ſunt, & quatuor tribus, tactus autem in ipſis nō intereſt. Nam linearū quæ contactus habēt, numeri primi ſunt, propterea ꝙ & ipſa arithmetice geometriæ præcedit. & prior pūcto unitas eſt, tāquam hæc abſq; poſitione ſit, illud autē cum poſitione ſtet. Ac rurſus ſi continuū eſt, tāgatur prius oportet. quod uero tāgitur, non continuū ſtatim efficitur. Nanq; eorū, quæ tāgunt aliud aliud, extrema quidē unū ut efficiātur, neceſſariū non eſt, ut omne ſit continuū. eſſe uero ipſa ſimul nihil uetat. Hoc nāq; propriū erat extremorū, quæ tāgebātur. Quare ipſe coalitus ἡ σύμφυσις a continuitate rerū contactarū poſtremus eſt. Si enim coaleſcēt & in unum concreſcēt, tangātur prius neceſſe eſt. In quibus autē tactus non intereſt ut in numeris, in hiſce deinceps duntaxat eſt. neq; coalitus eſſe in his poteſt. Quocirca ſi ſeparata per ſe forēt & pūctū & unitas a pūcto, & unitas a rebus numerabilibus, & per ſe ſubſtātiæ eſſent, quemadmodum Pythagorici dicebāt unitatem quidem ſubſtātiam abſq; poſitione οὐσίαν ἄθετον, punctum autem ſubſtātiam cū poſitione θετὴν οὐσίαν, unitas & punctum ut unum idemq; eſſent, nullo pacto poſſet. Etenim punctis facultas tāgendi adeſt, non per ſe tamen, ꝙ a pūcto pūctum non tangitur, ſed tāgere linea lineam poteſt per ipſa puncta. At unitates deinceps duntaxat habēt. & inter puncta medio uenire quicquam contingit, ꝙ linea ſemper inter duo puncta media interiacet. At intra unitates medium quid interiacere non eſt neceſſe. nanq; intra unitatem ac duitatem medium nihil intercurrit. Plærunq; tamen & intercurrere quicquā natum eſt. nanq; intra unitatem ac trinitatē dualitas media intercedit, quæ & ipſa unitas geminata exiſtit. Quum igitur omnem de hiſce ſuſceptum ſermonem abſoluiſſet, de uno motu iam dicere incipit. Quoniam ergo is eſt? Quia igitur in aliquo eſt, de hiſce uiam philoſophandi triplicem inſtituit.

GENERE igitur motus unus eſt ſecundum figuras prædicamenti.

De motu genere uno, & rurſum de motu genere alio ac diuerſo, ac de motu ſpecie uno ac rurſum

ſum de motu ſpecie alio primum diſputat. Vnus igitur genere motus is eſt, qui ſecũdum eandem prædicaméti figuram exiſtit. hoc eſt nigrefactio & albefactio, unus genere motus eſt, ꝙ ad idem prædicamẽtum qualitatem redigũtur. ipſum autem ad ubi. At unus ſpecie motus eſt, quũ principaliter unus genere motus eſt, & cum hoc in ſpecie indiuidua ineſt. hoc eſt albefactio unum ſpecie motum habet, quem & alia albefactio. Ad idem enim genus alterationem referuntur. Sed & in ſpecie quoq; indiuidua conſiſtũt, albefactio enim non diuiditur in ſpecies, ſed in ſubdeſcendentia ὑποβεβηκότα diſtribuitur. ut color in albũ & nigrum. Ideoq; nigrefactio & albefactio ſpecie aliæ diuerſæq; ſunt, genere autem unæ eædemq; ſunt. Si quædã uero ſunt, quæ & genera & ſpecies exiſtant ut τὰ ὑπάλληλα ſubalterna, in illis quoq; unus ſpecie motus inquit dicetur. ſimpliciter aũt unus ſpecie nõ dicetur. ut ſciẽtia quidẽ ſpecies eſt opinionis receptæ, genus aũt arithmeticarũ ſciẽtiarum, geometriæ aritmetices & reliquarum. Ergo addiſcentia ſeu perceptio ἡ μάθησις geometriæ & perceptio arithmetices quum duo motus ſint, & qui ad finem aliquem ſciẽtiam reſpiciant, etenim ſciẽtia tanquam finis & ſpecies magis immobilis exiſtit, at perceptio motus eſt. ipſæ inquam duæ addiſcentiæ atq; perceptiones quum ſecũdum ſciẽtiam motus ſint, unus ſpecie motus erunt, ꝙ ſciẽtia & genus & ſpecies eſt. Sed potius ex eo ꝙ ſpecies receptæ opinionis eſt ipſis addiſcentiis atq; perceptionibus ut ſint motus ſpecie unus & non genere concedet. quãquam priuatarum ſciẽtiarum ſciẽtia genus eſt, tamen ſimpliciter proprieq; motus ſpecie unus nõ dicetur ob uim ſciẽtiæ ſubalternam. Hoc autẽ ex eo factũ fuit, ꝙ ſecũdum eiuſdem prædicaméti figurã exiſtit ſub qualis enim prædicaméti iura cadit. Hinc dubitat & ambigit, an motus ſpecie unus ſit, quum idem ab eodẽ in idẽ & rurſum ab illo in hoc quidpiã mouetur, ꝙ ſcilicet ſub idẽ prædicamẽtum ubi reuocãtur. Quod ſi iſtuc inquit eſt, motus orbicularis ἡ κυκλοφορία idem erit, qui & rectus, propterea ꝙ & in hoc & in illo rurſum ac rurſum regreſſus eiuſdem ab eodem in idẽ eſt. & in orbem perreptatio circuitioq; idem erit motus, qui & inceſſus. Soluẽs autem hãc ambiguam orationẽ ita ait. Vel deciſum definitũq; illud eſt, in quo motus ille efficitur, ſi aliud ſpecie ſit. nanq; & alii diuerſiq; motus erunt. Is enim motus in orbiculari, ille autẽ in recta linea ſit. Orbicularis autẽ & recta linea ſpecie aliæ ſunt, ergo & alii motus erunt, qui in ipſis inſtituẽtur. De ſimpliciter uno motu deinceps loquitur, quem ex tribus rebus extruit, quæ in quolibet motu uerſantur. quod & in quo hoc eſt in loco uel ſpecie. & quãdo ſecũdum tempus. quod uero illud eſt, quod mouetur. Atq; hæc indefinite explicat, & unum numero motum definiẽdo docet.

HORVM autem unum ſpecie uel genere motum eſſe.

Quoniam tria ſunt, quæ in quoq; motu conſiderantur ὅ, καὶ ἐν ᾧ, καὶ ὅτε, quod, & in quo, & quãdo, ſecũdum illud in quo inquit, quod & rem uocat, cuiuſmodi eſt, ſi in loco uel in paſſione inuenire quidpiam eſt, differẽte & eo quod mouetur, & tempore quo mouetur, eadem autem ſpecie ſola ſiue paſſione remanẽte, erit ſpecie quidem ſiue genere motus unus. Sicut rei docẽdæ gratia, aliud & aliud mouetur, & in alio & alio tempore mouetur ſecũdum albeſcẽtiam, illa albeſcẽtia & hæc albeſcentia ſpecie una erit. Motum autem genere unum eſſe ſic habeto. Sit quidpiam, quod modo albeſcat, ſit & quod nigreſcat, in paſſione autem utrunq; & non in loco altero ſit, ii certè motus unus genere futuri erũt. Nam illud, in quo mouetur, ſubalterationem cadit, & ſecũdum alterationem unam eãdemq; ſubit naturam, quãuis hoc nigrum, illud uero album ſit. Quid aũt ſibi uult uox illa quod uero habetur uel coniũctum eſt τὸ δ' ἐχόμενον, in tempore eſt hoc uidelicet, perinde ac ſi in hunc modum loquutus eſſet. Eſt & hoſce motus inter ſe implexos eſſe poſſe, implexos autem ſecundum tempus. Sicut exempli gratia quum primus motus eſſe deſiit, ſecundũ incipere atq; ii quidem motus continuari alter alteri nunq; poſſet, ꝙ is quidem albeſcentia ille uero nigreſcẽtia eſt. implexi uero & adiũcti alter alteri in tempore fieri plærũq; poſſũt neq; enim ab altero uno intermiſſio ſit. Simpliciter uero unus numero motus dicitur tum, quũ in hiſce quoque tribus unum inuenitur & quod & in quo & quando tale autẽ eſt. ens unum modo ne ſecũdũ accidẽs unum ſit; ſicut quum dicimus albus nigreſit, ſed homo, & nõ quod modo homo eſt, modo albus, uel coriſcus & ambulãs. neq; cõmũe Eſſet nãq; duo ſimul homines ſecũdũ unũ motum ſaneſcẽtiam ὑγίανσιν eandem in eodem tempore cõſaneſcere. ſed duo homines eſſet, & nõ unus homo. & propter hoc ũus ſpecie motus & nõ numero ũus erit Et alia uia adprobat mũitq; rationem ſuam & ſubiectum quidem & in quo idem retinet cuſtoditq; dũtaxat aũt tempus uariat. Si motus hi unus numero dici poſſũt ſed nõ poſſũt inquit. nãq; prior motus interit quod ſi quis dixerit, & motus quoq; poſterior peractus occubuit & interiit. Ipſe quoq; motus inquit palã m idem

dicatur, unus uero', nequaq̃. Dubitat rursus, quoniam fluunt mouenturq; corpora, quæ habitudines in se habent, neq; in eodẽ unq̃ perstãt, quæso quid causæ est, cur hemeresia ipsorum ualetudo una appelletur corpore præsertim, quod habet ualetudinẽ, fluẽte atq; perlabẽte, neq; eadẽ unq̃ substantia remanẽte? Quod si ualetudo corporis matutina eadem est, quæ & nunc, quanquam subiectum idem non habet, quamobrem & hæc & illa non una numero est, quoties quisquam ualetudinẽ recuperat intermissam? ratio nanq; eadem est. Hoc tamen interest, q̃ si ualetudo actu una est & tanquam numero una, & duas quoq; habitudines numero unam esse necessarium est. unus enim numero actus unius numero est, ut secundum actum ipsæ quoq; habitudines existant. Sin habitudo una est, non cuipiam statim & unus esse actus uidebitur. Esto enim habitudo eundi una, actus autem conquiescant, & denuo ac denuo oriantur. Ita si unus & ipse erit actus, eundem oriri atq; interire sæpius contingit.

VNVS enim numero actus unius numero est.

Si duo actus sunt tanquam numero unus, secundum hoc idem subiectum, q̃ uidelicet subiectum unum est, hoc est homo discens. Si igitur actus duo numero uno sunt secũdum subiectũ, geminæ quoq; habitudines una sint, necesse est. Duos autem actus intelligit, tanquam qui in alio atq; in alio tẽpore gerãtur. Nam habitudo una est uidelicet sanitas, & unius habitudinis plures actus existunt. Ergo si duo actus unus sunt, multo' magis habitudo una erit, quãquam in alio atq; alio tempore eadem habitudo gignitur. Non e' conuerso tamen se res habet. si habitudo una est, iam & secũdum ipsam actus unus. Etenim unius eiusdemq; scientiæ plures actus existunt. homo nanque & aliquando erit, & aliquãdo desinet. At habitudo secundum speciem perfecta & absoluta permanet, neq; interibit.

QVONIAM uero' continuus omnis motus.

Omnis motus continuus est ipse uidelicet per se se, q̃ cũ eo quod fertur, in infinita diuiduus est, sicut cum nũc tempus ipsum & cum pũcto magnitudo linealis. Quum igitur sic se habeat res, simpliciter & præcipue' motũ numero unum continuum esse necessarium est. Hoc autẽ dicit, ne plærũq; a tempore interpelletur atq; intersecetur. Nõ solũ autẽ esse continuũ oportet unũ, sed etiam continuũ esse unum necessarium est, perinde ac si motus duo esse iudicarẽtur. Iidẽ autẽ specie sunt hoc est albescẽtia & utriq;. Quod si extrema ipsorum alterũ alteri continẽtia sunt, neq; intermittũtur uel deficiũt, unus atq; cõtinuus efficiẽtur. Quare autẽ iidẽ specie sunt? propter hoc uidelicet, quia non omni omnis continuus efficitur, quemadmodũ neq; cuilibet quodlibet annectitur & cõtinuatur. Sed quorũ extrema unum fieri nata sunt. Extrema autẽ, quædam non sunt, alia specie & æquiuoca, sicut albescẽtiarum extrema. Quædã autẽ sunt, alia specie & æquiuoca, ut lationis ultimum & extremũ febricitationis. Sic igitur legẽdus locus est, & uerba illa, alia specie & æquiuoca & ad quædã sunt, & ad quædã non sunt accõmodari debẽt. & intellectum uerborũ facilẽ planumq; habebimus. Aliter autẽ dicere uidetur. extrema autẽ motuum quorũdam nõ existunt, quorũdam existunt alia specie, tanq̃ extrema non sint & specie eadem. Præsertim etiã quum iste & motum omnem per rectã lineam circũscribat, ut sit ex aliquo in aliquod absq; solo motu orbiculari huiusce uniuersi, cuius motus extremũ nullum constituitur. Horum itaq; motuũ, qui specie alia extrema gerũt, continuũ reiectum explosumq; est Habere autem extrema implexa innexaq; ἐχόμενα prorsus conueniet. quispiã enim inter currẽdum in febrẽ statim incidit. & finis quidẽ cursus, febricitationis autem initium extrema fiẽt, & annexa adhibitaq; alterum alteri erũt. & motus quidem adpliciti annexiq; non continui & ipsi unus erũt, quemadmodum & in cursu fiebat, in quo faces adhibebãtur. Eo enim cursus certamine ii qui currebant, inter currendum uice inter se partita ἐν διαδοχῇ facem accensãm alius alii dabãt & accipiebãt, rursumq; accẽsam conseruabãt. Hic ergo lationis primi extremum, & lationis secundi initium quanquam in eodem tempore efficiebatur, continua fieri nullo modo possunt, quãuis etiã sub idem prædicamẽtum ubi hi motus subiaceant. Quia tamen est alius & alius, qui mouetur, propterea hi motus adhibiti implexiq; alius alii esse dicentur, continui tamẽ ipsi & unus esse nũquam dicẽtur. Si itaq; in hoc uno genere motus continuũ cohærere non potest, quanto' magis in latione & febricitatione, quæ alia genere sunt, cohærescere non poterit. Vt enim deinceps & annexum secundum tempus & implexi consequentesq; motus dicuntur, quod tẽpus continuum est. Sic motus ipsi continui dicuntur propterea, quia continuantur. Et quoniam tempus esse continuum propter simplicem motum fatendum est, imprimis oportet specie eadem existat sanescentia & sanescentia & in uno subiecto & in eodem

tempore

tempore. In eodem quidem tempore, ne quiete aliqua intercepta duo & non motus unus existat. Nam si motus statu atq; intermissione aliqua temporis intercipitur, ille neq; unus neq; continuus est. Quod si specie unus motus non sunt, hoc est latio & febricitatio, ne continuum quidem temporis ad hoc, ut ipsi unus sint, quicquam confert. Qui enim motus numero unus est, idem & specie unus sit necesse est. Quod si specie unus est, hunc statim numero unum simpliciter esse non est necessarium.

QVINAM igitur motus simpliciter unus sit, iam dictum est.

Quum de uno differere aggressus sit, & quum motum proprie unum atque simpliciter numero unum continuúq; esse pronuntiarit, quanquam motus quidam ratione unus & alii diuersiq; specie unus dicuntur: Etiamnum de uno motu loquitur, eum unum uidelicet esse asseuerans, qui perfectus ac tanquam omnibus partibus sit absolutus. Siue secundum genus unus sit, seu secundum speciem, siue & numero, quem secundum substantiam unius dicit. Et si talis motus ab omni parte perfectus est neq; quampiam sui partem desiderat ἀνελλιπὴς, unus equidem uocatur sicut & in aliis. Quicquid enim perfectum ac totum est, substantiam participat unam, tanquam quod plene perfecteq; integrum ὁλόκληρον progenitum sit & secundum suam ipsius formam absolute unitum, secundum subiectam materiam tamen diffusum dispersumq;. Accidit autem & aliquando, motus aliquis quanuis imperfectus sit, solum autem continuus secundum tempus, is unus ut dicatur. Præterea etiam citra eos, quos diximus, unus alio modo æquabilis motus dicitur. Motus nanq; inæquabilis quanquam continuus est, non propter hoc tamen unus est. inæqualitate enim ipse diuiditur atq; discerpitur. Videtur autem inæquabilis motus ipse a seipso differre plurimum, ut magis minusue inæquabilis existit, At motus is, qui modo magis efficitur, modo minus secundum hoc diuiduus est. Aequabiliter autem uel inæquabiliter non in latione solum inest, sed & in alteratione & auctione & corruptione & ubiq; inest. Hoc autem adiicit, atq; hic æquabilem motum unum esse arguere uidetur. Differt uero inæquabilis, q quia motus unus in omnibus & non in latione solum quæritur, æquabile uero & inæquabile in omnibus quoq; inuentũ est, haud immerito quidem secundum etiam hæc duplex extat differentia. Vel enim in eo est, q differt & inæquabile illud est, in quo mouetur. Nam quum magnitudo sit inæquabilis ut inflexa obtortaq; uel helica, quanquam continue & æquabiliter mouetur quicquid mouetur, huiusce tamen motus ut æquabilis & planus undiq; existat, fieri nullo pacto potest, propterea q illud quoq; super quo mouetur, inæquabile est. Neq; enim quælibet pars illius quod mouetur, in qualibet magnitudinis parte bene cohæret & apte quadrat. Atq; is rursus inæqualis motus est, quippe qui neq; in substrata magnitudine neq; in quando uidelicet tempore quicquam differt, neque in eo in quod, hoc est secundum finem motus, sed in modo rationeq; discrimen habet, Quia hoc interdum celeriter, interdum tardius mouetur in magnitudine æquata & complanata. Cuius igitur celeritas citatioq; eadem, æquabilis est, cuius uero non eadem, inæquabilis.

IDEOQVE non species motus.

Si species motus uel differentiæ motus essent celeritas & tarditas, non in omnibus motibus, & qui differunt secundum speciem, reperirentur. Atqui celeritas tarditasq; omnes motus inter se specie diuersos consequuntur & comitantur. Nempe si species seu differentiæ essent, motus a motu propter hasce uel secundum hasce differret. Sed non differt. Hinc & aliud affert, quemadmodum neq; grauitas uel leuitas in eundem locum differentiæ sint. Vere quidẽ hæ differentiæ sunt, quibus prima elementa rerum aliud ab alio differunt. Differt enim a terra ignis, q is quidem leuis, illa uero grauis. Tamen terræ grauitas ad ipsam rursum, uel leuitas ignis ad ipsum rursum nõ natæ differre sunt. quum uerbi gratia dicimus hanc quidem terram grauem esse, illam uero leuẽ uel non ita grauem. Neq; terra a terra hoc discrimine interest. sed ne substantialis quidem differentia atq; constitutiua οὐσιωτικὴ hæc est. Si enim substantialis esset, hæc quidem terra foret, illa autem aliudquid, nisi forte grauis, sed non terra. Nunc autem omnes & hæc & illa, diuersitatesq; & difformitates. Et si propter hæc alia ab alia distarent, hoc esset quomodo ab homine homo differt, q is albus est, uel ille niger. Resumens itaq; orationem suam ait hunc quoq; inæquabilem ac difformem motum existere in eo, q continuus quidẽ unus est, minus uero unus, id quod si lationi accidit, quæ super flexa linea fit. Minus autem mixtura contrarii semper est. Ergo si omnem motum unum & æquabilem & inæquabilem esse contingit, ii quidem, qui specie differunt,

adpliciti admotiq́;, id quod in albescentia atq; latione contingit, non in unius profecto motus naturam coibunt. Nam si inæquale ac difforme ipsius motus impedit, quominus unus ille inæquabilis motus unus esse possit, qui ex latione & alteratione constat, æquabilis & uniformis esse quæso qui poterit? Neq; enim ipsorum extrema in unum conuenire coaptariq́; unquam possent. Ergo quanquam in nulla ipsorum parte inæquabile ac difforme reperiretur, in extremorum cōiunctione tamen ipsa difformitas constitueretur. Itemq́; & de motibus contrariis & de quietibus decernendum uidetur, quinam uidelicet motus cui motui, & quænam quies cui motui contraria sit. Prius autem & de ipsis motibus uidendū est, utrum contrarius motus sit is, qui ex sanitate fit, ei, qui in sanitatem efficitur, id quod in generatione quoq; atq; corruptione inuentū fuit. Generatio nanq; & corruptio contraria sunt. Et mutatio quæ in idem est, num ei mutationi, quæ ex eodē fit, contraria sit. Vel qui ex contrariis motus est, sicut qui ex sanitate est, num ei motui aduersetur, qui ex morbo efficitur. Vel qui ex contrario in contrarium pergit motus num aduersus atq; contrarius ei sit, qui ex contrario in contrarium proficiscitur. sicut is, qui ex sanitate in morbum tendit, num ei se opponat, qui ex morbo graditur in sanitatem.

EST autem motus ex contrario, ei, qui in contrarium, minime contrarius.

Quum dixisset, quot modis contraria secundum motum fieri iudicarentur, quadruplici uidelicet ratione simplices motus esse contrarios, unumq́; compositum. Nunc quatuor simplices reprobat ac de scena tollit, ut compositum adprobet & in scenam intromittat. Motum igitur ex contrario in contrarium tollere incipit utrunq; uidelicet contrarium negans esse, hoc est eum, qui ex sanitate est, ei contrarium esse, qui in morbum pergit. Vnus enim idemq́; motus est, secundum quem ex sanitate in morbum quispiam digreditur. Motus autem unus ipse sibi cōtrarius esse qui potest? unus enim est. Esse tamen inquit ipsis non idem est, aliud nanq; est, quod ex sanitate. hoc enim amissio est, uel potius motus uiaq́; ad amissionem. Et aliud rursum eius quod in morbum ire festinat. hoc nanq; receptio est. At neq; qui ex contrario, ei, qui ex contrario, motus contrarius est. hoc est qui ex sanitate digreditur, non contrarius ei est, qui ex morbo abit. Simul nanq; ex contrario in contrarium uel intermedium iri contingit, quasi si per hæc uerba significare uellet nullo modo effici contrarium posse motum, qui ex sanitate est, ei qui ex morbo graditur. Ratio huiusce est, quia motus ex sanitate simul uel ad morbum tendit uel ad intermedium. Qui enim motus, qui ex sanitate est, cum eo motu manus pugnando conferet, qui a morbo fugam facit? Nihil enim est, quod ex sanitate moueri possit, quod non in morbum cadat. Ergo si motus, qui ex sanitate est, in morbum se nondum uindicauit, is, qui è morbo dimouetur, quomodo erit futurus? De hoc autē paulo post pluribus uerbis philosophabitur ac disputabit. Hæc autem expositio dolosum & artificiosum quoddam in se habet περίνοιαν ἔχει, neq; tuta a reprehensione omnino est. Est igitur alia frugalior ac tutior expositio, quæ quidem modo penariæ cellæ conseruat custoditq́; solutionē eorum motuum, qui in aduersum atq; in contrarium nituntur, ut rei docendæ gratia motus, qui in morbum properat, non contrarius ei est, qui tendit ad sanitatem, hac uidelicet de causa, quia hi motus non existunt sed mutationes, cuiusmodi generatio & corruptio est. Quod igitur in generationem tendit & quod in corruptionem, natura contraria quispiam diceret, sed hi motus nō sunt, sed mutationes tantū. Ideoq́; & generatio corruptioni contraria est. Si itaq; qui in contrariū motus tendunt, contrarii esse motus magis uidentur, q̄ ipsi magis adeptionem receptionemq́; rei habent, quàm qui ex contrariis discedunt, q̄ amissionem rei iacturamq́; declarant, ibi autem contrarietas non est, multo magis ne in hisce quidem est, qui ex contrariis digrediuntur. Et est locus dialecticus. si quod magis uidetur esse, non est, neq; quod minus uidetur. Hac de causa negotium imperfectum relinquēs eam clausulam subiecit. de iis posterius loquemur. Quum itaque geminas contrarietates reprobasset atq; refutasset, duæ adhuc inquit restant, contrarietas in contraria, & ex contrariis simul compositio, quam sibi deligit ac deposcit. Motus igitur, qui in contraria fiūt, ad posteriorem sermonem reseruat, Motus uero, qui in contraria atq; ex contrariis tendunt, curat in præsentia ac familiariter tractat ipsos. Quos enim in contraria dicit & ex cōtrariis, simul sunt. ueluti motus, qui in sanitatem fit, cū eo motu simul est, qui à morbo abit. Esse tamen unius non idem est, quod & alterius, quemadmodum superius quoq; dicebamus. Quare quoniam non idem utrisq; esse est, rectè perfecteq́; se res haberet, si motus ex contrariis & in contraria simul diceremus hoc est motum, qui ex sanitate in morbum ire properat, ei, qui ex morbi graditur in saluum,

contrarium

contrarium esse. Nã qui ex subiecto in subiectum fiunt, ii proprie motus existunt. Primã autem opinionem de contrarietate prætermisit, quæ uidelicet est secundum ea, quæ ex eodem in idem eunt. sicut motum, qui ex sanitate est, ei, qui in sanitatem tẽdit, esse contrarium atq; repugnãtem. Sed & ipsa quoq; cõtrarietas secundum eos motus tolletur, ꝙ in mutationibus ac non in motibus ipsa consistit.

QVONIAM uero mutatio a motu distat.

Quoniam inquit mutatio differt à motu motus nanq; is est, qui ex aliquo subiecto in aliquod subiectum abit mutatio autem, quæ ex non subiecto in subiectũ fit, ea generatio est. quæ uero ex subiecto in non subiectum, ea corruptio est. At nuper quærere & indagare instituimus, nõ quæ contraria mutatio sit, sed quis contrarius esset motus. compositus proprie ac principaliter contrarietas erit. Sicut motus, qui ex sanitate in morbũ tendit, ei contrarius & aduersus est, qui ex morbo in sanitatem progreditur. ut ægrescere ipsi sanescere contrarium est. Aegrescere enim est ex sanitate in morbum moueri at sanescere est ex morbo ad sanitatem reuerti. Simili ratione & ipsum discere ipsi decipi & errore inscitiaq; labi contrarium est. Nanq; discere, ex inscientia in scientiã animæ motum declarat. at errore labi decipiq;, motum significat ex scientia in ignorationem. Adiicit autem uerbum illud, non per se, ꝙ is qui sciẽs est, si in fraudem erroremq; impelli debet, ab alio quidem mouebitur & impelletur. Quia enim & discere ab alio est, & decipi labiq; ab alio erit. Quod siquis ab alio discit, hæc addiscẽtia motus ex inscientia in sciẽtiam est. Quum decipitur autem a seipso, & motus is est ex sciẽtia in insciẽtiam, nõ est iste motus motui illi contrarius, sed addiscentiæ rursus per se contrarius est. Propter hoc adiecit uerbum illud. cõtrarius enim est. sicut enim scientiam, sic & fraudem erroremq; & per se assequi & per alium est. Ponit deinde loci quoq; contrarietates. motus nanq; de inferiori ad superiorem locum contrarius ei motui est, qui de superiori ad inferiorem fit. Et qui a dextra ad læuam motus est, eum, qui a læua ad dextram efficitur, contrarium habet. Et motus ab anteriori parte in posteriorem, ei motui, qui a posteriori in anteriorem tẽdit, contrarius est. At qui in contraria inquit solum hoc est in sanitatem, & qui in morbum uergit, de quo se dicturum dixit, & per quem reliquas quoq; contrarietates sustulit & reprobauit, ipse inquit motus non est, sed mutatio est. Ipsa nanq; contrarietas inquit est, quæ in idem abit, & quæ ex eodem digreditur. Sed hæc mutationes & non motus existunt. Nam motus in generationem, non ex aliquo contrario est. & motus ipse ex generatione, in corruptionem & in nihilum abit. Propter hanc causam non motus ipsæ proprie sunt, sed sub mutationum iure censentur. Et generatio corruptioni contraria est, & abiectio receptioni. secũdum quod quidem dictũ & reliquæ eæ contrarietates, quas diximus destruẽtur. Qui uero motus in intermedia atq; ex intermedio eũt sicut in contrariis, intra quæ media quædam interueniũt, hosce tanquam quodammodo contrarios constituere oportet, ꝙ intermedio tanquã contrario utũtur.

SED quia motui non solum uidetur motus contrarius esse.

Quoniam qui motus motui contrarius sit, explicatum fuit, hoc est qui ex contrario in contrariũ it, ei opponitur & aduersatur, qui ex contrario in contrarium est. uidetur autem non motus solum motui esse contrarius, sed etiam quies motui contraria esse. est autem uelut priuatio motus, quies ipsa. & priuatio tanquam contraria habitui constituitur. idcirco & de quiete agendum uidetur. Nam priuationem quoq; ipsam contrarium plærunq; dicimus. sicut nigrum albi priuationem, & priuationem habitui oppositam contrariamq;, ut nudum uestiti contrarium est. Hoc quum dixisset, subiicit simpliciter quidem priuationem secundum locũ hoc est quietem motui secũdum locũ contrariam esse. Sed hoc quidem simpliciter dicitur. Aliud potius quærẽdum est, quænã quies & cuinam motui contraria sit. utrum mãsioni in hoc loco & quieti, ex hoc loco motus cõtrarius sit, an motus in hunc locum. Hoc est ipsi mãsioni in sanitate quinam motus opponitur, an opponitur is, qui a sanitate in morbum ducit, an is, qui a morbo ad sanitatem reducit. Deinde rationibus perbelle litem conciliat atq; componit his uerbis. Quia in duobus subiectis motus consistit, & duo subiecta accipit non hominem forte ægrotantem uel conualescentem, sed morbum & sanitatem, secundum quæ ex subiecto in subiectum motum esse dicebat. Quia inquit in duobus subiectis motus est, motui ex sanitate in morbum quies in sanitate contraria est. At motui ex morbo in sanitatem, in morbo quies contraria est. Simulq; inuentum fuit quietẽ quieti esse contrariã, eam scilicet quæ in sanitate, ei quæ in morbo est. Etenim absurdum rationiq; repugnans est motũ

motu contrarium esse, quietem autem quieti non esse contrariam. Quietes autem ex contrariæ sunt, quæ in contrariis reperiuntur, hoc est quies quæ in sanitate est, & quæ in morbo. At huic quieti quæ in sanitate est, cui in morbo quies contraria erat, motus quoque contrarius est is, qui ex sanitate in morbum ducit. A ratione nanque multum distat huic quieti, quæ in sanitate est, motum contrarium esse eum, qui ex morbo ducit in sanitatem. Causa est, quod motus ex morbo in sanitatē, in quo constitit, & in eo quiescit. Quies enim in sanitate quietudo potius est. at quietudo cum motu ex morbo in sanitatem simul contingit. Qua igitur ratione huiuscemodi motus cōtrarius erit quieti, quæ in sanitate est, ubi & magis quietudo oritur ad requietem plenè perfecteq; capiendā? Vel nunc ipse uel ille, quem ante diximus, motus in morbum ex sanitate mansioni & quieti, quæ in sanitate est, contrarius erit. At uerò ipse contrarius non est. ergo ille, secundum hypotheticū in disiūctiuis. Neque enim uerbi gratia quies, quæ in albedine est, suapte natura ei quieti, quæ in sanitate est, aduersatur.

QVIBVSCVNQVE autem contraria desunt.

De generatione & corruptione hoc loco philosophatur. Ait enim quibuscunque contraria desunt. corruptio enim in non ente est, at generatio in ente, neq; subiecta contraria sunt. Subiecta autē, cuius superius diximus sanitatē & morbum, in quibus est motus. uel potius ex quibus & in quæ horum motus proficiscūtur. Ait inquam horum, quibus contraria desunt, motum quidem non esse, mutationem uerò esse. Et motus, qui ducit ex ente ad internicionem atq; corruptionē, motui ei contrarius est, qui ducit ad esse, hoc est ipsi generationi. Cuiusmodi & exemplum declarat, motus ex ente in ens. Atque horū mansio statusq; quies non appellabitur, immutabilitas autem potius appellabitur ἀμεταβλησία. Et si quoddam subiectum esset non ens, ecce immutabilitas, quæ in ente est, ei immutabilitati, quæ in illo non ente est, contraria prorsus existet. At dubitaret fortasse quispiam, hæc immutabilitas, quæ in ente est, cuinam alii immutabilitati contraria foret, si non ens nil quidpiam esset. Et si quies in ente collocabitur, immutabilitas requiretur, & ipsius cōtraria quies uel motus. Si igitur quies alia nulla est, in non ente enim quies quo modo erit? & quoque mutationi, quæ ab ente est, contraria quies erit, quæ in ente fuerit. Quod si hoc sic se habet, ecce motui quies contraria non est, sed & mutationi opponitur. Vel non omnis quies cōtraria motui est. inuentum enim est mutationi quoque quietem esse contrariā. uel generatio & corruptio motus erunt. Soluit igitur quæstionē loquens sic. Mansio quidem in ente non fortè quies appellatur, sed immutabilitas dicitur: ne generatio scilicet atque corruptio motus esse uideantur. Vel igitur immutabilitas uel quidpiam huic simile. hæc autem in ente immutabilitas uel nulli contraria est, uel ei, quæ in non ente est, seu corruptioni. ipsa enim ex mansione in ente atque ex immutabilitate efficitur. At superius quoque dicebamus quietem, quæ in sanitate est, motui ei, qui ex sanitate est, contrariam esse. generatio autem in corruptionem mouetur. Adfert & aliam dubitationem, quæ talis est. Qua de causa in motu inquit secundum locum sunt & mansiones secundum naturam, uelut terræ mansio in imo loco, & ignis in supero loco. & contra naturam, sicut terræ in sublimi, & ignis in imo. Et motus quoque sunt secundum naturam, ut ignis ab ima in sublimem plagam, & terræ à sublimi in imam regionem. Contra rursus naturam, sicut ignis de superiori ad inferiorem locum, terræ autem de inferiori ad superiorem. In loco igitur sunt māsiones motusq; & secundum naturam & contra naturam. in aliis autem non sunt. Atque ex hac occasione oblata reliquas connumerat. & quomodo quod sit contra naturam, ipsæ non habeāt, sed omnes quod est secundū naturā, exponit ac docet. Etenim senescētia γήρανσις & corruptio sunt secundum naturam.

SIN ID, quod uiolentum est, contra naturam est.

Soluens adaperiensq; causam huiusce dubitationis, quæ erat, qua de causa motus secundum locū est & secūdum naturam & contra naturam, reliquæ autem mutationes motusq; hoc priuilegio careāt. Neque enim magis inuētus est secūdum naturam, quam ipsa senecta. neque generatio procedit magis secūdum iura naturæ, quam ipsa corruptio. Infert & pertractādum suscipit, quod ui est τὸ βίᾳ. Atque ex hoc extruit & fabricatur, quicquid est contra naturam. & in illis quoque hoc idem facit. Si igitur uiolentū est contra naturam, dicimus nanque glebam terræ per uim in sublime ferri, quod quidem & dicimus contra naturam, inuenietur & in corruptione quicquam esse contra naturam, quod uiolentum reperitur. Est namque corruptio & interitus uiolentus neque fato præscriptus εἱμαρμένη φθορά. Hoc idem & in generatione propalam erit. etenim & generationes uiolentæ extant,

tant, quum ope adhibita quorundam medicamētorū ipsas n se concipiunt generationes secundum naturam minime' obstātes, itidemq; auctiones ac rursum uiolentæ corruptiones, cuiusmodi auctiones eorum, qui ex delicato & opiparo uictu citò pubescūt. & auctiones frumentorum, quæ in agris ex quibusdam cœli soliq; temperaturis stato quoq; tempore grandescūt & mirabiliter augescunt. Similiterq; & in corruptione tum, quum fame absumptus quispiam interit & non fato neq; merito ætatis suæ cursu. In alteratione autē quo modo id esse possit, interrogat. Et soluens ait. uel in hac quoq; ad eundem modum fit, ad quem & in aliis. Etenim sunt alterationes naturales, sunt rursus & uiolentæ. Sicut si aliqui in diebus neq; statis neq; creticis e' morbo seruantur. & alii rursum in statutis certisq; diebus sanantur. Ex iis nanq; quidam secundum naturam, quidam contra naturam alterātur. Restat inquit, ut ipsæ corruptiones forsan alia alii contrariæ sint, neq; corruptioni generatio. At quo modo diximus generationem & corruptioni contrariam esse? Et soluens quid uetat inquit, quodam enim modo corruptio generationi contraria est, & alteri quoque corruptioni contraria. Sicut si hæc quidem suauis ac iucunda est, illa autem noxia ac molesta. Neq; enim simpliciter corruptio corruptioni opponitur & contraria est. Sed ut hæc huiusmodi naturæ est, iucunda uidelicet atq; facilis. altera uerò aliter affecta, difficilis uidelicet ac molestiam afferens. Vel quodam alio contrarietatis modo aduersari inter se possunt.

IN TOTVM igitur motus & quietes, atq; principaliter.

Repetit resumitq; contrarios motus ac quietes, atq; principaliter in loco, propterea q ex loco aliorum quoq; contrariæ definitiones oriuntur. Itidemq; quæcunq; longinquo spatio inter se distant. Neq; enim maior amplior q; distantia inuenta adhuc fuit quá, quæ a sublimi cœlo ad imá usq; sedem pertinet. ignis dico & terræ. Ignis nanq; natura in sublime fertur, ad imum uero præter naturam. At terra infra residet secundum naturam, supra contra naturam. Atq; hoc modo unius eiusdemq; elemēti motus secūdum naturam, ei contrarius est, qui est contra naturam. Et status etiam mansionesq; unius atq; eiusdem elemēti eodem modo inter se discordant & aduersantur secundum id, quod est secūdum naturam, & quod contra naturam. Ac rursus mansiones motibus opponuntur & contrariæ sunt. In sublimi enim mansio ignis secundum naturam motui eius contraria est, qui de sublimi deorsum ducit contra naturam. Et in imo loco māsio terræ secūdum naturam cōtraria eius motui est, qui ex imo in sublime tendit contra naturam. Ergo si ignis habet mansionem quidem secundum naturam, motum autem contra naturam, hoc quidem terræ fit, mansio quidem contra naturam, at motus, qui de sublimi ducit, secundum naturam. Quare motui eiusdem elemēti mansio contraria est, quæ præter naturam ei, qui est secundum naturam, & uersa uice. Motus enim secundum naturam, ipsius terræ ad imum est. uel ignis in sublimem plagam. Mansiones quoq; simili modo se habent. mansio enim in sublimi igni adscribitur, in imo, terræ. Versa autem uice in iis, quæ sunt contra naturam. Dubitat porro de eo statu quieteq;, quæ non semper est. quies enim, quæ semper est motu nullo interrupta, immobilitas est ἀκινησία. De ea igitur quiete quæ non semper durat, dubitat, an ipsius generatio ulla sit. At generatio quietis stare sistiq; ἵστασθαι est, id quod conquiescere ἠρεμίζειν est, quod tamen plene perfecteq; quiescere non est. Hoc itaq; stare fieri per uim non potest, q sensim modiceq; ad quietem traducitur. Quoniam igitur præcedit status, ac deinde quies subit, de quiete terræ, quæ est contra naturam, ambigit ac dubitat, an huiusce generatio ulla sit. & num huiusce mansionis generatio omnino existat ulla. At mansionis quies, status est. Quum ergo per uim in sublime terra ferebatur, stabat. At uero hoc fieri nullo modo uidetur posse.

AT ID quidem quod stat τὸ ἱστάμενον, ferri celerius semper uidetur.

De terræ quiete, quæ est contra naturam, in sublimi dubitat, an huiusce quietis minime' naturalis generationem ullam esse conueniat. At generatio quietis ex statu est. status autem acquiescere est, uiaq; quæ modice' sensimq; ad perfectam quietem ducit. Si itaq; generatio huiusce quietis est, erit & requies hoc est status. Sed id quod stat, celerius inquit fertur. Quoties enim quidpiam naturali loco, ubi conquiescet, magis adpropinquat, natura ocyus fertur id quod & statum & quietem dicimus. At id quod fertur contra naturam, hisce commoditatibus caret. Quin & contrarium incessum capit propterea q non per se fertur in datum sibi a natura locum, sed rapitur in alienum obidq; eius motus celerius non habet. Colligit itaque propterea, quia quies hæc minime' naturalis celerius ut feratur, quum ad finem uentum est, nō habet, neq; ipsam statum habituram. Quod si hoc est, neq; huiusce quietis generatio ulla extabit. Erit igitur quidpiam conquie-

scens, quod conquiescens factum nondum fuerit. Huc accedit, q̃ stare τὸ ἵστασθαι uel in totum proprie dici illud uidetur, quod iam in eo est, ut in suum ipsius natiuum locum feratur, uel id cum latione simul contingat, ut latio alia res sit, & alia status. At hic in externum atq; in alienum defertur locum, ut ibi per uim conquiescat. In hisce igitur status qui dicetur? Quod quum dubitasset, non statim dilucidat. iterans autem ac resumens pacificabit. recte locum atq; conciliabit. Interim & aliud ambigit, an mansio in hoc loco hoc est in imo, motui, qui ab imo fit, contraria sit. Quum enim ex hoc loco mouetur, habebit per partem quietem. Quia tamen obscura oratio est in hoc motu, qui fit secundum locum, illud uerbum adiicit uel abiicit. & id, quod abiicitur, adhuc habebit. Nam in alteratione quum ex quiete albi quicquam mouetur, album, quod abiicitur, adhuc habebit. & cõtraria simul stabunt. Quo fiet, ut una eademq; res conquiescat, si adhuc remanet, & ut moueatur. Et soluens ambiguam dictionem sic decernit, eius, quod mouetur, partẽ hic esse, partem illic. Propter hoc motui motum contrarium esse magis conueniet, quã quietem. Puri enim defæcatiq; inter se motus & impermisti sunt.

DVBITARET adhuc & quispiam & de ipso stare περὶ τοῦ ἵστασθαι.

Simplicius interpres in quibusdam exemplaribus librum hunc absolui compleriq; hoc loco testatur. Addit tamen & hanc quoque consequentem dictionem, cuius expositio fortasse talis est. Quum de statu dubitasset & de mãsione, q̃ est cõtra naturã, & q̃ non semper qes dicitur, nũ huiusce generatio sit. Quũq; sermonẽ hũc incertũ dubiũq; reliquisset illato eo uerbo tantũ, erit itaq; quidpiã conquiescẽs, quod cõquiescẽs factũ nondũ sit. Rursum iterat colligitq; ante institutũ sermonẽ. Idq; summa ingenii honestate ac tatione disciplinæ facit, hoc consilio uidelicet, ut rem magis in cõtrouersiã uocãs boni quidpiam postremo pferat. Et primum rursus ea, quæ ad dubitationẽ proposita sunt, recitat & exponit. Dubitaret aũt quispiam inquit & de ipso stare περὶ τοῦ ἵστασθαι an quũ motus sit contra naturã, ei cõtraria sit mãsio, quæ est secũdũ naturã. Vel magis ẽ contrario, q̃ & aliter dubitationẽ ptractat. Et si inquit motus terræ contra naturã ab ima in sublimem plagã. neq; sit huiusce quies secũdũ naturã in imo huic motui cõtraria, qui fit contra naturã, sicut prius dicebamus. Sed constituatur quies in sublimi, quæ sit contra naturã. Igitur interim dũ terra in supera mouetur contra naturã, atq; in sublimi quiescet contra naturã, huiuscemodi quædã quies contra naturã, ei motui contraria est, qui fit contra naturã. Si itaq; negamus esse, a ratione abhorret terra enim in sublimi manebit, quũ ab imo per uim in sublime mittitur contra naturã. Quare si quies est, quæ sit contra naturã, & huiusce generationẽ inuenire quærimus. At quietis generatio status est & conquiescere. Stat aũt id, quod celerius mouetur. At uero terra, quæ fertur contra naturã, tardius mouet, quantũ ad motũ in sublime pertinet. Quare erit, quod non semper conquiescit, antequã fiat conquiescẽs. At. n. quiescit contra naturã, sicut & fertur contra naturã. Neq; sit, qui neget quiescere contra naturã, sicut enim ignis in ima sede quiescit, ita terra in superna sede rẽ quiescit. Vtrũ igitur motus ignis contra naturã ad infernam sedẽ suo ipsius motui contrarius est, q̃ ad supernã ducit secundũ naturã, an motus terræ deorsum secũdũ naturã? Vel utriq; uidelicet inquit contrarii sunt, non eadẽ ratione tamẽ, Sed ignis motui naturali ad supernã plagã motus terræ naturalis ad infernã contrarius est, ut motus secũdũ naturã motui secũdũ naturam. At eiusdem ignis ut motus secundum naturam suo ipsius motui aduersatur, qui est contra naturam.

FORTASSIS autem quies motus quodammodo.


Hæc clausula occursum habet ad secũdã dubitationẽ, uel potius indulgẽtia quædã uidetur & conciliatio est. Dubitabat. n. & quia nimis obscura dubitatio erat in motu, qui fit secũdũ locũ. neque enim quispiã dicere habet eius, quod fertur, partẽ unã hic esse, illic alterã. trãstulit orationẽ suã ad alterationẽ. Sit inquit albũ quid, & in albo quiescat. iã iam aũt & moueatur ab hac quiete, quã in albo habet, ad nigrã naturã in intermedio subeũdam. Hoc neq; totũ album, neq; totũ nigrũ est, sed & ab albo & ab nigro habebit quidpiã. Ita secũdum quod albũ habet, quiescit. secũdum quod nigrũ, mouetur. sintq; simul & motus & quies. Hoc inquit & in motu quoq;, q̃ secũdũ locũ est, cogites uelim, illud scilicet, quod fertur, quodammodo quiescere, quodãmodo aũt moueri. Propter hãc causam inquit motus motui potius contrarius est, non quieti motus, quia rei, quæ mouetur, pars quidem illic est, pars autem in eo in quod mutatur. Atq; ita contraria quodãmodo permiscentur, ut partim quiescat, partim feratur, quicquid feratur.

Pselli

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM SEXTVM. COMMENTARII.

IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.

QVONIAM uero' continuum est.



HINC disserere aggreditur de indiuisilibus, depunctis uidelicet & de ipsis nunc, simulq; de iis, quæ feruntur & in linea & in tempore & in motu. Docet igitur nihil de hisce fieri continuum, uel tãgens, uel deinceps, nisi intra puncta lineæ, intra ipsa nunc tempus, atq; intra ea quæ feruntur, magnitudo media intercedat, super qua magnitudine omne fertur quicquid fertur. Quid sit itaque continuum, rursus resumit, & quid tangens, & quid deinceps. Ex punctis autem continuum posse fieri negat, ꝙ punctum extremum non habet. Etenim totum quid extremum est & finis. & non hæc quidem pars, illud uero' extremum.

PRAETEREA necesse est uel continua puncta sint.

Continuũ habet hãc quidẽ partẽ, illud aũt terminũ ultimũ. At omne' punctũ terminus dũtaxat est & nõ hoc quidẽ, hoc, illud uero', aliud. Quia igitur quærimus, an puncto punctũ continens atque continuũ fiat, uel ipsum nunc ipsi nunc, in omnibus quoq; indiuiduis ad eundem modũ necessarium est uel continua puncta sint, ex quibus unum efficitur, uel inter se tangant. Continua quidẽ esse non possent propter modũ rationemq;, quam diximus, ꝙ scilicet omne finis est, neq; partem ullam habet indiuiduum. At quod tangit, uel totũ tangit totum, uel partem pars, uel totum partem. Quum autem indiuiduũ ne partẽ quidẽ ullam habeat, totũ a toto tangatur necesse est. Totũ aũt quid quũ tangit totũ, continuũ quomodo erit? Continuũ nanq; illud est, quod aliã & aliã partẽ habet, & quod in partes locõ seiunctas diuidi queat. At uero indiuidua ne deinceps quidem esse possent, ut ex hisce indiuiduis magnitudo quædã indiuidua atq; continua efficiatur. Nam ea deinceps esse sic definimus, ut illa sint, inter quæ nihil eiusdẽ generis intercedat. At inter duo nũc mediũ utiq; tẽpus intercidit, quod per alia infinita nũc diuiditur. Et inter puncta linea interuenit, quæ & ipsa per alia infinita puncta dissecatur. Præterea si continuũ ex indiuisilibus cõstaret, ꝙ unumquodq; in ea dissoluitur, ex quibus constat, continuũ quippe in indiuisilia diuideretur. Sed de continuis nullum est, quod diuiduum in ea sit, quæ absq; parte sunt ἀμερῆ Atqui quælibet linea diuisibilis in lineas est, & non in puncta. Quapropter quicquid continuum est, in continua rursus diuiditur. Et omnis linea per puncta in lineas diuidetur. Quod uero inter lineas mediũ interiaceat, genus aliud nullũ est, nisi linea sit, quæ & ipsa per puncta diuiditur.

ET INTER ipsa nunc genus nullum.

Non perinde quasi inter ipsa nunc res nulla media interueniat, hoc uerbum profert, sed quo'd nihil aliud medium interuenit quam tempus, quod eiusdem generis est, quod & ipsum per ipsa nunc infinita distribuitur ac dispertitur. Quod si quidpiam aliud eiusdem generis, & quod tempus non sit, medium intercidat, illud quoque uel diuisibile erit, uel indiuisibile. Et si diuisibile fuerit, rursus illa pars idem patietur secundum diuisionem. & si in hæc semper diuisilia. hoc autem erit continuum. Atque ex hoc intelligitur, quicquid continuum est, illud abire in semper diuisibilia. Nam si in indiuisibilia diuidetur, erit indiuiduum, quod indiuiduum tanget, uel adpositum & adiunctum. Nanque rerum continuatarum extremum unum & primum præcedit, deinde contactus subsequitur. Ad eandem quoque rationem pertinet uelle magnitudinem & tempus & motum ex indiuisilibus constitui, & indiuisilia diuidi. Hæc nanque omnia eodem uitio atque eodem incommodo laborabunt. Vel enim in indiuisilia diuidentur, uel in semper diuisilia, id quod & uerum est. Cuiusmodi enim ex ipsis unum fuerit, eiusmodi & aliud erit. Quod si unum ex ipsis tale fuerit, & tan-

dem reliqua naturam subibunt. Primũ igitur explorat examinatq; talem rationem in magnitudine & motu. Nam si ex indiuisilibus magnitudo constabit, motus quoq; ex indiuisilibus constituetur. Sit igitur doctrinæ gratia.a.b.c.magnitudo, atq; ex indiuisilibus constituatur. Motus ergo, quem mouetur illud quod fertur. o. ex indiuisibilibus constabit, & sit motus.z. e.d. Quia igitur præter res ipsas motus non est, nempe ipsum moueri ex indiuisilibus erit. Ná.o.motũ fuit quodq; magnitudinis signum per quodq; signum motus.

AT QVI si necesse est id quod mouetur.

Assumptũ a' principio posuit præsente motu esse aliquid & quod moueatur, oportere, & quum quidpiam mouetur, tum esse motum. Nunc aliud assumptũ capit, non moueri simul quid & esse motũ, sed & fuse' late'q; πλατυκῶς in tempore moueri, momentanee' uero' ἀκαριαίως in ipso nũc motum fuisse, Et sicut nunc terminat tempus, ita & fuisse motum ipsum moueri terminat & circunscribit. Ipsum itaque moueri præ ire amat, atq; ipso motum fuisse terminari desyderat. sicut & in eo, qui thebas proficiscitur secundum tempus & motum, terminus finisq; eundi est thebas ipsas profectum fuisse. Magnitudo igitur literis.a.b.c.designata fuit, positumq; est ipsam ex tribus a.b.c.indiuisilibus esse constitutam. Et motus hisce literis.d.e.z. descriptus ex tribus indiuisilibus.d.e.z. constabit. Illud quod fertur.o. per partem magnitudinis.a. parte. uacantem motum, cui adest. d mouebatur. Est autem in indiuisili ipsum motum fuisse. Quare si posterius pertransiit mobile.o.quod in.a.prius mouetur, motus nimirum diuisibilis est. Quum enim pertransibat, neque quiescebat, neq; adhuc pertransierat hoc est momentanee' ipso motu terminato. Quod si simul pertransit, id quod motus proprium est, atq; pertransiit, id quod ipsius.a. momentanei termini proprium est, id quod uadit tũ quum uadit, profectus eo' erit, quo' mouetur. Quod si per.a. parte uacantem pertransiens nihil mouetur, neq; quidem per.b.parte carentem, neq; per.g. parte carentem, sed per omnia motum est, ex momentis indiuiduis ἐκ κινήματος constabit motus.z. litera figuratus. Atq; hoc pacto quidpiam quod non mouetur, fuisse motum contingit, & quod non pertransit, lineam.a.pertransisse. Quare & quidpiã erit profectum iam, quod nunquam proficiscitur. iam enim eundo totam lineam confecit, quum per hanc non ierit.

SI IGITVR omne uel quiescat uel moueatur, necesse est.

Ex hypothetica disiunctiua coniunctione stringit argumentum. Talis autem syllogismus ponitur in his, quæ de omni uel sic uel sic. Vel enim ægrotat uel recte ualet omnis animans. At in hoc loco non de omni hoc ratiocinari uere' licet. Neq; enim quicquid est, uel mouetur uel quiescit. Etenim æterna & quæ semper eundem statum retinent, neq; motum recipiunt, neq; sentiunt quietem. Et quãtum adhoc pertinet, argumẽtatio nullum habere pondus uidetur. At mehercle non ita se habet res, sed quia de his tantum loquitur, quæ mouentur uel nata sunt ad mouẽdum, in tali genere quolibet necesse profecto est, uel quiescant uel moueãtur. Atq; huiuscemodi quidem generalia plerunq; fiunt, sicut in dialectica argumentatione reliquum omne efficitur uniuersale. itidem & hoc tanquam generali argumento inuadi poterat. Si igitur omne uel quiescit uel mouetur, si.o. per quanq; totius lineæ partem non mouetur, certe' quiescit. Quapropter erit aliquod, quod per idem tempus quiescat simul & mouetur. Nam per omnem magnitudinem & mouebatur & quiescebat per singulas ipsius partes. Et si indiuidua motus data constitutaq;.d.e.z.motus ipsa sunt, præsente motu non moueri contingit. Atq; hoc est de suffragio assumpti prius constituti. Quo'd si motus non sunt sed indiuidua, omnis motus non ex motibus sed ex momentis indiuiduis existet similiter & ex magnitudine & ex motu. De ipso quoq; tempore hoc idem iudicat atq; perpendit, existimat enim ipsum quoque tempus ut ex ipsis nunc constituatur, accidere necessario' posse. Ratio est, quia si id quod æquæ celeritatis est, minori tempore minorem magnitudinem percurrit, sicut maiori maiorem, diuisionem quidem & ipsum recipiet. Atq; extruit moliturq; temporis in infinita diuisionem per ipsum nunc ex celeriori atq; tardiori. Quod enim celerius mouetur, æquali temporis spatio per maius interuallum moueatur, & minori per æquale pertranseat ad rationem tardioris necesse est. Itemq; & minori spatium amplius percurret, si magis celerius est.

QVEMADMODVM quidam celerius definiunt.

Definitio celerioris apud quosdam est, ad rationem tardioris, ut illud sit, quod æquali tempore maius

maius spatiũ absoluit, & minori æquale, & minori adhuc per amplius spatium moueatur. Nam in minori minus inuenietur, & tardius in eo quoq;, quod æqualis uelocitatis est. Hæc itaq; tria ipsi celeriori aduenietia sciẽtissime' prius ostendit, & hoc modo in propositam disputationem inuadit. Existat igitur celerius. a, tardius. b, magnitudo. g.d, tempus.z.i. Quia igitur celerius illud est, quod prius mutatur. secũdum autem totam huiusce mutationem intelligere oportet, quo tempore celerius.g.d. magnitudinem eundo confecit, & sit.z.i.tardius tantum magnitudinis eodem & æquali tempore non confecturum. & ita quod celerius est, maius spatium dimensum fuisse', qua'm id quod tardius mouetur. At uero' & tertium quoque demonstrabitur, minori uidelicet spatio temporis maiorem plerunq; magnitudinem pertransire. hoc enim contingit. Ná in tempore, quo ipsum celerius assequutum fuerit. d. ipsum tardius ad. e. peruenerit prorsus tardè se mouens. Ergo quoniam ipsum celerius totã.g. d. magnitudinem in omni. z. i. tempore pertransiuit, & ipsum idem celerius minori tempore ad signum.t. peruenerit, & sit in tempore. z.i. Igitur. g.t. magnitudo, quam ipsum celerius in.z. i. tempore permẽsum fuit, maior est quam.g.e. magnitudo, quam ipsum tardius in omni. z.i. tempore permeauit. Quare breuiore tempore ipsum celerius amplius spatium percurrit. Atq; hinc certum clarumq; est, sicut ipse demonstrabit, ipsum celerius æquale spatium minori tempore transegisse.

QVIA enim maiorem in minori pertransit, quam ipsum tardius.

Constituit & ostẽdit ipsum celerius minori quoque tempore æquale spatium pertransire ad rationẽ tardioris. Et ponit duas propositiones, quarũ prima talis est. Quia maiorem inquit lineam minori tempore pertransit quá ipsum tardius. Ipsum autẽ per se sumptum maiori tempore maiorem lineam permeat quam minorem, itemq; reliqua. Sit rursum celerius. a. tardius autẽ. b. magnitudo. l.m. & tempus. p.r. Ergo celerius minori tempori. l.x. minori. l.m. pertransit. Et sit tẽpus. p.r. in quo lineam. l.m. percurrit, maior eo tempore. p.s, in quo quidem tempore. l.x. lineá permeat. Sit etiam & tardioris tempus, quo hoc pertrásit. l.x. lineam, p. k. Ergo si. p.r. tempus minus tempore. p.k. & p.s. multo' minus quá. p.k. est enim minus tempore. p.r. quod uero' est minori minus, & ipsum minus. Si igitur ipsum tardius pertrásiit lineam. l.x. in tempore p.k, eandẽ autẽ lineam l. x. ipsum celerius pertransit in tempore. p.s. in minori ergo tempore ipsum celerius per æquale spatium mouetur ad rationem tardioris. Itemq; & hoc modo differit ad geometricam imitationẽ. Geometra nanq; uolens plærunq; ostendere hác lineam illa esse maiorem, ostẽdit destruitq; ac tollit uel æqualem esse uel minorem. maior ergo est. Et in hoc loco institutio sic procedit, quando dixit necessarium esse uel in æquali uel in minori uel maiori tempore moueri. & maiori tempore tardius, in æquali autem mobile æqualis celeritatis ἰσοταχὲς at presens celerius neq; tardius est, neq; æqualis celeritatis. Ergo neq; in minori tempore, neq; in æquali spatiũ æquale in tardiori permeabit. Igitur in minori.

QVONIAM uero' omnis motus in tempore.

Nullus quidẽ motus absque tempore ἄχρονος. Sed omnis motus in tempore iudicatur. in omni tẽpore inerit & tardius & celerius moueri. Atq; ex hisce rebus ita constitutis ipsius temporis continuum apparebit, & diuisibile in semper diuisilia, & nunq; in ipsa nũc indiuisilia. Quia enim demõstratũ fuit, citius in minori tẽpore æqualẽ transigere magnitudinẽ, quá ipsum tardius maiori tempore trásigit, sit rursum. a. celerius mobile, b. autem tardius mobile, & omne tardius per. g.d. magnitudinem omnino in tempore moueatur, & sit tempus uidelicet omne. z.i. ipsum mobile celerius per eandem magnitudinem non mouebitur secundum idem tempus uidelicet. z. i, sed in minori tempore quá sit hoc. z.i. tempus. Et sit tẽpus ipsius celerioris, in quo per totá. g.d. lineá motũ fuit, per quá & ipsum tardius motũ est in toto. z.i. tempore, z.t. Rursum quia in. z.t. tempore per. g.d. lineam motum fuit, sit. g.c. Hanc rursus. g. c. lineam ipsum celerius pertransibit non in. z.i.t. tempore, q; in hoc per omnem. g.d. lineam motũ fuit. Quare in minori tempore mouebitur, quo tardius mobile per minorẽ quá sit. g.c. lineá motũ fuit. Atq; tempus continuũ esse & diuisibile in infinita hoc modo demonstrabitur.

SED quia. b. tardius mobile.

Id uelim non ignores celerius mobile tẽpus semper diuidere, tardius aũt magnitudinẽ semper diuidere hoc est spatiũ, super quo itur. Atq; in húc modũ si nos a' celeriori tardius, & a' tardiori celerius transumamus, & hoc demõstrato utamur, hoc certè cõsequetur, neq; diuisio unquá consistet.

Quia enim tardius.b. in.z. t. tempore uiam.g.c. confecit atq; perrexit, non eandem omnino & in eodē tempore celerius mobile pertransibit, sed in minori tempore quā z.t. tempus sit. & sit z.c. Ex hoc in z.m. tempore magnitudinem g.c. tardius mobile non pertransibit, sed minorem magnitudinem. & sit. g.n. Hanc rursus.g.n. magnitudinem ipsum celerius in minori tempore quam sit.z. m.pertransibit, & non in.z.m. & sit hoc tempus. z.x. In hoc. z.x. tempore ipsum tardius magnitudinem.g.n. non permeabit, sed minorem portionem. & sit. g. p. Hanc.g.p. magnitudinem celerius mobile non in z.x. tempore pertransibit, sed in minori huiusce temporis portione. & sit. z.s. In hoc.z.s. tempore ipsum tardius.g.p. magnitudinem non pertransit, sed in minori. & sit.g.r. Quam magnitudinem celerius mobile in minori tempore quam.z.s. pertransibit. & semper ad hunc modum procedet res. Eruntq; & tempus & magnitudo, qua super mobile celerius fertur, & tardius diuisibilia semper.

PRAETEREA ex hisce etiam rationibus, quæ communiter dicuntur.

Demōstrationes plærunq; facit ex hisce quoq; rationibus, quæ cōmuniter dici solent, non quia sermones opinionesq; multorū hominū firmamētū ac pondus habeāt, sed q̃ quicqd multis in ore est, nō in totū a' ueritate excidit. Cuiusq; enim sermones ac uerba singulorū hominum imagines sunt rerū ipsarū. Et quanquā non omnino quadrāt, a ueritate tñ non prorsus distant. Nā nomina quanuis rerum signa nō sint sed animi cogitationum, quæ signa sunt & argumēta rerū, tanq̃ quæ apud oēs significatū eundē habēt, signa tamē sunt consiliorū cogitationūq; mētis. at signa symbōlaq; nō omnino a' ueritate discrepāt. Vsitatæ igitur rationes, quæ de hisce rebus communiter in hominū sermone uersantur, planū faciūt, si tēpus continuū est, magnitudinē quoq; continuā esse oportere. Nāq; quod accipere est in illo dimidiū, id in hac quoq;, & in utroq; minus, minimū autē nunq̃. Et si unū est infinitū, & alterū est. & sicut alterū infinitū unū est, ita & alterū. Si.n. extremis magnitudo infinita existit, tēpus quoq; extremis est infinitū. Quod si in diuidēdo potestate est infinitū, & tēpus ad eundē modū infinitè diuiditur. Et si in utrāq; uiā unū est infinitū, in utranq; uiā erit & alterū. Propter hoc & Zeno inquit in errorē deducitur, quū quadripartita ratione motū tolli existimat. quā rationē quadripartitā exponet paulo post. Ex quatuor aūt rationibus, quas ipse ad tollēdū motū afferebat, hæc una erat, ut fieri nullo modo posset, quicquā ut pertranseat infinita, uel attingat infinita, in tēpore finito. Si aūt motus est in tēpore finito hoc est unius diei, quispiā erit, qui uiā hāc, quæ est infinita, pertrāsibit. Dupliciter enim dicitur infinitū. & qua de causa Zeno quū in tēpore sumis id quod extremis est finitū atq; terminatū, non sic & in uia sumis, sed indiuidendo infinitū, quod potestate habet?

SECVNDVM itaq; quantū infinita attingere in tēpore finito non contingit. secundum autem diuisionem, contingit.

Secundū quantū infinita accipit ea, quæ extremis infinita sunt. quæ attingendi in tempore finito facultas nulla conceditur. At infinita secundū diuisionē datur attingere in tēpore finito. Etenim & tēpus ipsum, quod finitū est, sic infinitū secundum diuisionem efficitur. & secundū diuisionē non secundū extrema infinita existunt. Neq; enim conceditur infinita extremis permeare in tempore finito. Quare Zeno captiosa ratione decipitur, quum extremis infinitum tempus accipit, magnitudinem autem dicit esse infinitam, non diiudicans neque decernens, quodnam infinitum dicat, utrum extremis infinitum, an infinitum diuisione tātum. Quorum unum quidem dari contingit, alterum non contingit. Si enim tēpus est infinitum, & magnitudo est infinita. Et si magnitudo infinita est, & tēpus quoque infinitū est, sicut exponit ostēditq; per literarum designationem. Sit enim inquit magnitudo finita. a. b, tempus infinitum sit. g. sumatur autem quædam pars finita ipsius temporis infiniti. g.d. In hoc quidem tempore finito, magnitudinis portionem aliquam pertransit ipsum mobile. & sit, ubi. b.e. Hæc magnitudinis pars uel æqua mensura totam magnitudinem permetietur, uel deficiet, uel excedet. permensio enim ex æquo mensio est. Atque ob id absoluta expletaq; magnitudine tempus quoque ipsum sistetur atque consistet.

ITEMq; si non omnem magnitudinem in tempore infinito pertransit.

Si maxime' inquit magnitudinē in tempore infinito pertransire contingit, non prorsus tamē omnē magnitudinē in tēpore infinito pertrāsire cōtingit. Sed licet quoque magnitudinē in tempore finito

finito pertransire. cuiusmodi hoc loco posita magnitudo est. b.e, quam mobilem. g.d. finito tempore permeauit. Hæc itaq; portio. b.e. totũ magnitudinẽ permetietur, uel nõ permetietur ꝙ deficiet, uel excedet. Sed nihil refert, ad omnẽ finitam magnitudinẽ absoluendam, quæ est. a.b. & e. utrũ totã an partẽ solũ metiatur. Finitum ergo tẽpus. g.d. totũ tẽpus permetietur. Quare tẽpus non est infinitũ, sed finitũ. Si enim in minori tẽpore partem magnitudinis pertrãsit, finitũ necesse est. & altero finito alterũ quoq; oportet ut finitũ sit. Eiusdẽ doctrinæ ratio est, si magnitudinẽ quoque infinitã cõstituamus, tẽpus aũt finitũ. Sumetur. n. finiti tẽporis pars. a.e, quæ totum tẽpus permetietur. a.e. in quo tẽpore quisquã pertrãsit ex tota magnitudine infinita. g. portionẽ finitã. g.d. Ipsa igitur pars totã magnitudinẽ metietur. Non ergo tota magnitudo infinita est. Ex hisce igitur patet manifesto' nihil de cõtinuis esse, quod extremis sit infinitũ, non solũ propter hasce demonstrationes, sed ꝙ indiuiduũ diuidi contingit, sicut ostẽdet. id quod esse non potest.

QVIA enim in omni tempore citius & tardius est.

Supra etiam dixit in omni tẽpore esse & celerius & tardius. Quũ hoc igitur sit, ex hoc continuũ in semper diuisilia & non indiuisilia diuisile esse ostendetur. Sit enim celerius & tardius. & celerius quidem tempus diuidat, uti diximus, tardius autem secet magnitudinem. Et celerioris magnitudo existat. a.b. g.d. & magnitudo tardioris sit. e.z.i. & tempus. c.l.m.n. Sint igitur indiuidua tria ipsius celerioris. a.b, b.g, g.d. ipsius quoque tardioris indiuidua duo sint. e.z. z.i. Et sit tẽpus in indiuidua tria diuisum ipsum quoque secundum indiuidua magnitudinis. c.l. l.m. m.n. Si igitur secundum indiuidua magnitudinum in indiuidua tempus diuiditur, diuisum autem fuit secundum indiuidua celerioris. a.b. b.g. g.d. in indiuidua. c.l. l.m. m.n. Diuidetur rursum tempus ipsum secundum indiuidua tardioris mobilis. e.z. z.i. Diuidetur igitur non in tria indiuidua, sed in duo. & sint. c.x. x.m. sicut & l.m. indiuiduum diuisum fuit, & partis expers ἀμερὲς e.z. non in indiuiduo tempore pertransit indiuiduum enim erat. c.l. amplior autem ipsius indiuidui pars est. c.x. Nihil igitur de continuis esse absque parte manifesto' constat. Simul q; necessarium est ipsum nũc non extensiue' late' q; patens & per alterum modum, sed primo' & per se ipsum indiuiduum existere, & in omni tempore inesse, sicut demonstrabit.

ESTENIM. transacti extremum quoddam.

De impartibili siue imperte hoc loco disserit, quod transacti extremum est, cuius ad id quod consequitur, nihil futuri temporis est. neque enim futuri partes ullæ insident neque inferuntur. Et rursum initium & extremum primum futuri temporis, cuius ad ea quæ præterierunt, nihil transacti temporis est. Atque utriusque finis est, & eius quod præteriit, & eius quod præterit atque perlabitur, item quod de præterito nihil insidet neque infertur, quum initium esse futuri temporis intelligitur, neque quicquam de futuro imminet, quum finis esse transacti temporis intelligitur. Si itaque tale per se & idem esse demonstrabitur, simul & illud patebit ipsum omnino esse indiuiduum. Et ponit demonstrationem per impossibile. Si enim inquit non idem, sed aliud est, uel deinceps erit medio nullo interueniente, uel ab alio seiunctum. Atqui deinceps non erit alterum nunc ab altero nunc, propterea ꝙ ex impartibilibus non constare continuum a' nobis supra demonstratum est. Quæ uero' deinceps aliud post aliud sunt, quum inter ipsa medii nihil intercedit, aliud ab alio prorsus tanguntur. Quod si tanguntur, & continuãtur συνεχίζονται. Sin utrunq; seiunctũ est, medium inter ipsa nũc tempus intercidet, quicquid enim continuũ est, inter extrema sui uniuoci quicquam habet. At uero' si tempus medium interiacet, erit diuisio & infinita secundũ ipsa nunc, ut retulimus. Diuidetur ergo ipsum nunc. Quod si diuidetur, erit quidpiam præteriti temporis in futuro, & futuri quicquam in præterito tempore. & latius patebit & prorogabitur non per se, sed per aliud. Sed non de tali nunc loquebamur, sed de indiuisili atq; impartili oratio erat. At rationis necessaria uis ipsum diuidet. & quacunq; diuidetur, tempus præteritũ ac tempus futurum distinguet utiq; ac disterminabit.

HIS accedit, ꝙ ipsius nunc una quidem pars transacta erit, altera autem futura.

His accedit inquit, ꝙ si diuisionẽ recipit nũc, huiusce quidẽ pars quædã trãsacta erit, alia autem futura. eritq; & in præterito & in futuro, & non idem uel præteritum uel futurum, sed idem & præteritum & futurum. Neque idem erit nunc. pluribus nanq; uicibus diuisibile, tempus est.

Quapropter inquit si hæc ut ipsi nūc adueniant, fieri non potest, & finis transacti temporis & initium futuri idem sit necesse est, & non aliud quidē finis, aliud autem initium. Quod si idem est, & indiuisibile quippe est. & rursum per impossibile istuc ostendit. Nam si diuisibile inquit est, rursum eadem cōsequentur, quæ & relata a' nobis fuerunt. Quare erit in tempore quicquam, & illud penitus indiuiduum, ipsum uidelicet nunc, sed quod ipsum per se & non per aliud est. Hinc in ipso nunc moueri nihil idemonstrat ob hanc uidelicet causam, quia omnis motus in tempore est, & non in ipso nunc neq; in momento q; quod absq; tempore est. Et accipit citius & tardius q; utrunque hoc in quolibet motu reperitur. Sit magnitudo. a. b, & sit nunc. n. sit autem & citius & tardius. Ergo si citius siue uelocius mobile per totam a. b. magnitudinem in ipso nunc motum fuit, certe' tardius mobile non per omnem mouebitur in eodem ipso nūc. sed mouebitur per ipsius portionem. a. g. At per magnitudinis portionem a. g. quia tardius mobile in ipso nunc pertransiuit hanc uelocius mobile in minori tempore quam sit ipsum nunc, pertransibit. Ita fiet, ut diuidatur nunc, quod indiuiduum est. At indiuisibile erat nunc.

AT NB quiescere quidem in ipso nunc est.

Quoniam in ipso nunc nihil moueri demonstratum est, neq; quicquam in ipso nūc quiescet. Nam quiescere illud dicimus, quod quum habile moueri natū est, quādo, & ubi & quomodo, non tamē mouetur. Quoniā igitur in ipso nūc nulla res mouetur, neq; ulla quidē quiescet in ipso nūc. Item & alio argumēto hoc idē ostendit. si enim ipsum nunc totum est, & quicquid per totū tempus mouetur, in qualibet ēt huiusce partē mouebitur, quocūq; motu per totū illud tempus mouetur, in ipso nunc idē ut quiescat simul atq; moueatur, continget. Nanq; ipsum nunc & præteriti & futuri temporis extremū est, huius quidem secundū finem, illius autē secundū initium. Præterea alia quoque ratione disserit & ostendit, quemadmodum quiescere illud dicamus, quod cum partibus suis simul & nunc & prius simili modo se habet. Causa est, quod non in puncto temporis neque in momento res omnes quiescent neque per partes, sed totæ. At totum non aliud est nisi ipsum & suæ ipsius partes. Quoniā igitur late' patet ipsum quiescere, & habet nūc & prius, ipsi aūt nūc neq; prius est neq; posterius, idcirco nihil erit, quod in ipso nūc uel moueatur uel conquiescat. Necesse ergo est, ut utrunq; in tempore fiat. Et res ipsa inquit, quæ mutatur, tota tanquā continua in partes diuiditur. non solum autem tanquam continua, sed per ipsum etiam moueri.

ET QVVM in eo fuerit, in quod mutata res est.

Nunc scopum sibi propositum habet, ut ostēdat, quemadmodum & quicquid mutatur, illud in infinita diuisibile sit, non secundum hoc, ut continuum est, sed secundum ipsum moueri. Quoniā igitur inquit ex aliquo in aliquod omnis mutatio est, neq; tū quum in eo est, in quod mutatum est, mouetur. tunc enim quiescit eius finem consequutum, in quod mouebatur. neq; tū quum in eo est, unde motū fuit. Nam tunc in hoc quiescit, si duntaxat & ipsum solum & suæ ipsius partes similiter se habeant. Quod enim similiter se habet, & ipsum & ipsius partes in quiete non mutatur. Necesse ergo est, quemadmodum usq; a principio dixit. si quid mouetur, huius quidem partem in eo esse, unde est, alteram uero in eo, in quod, neq; pure' & impermiste' in altero solo esse. Neq; enim in utrisq; totū quiescit, neq; in neutro. Dico autem inquit illud, in quod primum. neque enim quæras nigrum, sed fuscum subnigrumue, quoties ex albo quicquam mouetur. Ex hisce igitur liquet esse diuisibile, quicquid mouetur, quod quidem, partim in eo est, in quod abit, partim in eo, unde abit. Motus autem dupliciter diuisibilis est. etenim tempore diuiditur in infinita. Alio quoq; modo diuiditur per motus uidelicet quosq; partium eius rei, quæ mouetur. exempli gratia, sit illud quod in totum mouetur. a. g. Et si hoc mouetur, per a. b. ipsius partem mouebitur, is motus b. g. Et sit motus utriusque partis, partis quidē a. b. ipse motus. d. e, partis uero. b. g. ipse motus e. z. & sic demonstratio recta' procedit.

NIHIL autem mouetur secundum alienum motum.

Hoc assumptū tanquā uerū atq; indemonstrabile præsumit, nihil esse quod alterius motu moueatur. Quare si partes motus, qui partiū eius est quod mouetur, motus existūt, & omnis. d. z. motus, totius. a. g. quod mouetur, motus existit, & nō cuiusdā alterius rei. Iteq; si oīs motus est cuiusdā motus, neq; unq̃ est absq; eo quod mouet', ullus p se motus totus aūt motus q. d. z. linea describit' neq; alterius neq; alterius partis eius est, quod mouetur. nanq; d. e. motus & rursum. e. z. motus, motus

erant

erãt ipsorũ a.b.b.g.partiũ eius, quod mouet. Neq; igit alterius & alterius partis totus motus est, neq; cuiusdã rei alienæ.nihil.n.est, quodsm alienæ rei motum moueatur, neq; enim plurium rerũ motus unus est. Necessarium est, ut totus motus totius.a.b.g.magnitudinis ex stat.a.b Præterea si de partibus ipsi.a.b.& ipsi.b.g. portionibus magnitudinis motus adsunt ii uidelicet.a.e.&.e.z, totius autem magnitudinis.a.g.non est motus totus.d.z, sed alius uelut.t.i utrarumq; partium motus ab ipsa auferetur. Sin aliquid restabit uelut.a.i, ecce motus is quarumnam partium continuatarum motus existit? Qua igitur ratione fiet, ut huiusce.t.c, qui magnitudinis a.b. existit motus portio.c.i.cuiuspiam alius mobilis extrinsecus motus existat? Eodem modo, si quicquam etiam excederet, eadem absurda atq; inconueniẽtia consequentur.

ITAQVE diuisio ipsa.

Vult ostendere, quemadmodum motus duobus modis diuidatur, secundum partes uidelicet eius, quod mouetur, & secũdum tempus in quo fit talis motus. Quum igitur motus diuisionem, quæ secũdum partes rei mobilis efficitur, ostendisset, iam ostendit & diuisionem, quæ fit secũdum tempus. Quum enim omnis motus sit in tempore, omne autem tempus sit diuiduum, in minori uero tempore minor quoq; motus efficiatur, sicut & in maiori tempore maior motus, motus quidem diuidatur secũdum tempus, necesse est. Et quædam quinq; adfert, tempus, motum, ipsum moueri id quod mouetur, & illud in quo atq; omnia continua & diuisibilia. Quemadmodum autem hæc easdẽ diuisiones recipiãt, ostendit. Quia tamen motus etiam est secũdum quãtum, incremẽtum enim atq; decremẽtum, & secũdum quale, albefactio enim est atq; denigratio, propter hanc causam illud in quo, prudẽter distinguit. Illud enim inquit in quo, est & secundum locum, est & secundum quãtum, & est secũdum quale. At quale omnino secũdum quãtum diuiditur. secundum illud enim & multum & exiguum dicitur. Ita diuisio ipsius secũdũ accidens procedit. Exponit autem & tempus, in quo mouetur, ꝙ motum quo mouetur quicquid mouetur, atq; ex hisce in reliquis quoq; easdem existere diuisiones ostendit.

AD EVNDEM autem modum ipsum moueri diuidetur.

Posuit tempus & motum. nunc adiicit & ipsum quod mouetur, ex quo magis sequitur, ut hæc diuidantur. Nanq; res ipsa, quæ in sui substãtia insistit & sub sensum cadit, ipsius diuisiones præbet perspicuas ac manifestas. Sit igitur ipsum moueri.g.adiaceat autem & motus eius, & sit.d.e.& diuidatur motus secũdum dimidias partes.d.g,g.e. Secundum hasce dimidias & ipsum moueri diuidetur, secundum igitur.g. Et rursum secundum dimidii motus dimidium ipsum dimidium moueri diuidetur. Est etiam & quempiam exponentem partes motus, secundum quas ipsum moueri diuiditur, asserere & secũdum totum motũ ipsum totum moueri existeret. Si enim aliud dicimus secundum.d.e.motum, dum ipsius moueri partes in opere sunt secundum partes totius motus.d.e,g.e: plura erunt ipsa moueri secũdum unum & eundem motum.d.e. Illud igitur secũdum huiusce partes ipsius portionis.g, & nunc secũdum totum, ut constituitur, aliud quid moueri existit. sicut & ipsum motum in partium motus esse diuisibilem ante diximus. Si enim ipsius moueri partes secũdum partes motus sumãtur, totum quidem ipsum moueri secũdum totum motum existit. Eodem quoq; modo & longitudinem diuisibilem esse demonstrabitur, quum secũdum locum motus efficitur, & in totum illud omne, in quo mutatio fit, hoc est in quanto & quali. Tamen diuisio qualis erit per accidẽs.atq; de hisce ĩfinitis ac definitis eadẽ questio erit. Hæc autem omnia hoc ius atq; hæc ratio consequuta est, ut ab eo quo mouetur, & ab eo qđ mutatur, & ipsa diuiderentur.

QVIA uero quicquid mutatur, ex aliquo in aliquod mutatur.

Proponitur ab ipso, ut doceat præcipiatq; de ipso mutatum fuisse, quod extremũ & indiuiduum ipsius mutari est, sicut & ipsum motum fuisse ipsius moueri. Mutari nanq; in tempore est, at mutatum fuisse in fine temporis, quod est ipsum nunc. Quia ex aliquo in aliquod mutatur, quicquid mutatur, illud, quod mutatum fuit, & non illud latius, sed quum primum mutatum est, in eo esse, in quod mutatum fuit, necesse est. De ipso enim latiore mutatum fuisse ratio non conuenit. Planum itaq; est in eo esse, atq; in illo perfectè conquiescere. Extruit autem atq; constituit propositum negotiũ ex eo, ꝙ quicquid mutatur, ex quo mutatur, inde egreditur & ipsum relinquit ac deserit. Vel enim inquit mutari idem est, quod & relinquere ac deserere, uel ipsius mutari consectaneum est ipsum relinquere ac deserere. Statim enim ex aliquo in aliquod quicquam mutatur, & ipsum deserit, unde mutatum fuit. Quod si illud deserit atq; destituit, unde mutatum fuit, in eo fit, in quod

præsertim primum ac proximum mutatum fuit, necesse est. Nanq; quod ab albo discedit, non in nigrum abit, sed in fuscum, neq; in fuscum statim sed in aliquod, quod fusco magis albescat. Superius enim retulit nil quicquam quod mutetur, in eo, unde mutatur, permanere, neq; in eo esse, in quod mutatur, sed utriq; quodammodo esse permistum. Qua de causa igitur nuper contraria tãto studio celebrauit? hac uidelicet de causa, quia quum res aliqua illud abiicit, unde exit, in illud in quod abit, incursum facit. Sed quoniam ipsa mutatum fuisse propemodum innumera sunt & infinita huiusce autem primum inuenire non est, quanquam ultimum inuentum fuit, in quod mutatum est, atq; in quo est. Et quia in reliquis motibus hoc difficile atq; obscurum est ad demonstrandum, sunt enim media quæ interiacẽt, & quæ demonstrationi obstruunt in mutatione, quæ est per contradictionem, cuius medium nullum extat, hanc rationem & in cæteris uerissimam esse demonstrat. Nam quicquid deseruit ac reliquit non ens. Hoc & in cæteris omnibus accipiendum esse censet.

PRAETEREA si unamquanq; obire uoluerit, id erit quoq; manifestum.

Quoniam uero id quod mutatum est, alicubi esse per motum localem necesse est, uel in aliquo secundum motum per alterationem, neq; nullibi ipsum esse dicẽdum est. non ens enim nullibi gentium in totum est mutatum autem fuit id quod mutatum est, atq; illud ex quo, penitus reliquit, illud profecto alicubi sit, necesse est. Vel in hoc, quod dico in quod, uel in alio erit. atq; in priore quam hoc sit, patet ipsum esse. Et in.g. sit priori illud, quod mutatum est, quod scilicet in.b. mutatum est. Sed quia constituitur mutatum in.b. fuisse, non est q; quispiam statuat ipsum in ipso.b. sed in ipso.g. motum iri, atq; ab.g. ipsum in.b. esse uenturum. Quare quum in.b. mutatum erit, mutaretur quidem atq; moueretur ex.g. in.b. At uero id quod in posteriore mutatum fuit, in priore illud ut sit, esse non potest. uel ex hoc potius in illud moueri, in quod mutatum erat. & ipso.g. posterius est. Necessarium itaq; est ex hac ratione id, quod mutatum est, ut in eo sit, in quod mutatum fuit. Verum hoc caue latum amplũq; accipias, sed per se tantum & anguste constricteq;. Hoc autem ex ea mutatione, quæ per contradicentiam κατ' ἀντίφασιν est, intelligi facile potest. Neque enim inter affirmationem atq; negationem medii quicquam intercedit. Neq; intra ens & non ens mediũ quid interuenit. sed uel in ente erit quidpiã, uel in non ente. Illud uero, in quo primo mutatum fuit, existat oportet indiuisile. Dico autem primum illud quod per se, quod secundum finem est, quod non q; aliud ipsius quid primum est, huiusmodi est. Sit itaq; primum indiuisibile quod mutatum est.a.g, quod finis aliquis existit. Ergo si indiuisibile non est diuidetur. & diuidatur secundum.g. Atq; huiusce rei præceptio procedat hoc modo.

SIT ENIM indiuisibile a.g.

Non nouum neq; peregrinum uideri debet, si late diffuseq; traditio procedit. Neq; enim mendacium committitur ullum ab iis, qui res ita accipiunt atq; disputãt. Nanq; & geometra ipse quum uult ostẽdere in eadem recta non competere neq; quadrare duas alias rectas, quæ prioribus æquales sint, ad easdem partes extrema eadem habẽtes, punctum idem habentes. Quia per demonstrationem ad id quod fieri nõ potest, demonstrare conatur, atq; hoc modo demonstrare cogitur, longe expedit & auertit signum.d, ut inconueniens atq; id quod esse nullo modo potest, ostẽdat. Constituit itaq; & in hoc loco.a.g, quod primo mutatum est, in totum mutatum esse, propter demonstrationem & apertam rei declarationem. Non indiuisibile igitur.a.g. statuendum est. & diuidatur secũdum.b. Ergo si in partibus mutatum est, non omnino in toto primo mutatum fuit. Necesse enim est in altera partium ipsarum uel mutetur uel mutatum sit. Si igitur in altera mutatum est, non in primo toto. Sin in altera mutatur, in toto etiam mutatur. At positum erat fuisse id mutatum. Eadem autem ratio est & in altera partium ipsarum. in una quidem mutatum est, in altera mutatur. Si in priore fuit mutatum, in posteriore autem mutatũ fuisse dicimus, & ipsum quoq; posterius mutatur. & quum mutatum fuit, adhuc mutatur. Quod si in priore mutatur, in posteriore autem mutatum fuit, ipsum quidem posterius finis mutationis existat, & non prius. uel sane duo simul. Deinceps quomodo intelligat illud, in quo primo, interpretatur. Dupliciter autem illud dicitur. unum quidem, in quo primo absoluta perfectaq; mutatio est, de quo & nunc prædicabamus. Alterum autem est, illud in quo mutari quidpiam primo cæpit. Quod igitur secundum finem primum est, ultimum & indiuisile est, quemadmodum demonstrauit. mutationis enim terminus ultimus hoc existit. Et est ipsum primo mutatum fuisse tanquam mutationis finis

ultimus

ultimus. Illud uero secundum initium, in totum non est. Neq; enim sumere initium est, quo res mutari cæpta est. Impartibilia nanq; aliud alii non adherescunt.

ILLVD uero' secundum initium in totum non est.

Quum ipsum primo mutatum fuisse duplex existat, unum quidem secundum ultimum mutationis finem est atq; dicitur. Quod uero' secūdum initium, non est. Esset nanq; initium initii. & huiusce rursum primum aliud initium, atq; hoc infinite' progrederetur. quemadmodū etiam in ipso quoq; tempore prius nunc sumere non licet, in quo mutatum fuit. Exponit igitur atq; hoc etiam ostendit sic. Sit inquit primum. a.d. hoc quidem indiuisibile non est. Nam si indiuisibile est, ipsa nunc aliud alii adhærere continget, ꝙ de tempore uerba facit. At nunc alii nunc non adhærebat neq; adplicabatur sicut demonstratum fuit. Itidem & aliter hoc ostendit, a.d. uidelicet non expers omnino diuisionis existere. Ponatur enim prius. g.a. tēpus, secūdum quod res quiescit. Ergo si late' patet ac diuisibile sit a.d, nihil obstat, cur in hoc quidem tāquam fine quietis non conquiescat, quum uero' mutari cæpit, in ipso. d. mutatū illud indiuisibile mobile sit. At quum a.d. sit in diuisibile, si in. a.g. tempore conquiescit, & in ipso a' conquiescet. Et si in. a. conquiescet & in ipso d. simul conquiescet. Atq; res eadem & conquiescere & mutata esse cōperitur. Vel mutata fuisse absq; mutatione comperitur, id quod non potest. Quia igitur indiuisibile esse. a.d. sublatum fuit, ergo diuisibile erit. Et si diuisibile erit, si in neutra parte mutatum fuit, neq; in toto quidem erit mutatum. Sin in utraq; mutatur, & in toto mutatur. Quod si in altera mutatum fuit, si in priori mutatum est, adhuc mutatur, quoad ipsum. d. consequatur. Sin in posteriore, non in toto primo.

NEQVE eius, quod mutatum est, primum aliquod est.

Et in eo quoq;, quod mutatur, demonstrationem facit, neq; in eo quidem quod mutatum est, esse quid primum, quod mutatum sit. Continuum nanq; ipsum est & diuisibile in infinita. Sit enim inquit. d.z, quod primum mutatum sit ipsius. d.e. Quoniam igitur prius mutabatur, atq; ita deinceps mutatum fuit quicquid mutatur, secūdum ipsum mutatū fuisse diuisibile est. Tempus autem, in quo. d.z. mutatum fuit, literis. t.i. descriptum sit. Non dicit autem in tempore mutatum fuisse, sed quicquid in tempore mutatur, in extremo huiusce mutatum fuisse. Vel secūdum constitutionem suam, ꝙ constituerat id quod primum mutatum fuit, diuidi non posse, quod uero mutatum fuit inter mutandum. Et tempus ponit, secūdum quod ipsum est quod mutatur, sicut & demonstratio declarat. Si igitur in ipso. t.i. tempore mutatum fuit. z, omne autem tempus diuisile est; in huiusce dimidio minus quoq; erit quod mutatum fuit. & huius aliud rursum, atq; illius alterum. & semper sic progredi licebit, neq; huiusce initium ullum extabit. Perperam itaq; fecimus, qui in ipso mutatum fuisse primum atq; indiuisibile constituimus. Quum igitur hæ duæ res semper infiteq; diuidātur, & id quod mutatur, & tempus, ꝙ & primum in hisce non est tertium ponit, illud quod, & secundum quod mutatur. Et uult dicere, hoc quoq; infinite' diuisibile esse. Quoniam uero in magnitudine hoc facile cernitur & consideratur, in qualibus autem diuisio non efficitur per se, hoc est in albefactione. propter hoc non simili modo. se habet inquit. Nam alia de albo ratio est. & forte' ipsum diuisibile est per accidens, quum illud, in quo est, infinite' diuidatur.

NAM quæcunq; per se dicuntur.

Illud, quod, & id secūdum quod mutatur, quū ipsum quoq; infinite' esse diuisibile & primum non habere constituisset, a qualibus ipsis, quominus hæc libere doceret ac pronuntiaret, impediebatur. Quapropter conciliauit orationem suam, atq; per accidens hæc quoq; diuisilia existere pronuntiauit. Cui enim quale accidit, diuisibile illud est. Rationem uero doctrinæ atq; præceptionis in hisce non persequitur, sed in quantis & magnitudinibus per se & non per accidens diuisibilibus ipsam exercet & administrat. Sit enim inquit magnitudo. a,b, per quam quispiam mouetur, hoc est uia. Moueatur autem ex. b. in. g. primum. Igitur si b g. indiuisibile est absq; parte ulla, ipsum g.a, quod impartibile est, deinceps attinget. Sin diuisibile est, erit ipsius. g. aliquid prius quod mutatum fuit, atq; illius aliud. Atq; hoc modo res procedet, ꝙ huiuscemodi diuisio nunquā deficit neq; consistit. Hoc examinat adprobatq; in ipso decremento atq; incremento, quos motus ad quātitatem redigit. Nanq; & ipsi quoq; a continuo ipsius temporis constituentur. Omnis autem motus & ipse & reliqui in tempore sunt, atq; in continuo lapsu temporis huiuscemodi motus positus est. In solo motu, qui secundum quale est, esse diuisionem per se negant. Sed si est per accidens, sicut dictum fuit, motus secūdum quale diuisibilis erit, per se autem indiuisibilis. Hinc &

de tempore considerat, num in ipso quoq; primum sit. Et primum diiudicat ac decernit tempus per aliud & tempus per se, de quo & uerba facit.

IN TEMPORE autem mutari dicitur.

In tempore mutari duplex existit. unus modus, sicut per aliud & extensiuum. uel quemadmodum dicimus, in præsenti tempore mortuus homo est, quia hoc præsertim die obiit. est & alter modus, uelut quum dicimus tanquam in primo. Hoc igitur tale in tempore mutari diuisibile dicit, & tempus ipsum. Nam in qualibet huiuscemodi parte temporis mutatur, quicquid mutatur. neq; in tali tempore sumere primum licet. Tale igitur ex eius quoq; definitione, quod dicimus tanquam in primo, cognoscitur. in hoc etenim mutatur non per aliud sed per se. Et primum illud dicimus, quo nullum aliud prius est, id quod in tempore dici minime habile est. Nam si primum erit, in ipso erit indiuiduo indiuiduum adhærescens. Nihilominus tamen ex hisce quoq; perspicue id apparebit. Sit enim tempus, in quo primo mouetur, quicquid mouetur, x.r. ac diuidatur secundum, c. omne nanq; tempus diuisibile est. In tempore autem, x.c. uel mouetur uel non mouetur. Ac rursum in. c.r. Si igitur neq; in uno, neq; in altero mouetur, in toto certe quiescet neq; mouebitur. Quomodo enim illud in toto mouebitur. quod in nulla huiusce parte motum fuit. Quod si in altera parte mouetur, & non in utraq; mouetur, non in toto primo. x.r. tempore mouebitur. per aliud enim motus est. Sin in. x.r. tempore moueri dicitur, ꝙ in. x.c. mouetur, in quauis temporis parte motum fuerit necesse est. Quo posito concessoq; omne scilicet quicquid mouetur, prius motum illud fuerit necesse est. & magnitudo sit, c.l.

SI ENIM in. x.r. primo.

Tempus & magnitudinem accipit & duo mobilia æqualis celeritatis. hoc est magnitudo sit. c.l. & tempus. x.r. Si igitur mobile æqualis celeritatis ad aliud in. x.r. tempore per totam. c.l. magnitudinē motum fuit, accepto ipso motum fuisse secundum extremum. & alterum mobile æqualis celeritatis per eandem magnitudinem in eodem tempore mouebitur. Quod si in dimidio tempore alterum per dimidiam magnitudinē motum fuit, alterum quoq; æque celeri gradu se mouens per dimidiam magnitudinem mouebitur. Ac rursum si alterum per dimidiam huiusce magnitudinē in dimidio dimidii tēpore motū fuit, & alterum ad eundem modū. & semper sic procedetur. Quapropter interea dum quidpiam mouetur, illud per infinita motū erit secūdum mgnitudinis tēporisq; diuisionē: Item ex hoc quoq; fiet manifestū id, quod dicimus. Si in toto. x.r. tempore motum quidquam fuisse dicimus, quum temporis motusq; terminum ultimum accipimus, & omnino in quocunq; tempore motum quidpiam esse diceretur, quum, extremum temporis accipimus nunc. Hoc enim est, quod terminat, atq; intra nunc medium interuenit, quoniam impartibili impartibile non adhærescit. Tempus itaq; erit, atq; hoc in diuisionibus dicetur secundum extremum nunc. Quare & in dimidio motum erit, ac rursum in huiusce dimidio diuisione facta nūc erit & motum fuisse. & semper hoc sic abibit. Semper enim sectio temporis est secūdum nūc. atq; intra nunc tempus semper intercedit.

INSVPER si quicquid continue mutatur, neq; interiit.

Rursum de ipso mutatum fuisse oratio suscipitur, hæc uidelicet in ipso mutari infinita esse. Quicquid enim inquit est, quod continue mutatur neq; interit, neque mutatione desistit uel cōquiescit, ex duabus rebus alterā habebit. Vel enim mutatur, uel quaq; parte temporis mutatum fuit. At in ipso nunc neq; moueri neq; mutari quicquam iam docti percepimus. mutatū itaque fuerit necesse est. At innumerabilia & infinita nunc in ipso tempore existunt. Quare in ipso mutari secundum tēpus ipsa mutatū fuisse infinita erūt. etenim semper prius aliquid est, & rursum prius aliud. Neq; est, qđ quicq̄ mutetur, nisi ipsa mutatū fuisse in se infinita habeat. Queādmodū tēpus nūc infinita habeat, nuper ostēdit. Nūc rursum id agit, ut ostēdat, q̄o id qđ mutatū fuit, mutari prius necesse sit, sicut & ipsum nūc uti tēporis omnino extremū tēpus aliquod præire oportet. Nanq; quicquid inquit ex aliquo in aliquod mutatum fuit, in ipso nunc ex. a. in. b. mutatum sit. Ergo quia unum est nunc & temporis ultimum, in quo ex. a. in. b. mutatum quidpiam fuit, in. a. quidem mutatū non est, in hoc enim manet, ꝙ nōdum ex aliquo in aliquod abiit. Quod autem mutatum est, quum mutatum est, in hoc non esse supra cognouimus. Quomodo in. a, mutatum fuit in hoc permanens? Si autem in alio nunc mutatum est, & in hoc quidem non est, in illo autem, tempus medium intercedet. Neque enim ipsa nunc alii aliud adhærescunt. intra uero ipsa nunc tempus medio uenit & tempus diuisibile infinite est. Ita fiet, ut in alio dimidio mutatū sit atq; in eius alio dimidio &

hoc

hoc modo semper. Dicebat ipso mutatum fuisse necessarium esse semper, prius ut sit quod mute- tur. id quod inquit in magnitudine & in motu secũdum locũ planius intelligetur partim ꝙ magni tudo continua est, super qua mutatur quicquid mutatur. partim etiam quia non eadem mutatio est, quæ & in qualitate, ubi magnitudo quædam non est, neque diuisio per se sed per accidens pro pter quãtum, in quo quale inest. Sit enim inquit id quod mutatum est ex.g.in.d. Ergo si indiuisile est.g.d, ecce impartibile hoc alii impartibili adhærebit, quod est ab ipso.d, atq; ulterius. Quia ue ro id esse non posse demonstratum fuit, intra.g, &, d. interiacere magnitudinem oportebit, neq; totum hoc impartibile existere. Quod si magnitudo media est, & infinite' quippe diuidetur. Quare in illas prius magnitudines infinitas mutatur. Quicquid igitur mutatum est, prius mute- tur necessarium est. Eadem enim demonstratio, quæ in hoc continuo adhibita fuit, & in motu se cundũ locum & in iis quæ non sunt continua, adhibebitur, sicut in mutatione secũdum quale, & in ea quæ est per contradictionem. Hæc nanq; neq; quãta neq; continua omnino sunt. a tempo- re enim, in quo hæc mutata fuere, infinite' diuisibili istuc accipientes in hisce quoque eadem prorsus dicemus. Itaq; hæc inter se reciprocant atq; respondent. siquid mutatum est, prius mu tatur. & si mutatur, in hoc mutatum infinite' erit. Neq; in illo prius. sumetur neque in hoc. Huiuscemodi autem omnium una causa est, ꝙ impartibili impartibile non adiungitur neque adhærescit. Diuisio nanque ipsius mutati infinite' progreditur, sicut & in lineis, quæ diuidun- tur & augescunt.

PERSPICVVM itaq; est id quod genitum fuit, prius gignatur necesse esse.

Eodem quoque modo & in generatione, ꝙ in eo quod gignitur, infinita genita sunt. & quod genitum primũ est, nullum inuenitur. itemq; & reliqua, quæcũque continua sunt. Ne existimes tamẽ id quod gignitur, idẽ denuo gigni, sed aliud semper atq; aliud quid. uelut aliquid de iis, quæ eius sunt. Hoc autem rursus continuũ est atque infinitum. & infinite' se habent, quæ genita sunt. Eadem ratione & in eo, quod corrumpitur, infinita ea sunt, quæ corrumpuntur. neque quod primum ex corruptione interierit, inuenire licet. Hæc nanque quum & ipsa infinita sint, eandem rem inter se patientur, atq; utraque respicient alterum ad alterum. id quod gignitur, ad id quod genitum fuit. & quod genitum fuit, ad id quod gignitur. Quod autem corrumpitur, ad illud quod corruptum est. & quod corruptum est, ad illud quod corrumpitur. Ex magnitu- dine nanque ac tempore in hisce quoq; diuisio in infinita conspicue' cernitur. Quare in quo fue rit uel id quod genitum est, uel id quod corruptum est, in hoc primo non est, sed in illo est. Rursum aliud prius genitum uel corruptum fuit. neq; hæc aliud alii adhærent uel admouentur. sed inter ea quæ genita sunt, id quod gignitur, medium est diuisibile in infinita, quæ genita sunt. Inter ea uero', quæ corrupta sunt, media interueniunt quæ corrumpuntur infinite diui- sibilia. Quoniam uero quicquid mouetur, in tempore mouetur, & in maiori tempore maio- rem molem pertransibit, idcirco per quandam finitam terminatamq; uiam quispiam ut pertran seat in tempore infinito, esse non potest. Si tamen eandem rursum atq; eandem rursum inibit uiam uel aliquam eius partem semper iterando, id prorsus fieri potest. Sed ut tempore infini- to totam illam uiam finitam eundo conficiat, fieri nullo modo potest. Et assumptum ca- pit, id quod æqua celeritate mouetur, sic æquam celeritatis partem habeat oportere, si tempus & magnitudo finita sunt.

SVMPTA enim parte.

Per diagrama expositorium hoc loco demonstrat philosophus, quemadmodũ magnitudo quæ- dam finita in tempore infinito pertransiri non possit. Sit inquit spatium, per quod quispiam iter facit, finitum.a.b.& tempus infinitum, g.d. sumaturq; pars spatii finiti ac terminati, a.e, hæc autem pars totam magnitudinem permetietur. Quoniam igitur partes hæ & quanto & numero finitæ sunt, ꝙ scilicet magnitudo tanta est atq; ex tot partibus constituitur, tempus quo- que ipsum omnino erit finitum atq; terminatum. Spatium nanq; a.e, in quadam temporis se- ctione & non in ipso nunc pertransiuit. Illud itaque temporis segmentum oportet ut tempus infinitum permetiatur in tot partibus, quot & in magnitudine inerant. Sint in magnitudine par tes quatuor & priori segmento temporis æquales, erunt & in ipso tempore partes quatuor. ita finietur atq; terminabitur tempus infinitum. Nihili autem referat, siue is qui magnitudinem per- transit, quatuor partes magnitudinis æqua celeritate transeat, seu inæquali celeritate per illam

moueatur, siue in hac quidem parte motum intenderit siue in alia ipsum remiserit. Tot nanq; talesq; & ipsius temporis partes accipientur, siue maiores sint siue minores. quæ interim tamen hoc ipso quod dicimus, quota sunt, finitæ terminatæq; erunt, quanquam hæc maior, illa uero minor existit. Eius nanq; pertransitus, quod ab.a, in.e, magnitudinis partem pertransit, in aliqua parte temporis infiniti & non in infinito trāsigetur. totus enim pertransitus & quod per omne spatium pertransit, in toto infinito erunt.

ET SIC sumendo.

Et si sic inquit pariter ad utrunq; commeantem ablationem sumere uelis magnitudinis finitæ & temporis infiniti magnitudinem quidem explebis, tempus autem si est infinitum, ipsius segmentum ad dimensionem nunquam reuocabit. Nam infiniti pars nulla est, quæ ipsum metiendo totum absoluat. Fieri enim nequit, ut infinitum ex finitis siue æqualibus seu inæqualibus existat. Nanq; quæcunq; multitudines magnitudinesq; finitæ sunt, ab re una quadam ad mensionem rediguntur, infinitæ uero, nullo modo. Nihili autem referat æquales an inæquales sectiones ipsæ sint, modo quanto terminentur. Finitam itaq; magnitudinem.a.b, quædam sui ipsius pars, a.e, permetietur. atq; a sectionibus ipsi parti æqualibus tota uti finita tolletur & interimetur. At tempus, cuius natura infinite' perlabitur, in ipsius sectionibus non interibit. hoc & in ipsa quiete est. Quare hinc perutile corollarium adiicit. omnis motus quoddam tempus habet finitum atq; præscriptum, neq; semper gignitur id, quod gignitur, uel corrumpitur illud quod corrumpitur sed stato quodam atq; finito circunscribitur ac terminatur. Eadem ratio doctrinæ est, etiam si tempus finitum magnitudinem autem infinitam esse ponamus. Sumetur nanque rursum quædam pars temporis, quæ tempus finitum. totum permetietur, in qua quidem parte magnitudinem infinitam quispiam pertransiuit. Hæc antem magnitudo finita magnitudinem infinitam non permetietur. atq; interempto tempore magnitudo non interimetur.

NIHIL autem interest, magnitudo ad alteram partem uel ad utranq; infinita sit.

Nihil interesse inquit, magnitudo illa infinita uel ad utranq; partem uel ad alterā infinita sit. eadem nanq; ratio erit. Quid enim prodest, si quum ex una parte finita sit, ex alia parte infinita fuerit? Hoc nanq; infinitum est & secundum partem illam impermeabile. Quibus rebus ita demonstratis neq; ipsum mobile quidem infinitum existens magnitudinem finitam in tempore finito pertransibit. Et recte' quidem a priscis philosophis dictum fuit æternitatem in momento consistere, & non in spatio quodam temporis infinito positam esse, siquis hanc rationem diligenter attenderit. Nam infinitum totam magnitudinem finitam simul comprehendet, neq; in ipsa mouebitur. Quod enim mouetur, in quo primo' erat, in hoc posterius non est, quemadmodum ipse dicebat. motus nanq; instantiam habet. At infinitum totam simul magnitudinem tanquā in indiuiduo momento complectetur, atq; uniuersum tempus tanquam æternum continebit. Quia uero' infinitum per magnitudinem finitam in tempore finito non mouetur, ne magnitudo quidem finita per aliquod infinitum mouebitur in tempore finito. Nihil enim refert, utrum uis illud sit quod mouetur, siue infinitum sit, seu finitum. utrouis enim infinito posito hoc omnino continget, unum quidem absolutum completumq; fuisse, alterum uero' nunquam perfectum iri. Ponebamus enim quicquid mouetur esse quantum & diuisibile in infinita.

ATQVI neq; infinitum quidem.

Sit rursum tempus inquit finitum. illud uero' quod fertur, infinitum. & infinita magnitudo, qua super fertur. Non est igitur rem mobilem infinitam magnitudinem infinitam in tempore finito pertransire. Tempus etenim finietur atq; terminabitur, & temporis pars totum tempus permetietur. At infiniti pars nulla est, quæ reliquum metiri unquam possit. Nemo sit igitur, qui audeat dicere rem mobilem infinitam in infinito congruere & conuenire & quasi ipsum consequi atq; captare. Neque enim oratio de adeptione est, sed de motu infinito, qui super magnitudine infinita efficitur. Quare motus per cursionē habet atq; pertransitionem, & non adaptationem. Magis igitur in magnitudine infinita quiescere uidebitur infinitum secundum hanc in quodam tempore adaptationem. Sed neq; hoc quidem est. quies enim in tempore quodam efficitur, quod tempus prætermeat, quietemq; usq; eo ut rursum moueri possit, permetitur. At hoc infinitum quum sit, & in infinito nunquam mouebitur. ubi enim erit, in quo moueatur? Quare immobile potius erit, & non conquiescens neq; se commouens. hoc nanq; in motu atq; tempore

inquit

inquit est. Neq; enim motus infinitus fiet in tempore finito. Quid enim refert, magnitudinem facias infinitam, an motũ, an tempus? Itaq; in tempore finito secũdum motum aliquẽ finitum magnitudo quædam finita mouebitur. Agit quoq; & de eo quod stat & de ipso stare, ipsum uidelicet infinite diuisibile esse atq; in tempore existere. Stare autem illud dicimus, quod iam initio quiescendi facto ad statum eum, quem requietudinem ἠρέμισιν appellare liceat, non ad quietem proficiscitur. Et stare moueri quidem est, sed in propinquo quietem habet.

QVARE sic demonstrata.

Alia res est quiescere ἠρεμεῖν, & alia requiescere ἠρεμίζειν. Quod enim iandudum laborare uel moueri destitit, quiescit. Quod uero stare dicimus, requiescit. Actio enim quædam ac tanq̃ motus & uia facta ad quietem capiendam requietudo cessatioq; ipsa est. Quũ itaq; philosophus ostendisset omnem motum in tempore esse, & quietem omnem in tempore, nunc & ipsam quoque requietudinem cessationemq; medium quoddam tenẽtem inter quietem & motum in tempore ostẽdit esse. Quod enim stat inquit, adhuc mouetur. aut enim mouetur aliquid aut quiescit. Quod si non mouetur, quiescit. at quietis requietudo esse non potest. Requietudo enim quasi generatio quædam quietis est. at quies finis ac meta laborũ est. nullũ autẽ initium atq; generatio nulla cognata finibus existit. Si itaq; id quod stat, ut quiescat, effici non potest, adhuc quoq; mouebitur. quicquid autẽ mouetur, in tempore mouetur. Quare & ipsum stare in tempore erit, & non in indiuiduo momẽto. Præterea & celerius & tardius in tempore esse dicimus. celerius autẽ uel tardius stare quidq̃ dicimus. Neq; ipsum, quod stat, in quo primo tempore stet, inuenire est. Diuiso nanq; tẽpore si neq; in una neq; in altera parte tẽporis stat quæpiam res, neq; in toto quidem. quare id quod stat, non stat. Sin in una parte tẽporis, non in toto primo tẽpore. Etenim si in una parte stare est, & in reliqua stare non est, quomodo per utrãq; simul partẽ dicebamus, in quo primo stat? Quod enim in eo, quod mouetur, atq; in ipso moueri dicebamus, id & in eo quoq; quod stat, & in ipso stare dicemus. atq; per literarum explicationẽ hãc rationẽ suã ostẽdit. Et sit inquit in quo primo stat, a.b. hoc autẽ nõ admittit, ut impartibile atq; indiuiduũ existat. Stare nãq; moueri esse modo demõstratũ fuit. At moueri parte non uacat. At uero si diuiduũ est in quacũq; ipsius parte stat. hoc nãq; & in ipso moueri superius demõstrabatur, ipsius scilicet quod primũ sit, sumi nõ posse.

NEQVE illud quidem, quod quiescit, quum primo quieuit.

Quemadmodũ enim in motu disputabat sumi non posse, quãdo primo quæpiã res mota fuerit, sed semper aliud atq; aliud antecedere. Sic & in quiete & in quiescendo disserit. Nihil enim est, quod in indiuiduo quiescat, q; in impartibili tẽpore motus nullus efficitur. In tẽpore enim est & moueri & quiescere. Quiescere autẽ quid dicimus tum, quũ non mouetur moueri natũ, quãdo, & quomodo, & ubi, & ipsum & ipsius partes æquabiliter. In indiuiduo uero tẽpore & ipsum ipsiusq; quiescẽtis partes qui erunt? neq; enim uno quodam id discernimus, sed duobus. ita impartibiliter & indiuidue quod quiescat, nihil erit, sed in tẽpore. Quod si in tẽpore, tẽpus autem omne diuisibile est, & ipsum quoq; quiescere in partes diuidetur & non solum ipsum, sed id etiã quod quiescit, & quies ipsa, sicut & motus & id quod mouetur & ipsum moueri. Quod si diuisibile erit, infinite diuidetur. at infinitarũ rerum pars nulla prima est. Eadem nanq; & rursus dicẽtur, quæ & in illis dicebãtur. Quare neq; in quiete quid primũ erit. semper enim aliud hoc antecedit. & illo aliud prius erit atq; hoc infinite progredietur. Huiusce autẽ causa est, q; in tempore est quicquid mouetur, quicquid quiescit. At in tẽpore sicut & supra demonstrauit, non erat primum nunc, ne esset q̃d impartibili impartibile adhæresceret. Simili ratione & in omni magnitudine atq; in omni cõtinuo aliquod primũ inuenire non est, uti & in ipso tẽpore. Nã in tẽpore mouetur quicquid mouetur, & non in tẽpore reliquum in se tempus complectẽte, quemadmodum superius edisseruimus. sicut quum dicimus lauisse se quenquã hoc anno præsenti, q; in hoc die uel in hac potius diei parte se lauit, sed in quo per se mouetur.

QVIESCERE enim est.

Quid sit quiescere, definiẽdo explanat. & quiescere definit esse, ut sit in eadem forma seu habitu uel passione siue in magnitudine seu in quanto quodã tempore quicq̃ consistere & ipsum & ipsius quãq; partem. Neq; enim in eodẽ nunc & ipsum & ipsius quæq; pars in eadem forma esse potest, sed in alio atq; in alio nũc esse potest. Inter autem duo nũc statũ tempus quoddam mediũ interuenit. Quod si quiescere illud est, quum quæpiã res in eadẽ forma siue magnitudine est & ipsa

& partes ipsius singulæ, atq; in tempore quiescere est, & non in indiuisibili tempore effici profecto non potest, ut quidpiam quum secundum quid simul mutatur, atq; particularem mutationē facere incipit, totum quid mutatum sit secundū primum tempus. Tēpus etenim diuisibile est in infinita, neq; temporis primum sumere omnino est. Quare in una ipsius parte in eadem forma & ipsum & singulæ sui partes quidpiā esse & quiescere nō potest, sed in alia atq; in alia parte temporis potest. Tūc enim dicere possumus fuse` late`q; quicquā quiescere & ipsum & ipsius quanq; partem, atq; in eadē forma aliquando consistere. aduerbiū enim aliquando significādi temporis habet uim. At in uno solo nunc tempus secundū quid accipere ullū non licet. nūc enim, ultimus tēporis finis est, non tēpus neq; ullū spatiū temporale. Ex quo in ipso nunc uti in ultimo termino temporis dicere est rem quāpiam manere secūdum, quid quiescere tamē secundū quid dicere non est. aliud nanq; māsio, & aliud quies est. Nā quiescere late` patet in tēpore, & non in indiuiduo. Sic & in tempore quiescere quidpiam est, & non in indiuiduo. in ipso tamen nunc secundū quid esse quidpiā potest, hoc est nō simpliciter album sed album secūdum quid. & in ipso nūc moueri nihil uerissime dicitur. Hoc autem esse secūdum quid & manere & moueri secundū quiescere non est. Quod enim fertur, manet in ipso nunc. at non quiescit in ipso nunc, sed in tempore quiescit.

ZENO autem falso` disputando decipitur.

Idonee cōsulto`q; dilatauit huiusce disputationis suæ institutū, ut prauam captiosamq; argumentationē Zenonis diluat, qua motum omnino tollere conabatur. Hæc autem captiosa eius ratiocinatio παραλογισμὸς talis est, ut quicquid quum secūdum æqualē sui dimēsionē constiterit, uel moueatur, uel quiescat. Sed illud moueri non est dicēdum, quod non propriā suæ magnitudinis æqualitatem uariat alternatq;. quiescit ergo. Quod igitur fertur in ipso nunc existēs, & rursus in nunc, æqualitatē suam nihil immutat. priori nanq; spatio adiacens & incubans nunc nullum maiorem prouētum facit. Quare iaculum quū semper feratur, immobile erit secūdum nunc. Est itaq; solutio huiusce rationis secūdum superiores disputationes, quū ab ipso disputabatur ex ipsis nūc indiuisibilibus tēpus omnino constitui non oportere, ne si ex ipsis nūc tēpus constaret, iaculi lationis tempus ipsa nunc pertrāsire necesse haberet. Tum etiam quia dicebatur in ipso nūc neq; moueri quicquam, neque quiescere. Sed neque in ipso nunc moueri quicquam uel manere uerum est, q nunc temporis terminus extremus est & non tempus. Sed cum hac ratione & reliquas tres Zenonis rationes simul complectitur & comprehendit, omnesq; diluit. Est nanq; prima ipsius ratio inquit, qua motū tollit, rē nullam antea ad exitum perduci posse, q̄ ad dimidiū ipsa peruenerit. At uero in magnitudine continua dimidii dimidium accipiēdi facultas semper est, ex quo quiescere neq; moueri res oportere. sicut & prius de hoc retulit, quū diluit rationē hāc ex eo, q Zenonē uidelicet hasce magnitudinis sectiones actu accipere diceret, quū ipsæ tamē non actu sed potestate tantū sumēdæ sint. Secūda ratio quæ q acerrime` atq; fortissime dimicat, Achillis cui su præstātis nomē acceptum erat, id quod celerrimi cursus est, illud quod est tardioris, nunq̄ cōsequuturū. Causa est quia id quod a tergo instat & celerrime` insequitur, ibi sit prius oportet, ubi tardius antea erat. & rursum hoc modo atq; hoc modo. Atq; hinc fieri, ut id quod celerrime` insequitur, id quod tardius incedit, nunq̄ in itinere cōsequatur. Cæterū ratio hæc eadē est, quæ & superior. differt tamen, q magnitudinē in partes duas ipsa non diuidit, sed puncta actu accipit. Atq; ex hac ratione contingit, ut celerrimum illud quod tardius incedat, nunquam adipiscatur & aggrediatur.

IN VTRISQVE enim accidit, ut ad finem non perueniat.

In geminis hisce captiosis argumentis hoc euenit, sicut ratio adprobauit, ut quod mouetur, finem nunquam consequatur diuisa utique hoc est secundum actum magnitudine in infinita, atque hac quidem secundum sectiones, illa autem secundum puncta. Inter utranque tamen hoc interest, q præsens ratio hæc tragice` suffarcinata incedit. Habet nanque tragicum hoc spectaculum perqua`m admirandum & quasi a consuetudine remotum. cuiusmodi` esse consueuerunt, quæ ad stuporem admirationemq; spectatoribus excitandam in scenis a tragicis agebantur. hoc uidelicet tragicum & admirandum hæc ratio habebat, id quod tardius incedit, ab eo qd celerrime` insequitur, attingi atq; inuadi nullo modo posse. Inuadetur enim atque occupabitur inquit quod præit & antecedit. neque semper antecedet, siquis dabit fieri posse, ut finitam uiam quidpiam percurrat. Hæc itaque ratio id tollit, quod apertum est atque manifestum. Tertia ratio est ea, quam modo exposuimus, iaculum scilicet quod fertur, resti-

tisse

tisse. Hoc autem ita uideri contingit propter hanc causam, quia ex ipsis nunc constitui tempus postulant. Non dato autem hoc neque concesso, nulla enim continua res est, quæ ex indiuiduis consistat, inanis ratitio hæc & prorsus fallax habebitur. Quarta porro ratio de iis molibus sumpta est, quæ æquales ad quasdam alias pares & æquales moles in stadio inter se occursant atque ex aduersum mouentur, hæ quidem a calce stadii, illæ uero a medio motæ in æquali celeritate iter facere properant. In quo quidem motu accidere posse arbitratur, ut dimidium tempus cum duplo tempore coæquetur.

FALLAX autem hæc atque captiosa ratio in eo consistit, q &c.

Fallax captiosaq; ratio talis est. Sint magnitudines tum numero tum quantitate & uelocitate pares. sint quaterni. a. a. a. a, & quaterni. b. b. b. b, & quaterni. g. g. g. g. Vt igitur hæc æqualia sunt, sic æquale spatium occupabunt. Vt autem æqua celeritate cientur, ita per eandem paremq; magnitudinem in uno eodemq; tempore mouebuntur. Moueantur itaque & quatuor b. b. b. b, & quatuor. g. g. g. g. ex aduersa stadii regione. Stent autem & quatuor. a. a. a. a, tanquam signa, ad quæ supradictæ moles mouebuntur. Ipsa igitur. b. a medio stadio incipiunt, præcedens. b. nobis sumentibus. Ipsa uero. g. ab extremo se mouent, consequens posteriusq; nobis sumentibus. Quum itaque ipsa. b. &. g. aliud alii occursantia stadium pertranseunt, fiet, ut primum. b, in suprema stadii calce consistat, & primum. g, in altero extremo. Atq; in eodem tempore æqua celeritate properantia quatuor. b. & quatuor. g, ipsa quidem. b, stadii dimidium percurrant ab extremo sui motus initio sumpto. Quoniam uero a. b, magnitudo magnitudinem. a. g, dupla ratione superat, hæc autem celeritate inter se coæquantur. tempus ipsum sui ipsius idem & duplum & dimidium erit propter dimidium ac totam stadii pasiti dimensionem. Esse autem hanc fallacem rationem inquit ex eo, q iudicium atque æstimatio est æqalem magnitudinem, hanc quidem ad mobilem rem, illam autem ad stantem atque quiescentem æqua celeritate spatium æquali tempore pertransire. Si enim constitues, quum quatuor. b. b. b. b, moueantur, quatuor quoque. a. a. a. a, ex aduersum moueri, forte spatio unius horæ quatuor. b. b. b. b, sub quatuor. a. a. a. a, subibunt atque succedent. Fac rursum quatuor, g. g. g. g, moueri, & quatuor. a. a. a. a, quiescere stareq;, spatio duarum horarum sub quatuor. a. a. a. a, ipsa quatuor. g. g. g. g, peruenerint. Quædam enim propter ea, quæ mouentur, a. a. a. a, quædam autem propter ea, quæ quiescunt, per eadem magnitudinem mota fuerunt.

AT NE secundum quidem mutationem, quæ per contradictionem est.

Ponit soluitq; & quasdam alias quæstiones, quæ impedire motum uidentur, non quæ tamen a Zenone prolatæ sunt, sed a quibusdam aliis potius propositæ fuerunt. qui propter motum plura, quæ esse non possunt, disputando introducebant. Nanque contradictorie esse & non esse sumebant. atque in qualibet re uel esse uel non esse statuebant. Aliquid enim uel est, uel non est. uel est album, uel non est album. Siquid igitur ex non albo in album mutatur, neque album erit, adhuc enim in ipsum mutatur. neque erit non album. Ex eo nanque motum fuit, atque inde emersit & abiit. Ex quo & in simplici quoq; generatione id quod ad generationē mouetur, neq; nō ens est neq; ens. Adhuc enim mouetur in ens. at inter esse & non esse res nulla media interiicitur. Quam quæstionem dissoluit, quum ait nullum ex hoc futurum, quod esse non possit. quanquam enim non totum uel non album uel album erit, secundum quid tamen & hoc & illud erit eodem modo. Sic & in ipso esse uel non esse asserendum est. album enim quidpiam dicimus, non q ex omni parte perfecte q; tale sit, sed quia pleræque eius. partes nobiliores albedinem contraxerint. Præterea aliud quoque constituebant ad probandam rationem suam, quidpiam scilicet super sphæra uel circulo superferri ac moueri. Quæ res enim super sphæra ac super orbe mouentur, eæ fieri ut quiescant, ob eam causam uidelicet, quia quidpiam in eodem esse atque consistere ipsumq; ac partes suas quodam tempore, quiescere diximus. Quia igitur hæc locum non uariant mutantq;, ideo dum mouentur, conquiescunt. Hoc ambiguum soluit iis uerbis. atqui & partes quoque ipsæ semper uariant mutantq; locum. & quæ hic modo erat, illic est, quæq; illic fuit, hic nunc est. Deinde & altera in alteram mutatur, sicut ostendet.

DEINDE & totum quoque in aliud ſemper mutatur.

Ii qui adducto exemplo de orbe ac de circulo motum tollunt, ipſum quoque circulum orbemq́ motum iri negabant, itidemq́; & quæcunque in ipſis inuehuntur atque geſtantur. Quorum hominum ſententiæ atque rationibus reſiſtens per circunſtantiam ſic loquitur. Non ſecundum totum mouetur, ſed ſecundum partes mouetur. quæ enim pars modo hic erat, illuc abiit. Deinde dicit etiam ſecundum inſtantiam. & totum quidem in aliud ſemper mouetur. Quomodo autem & qua ratione? propter hoc ſcilicet, quia quum alii atque alii ii ambitus circuli ſint, qui mouentur, & res quædam ſuper ipſis moueatur, totum quoque ut moueatur ſecundum partes, neceſſe eſt. itidemq́; & quæcunque ſuper ipſis circunferuntur. Quare quum alter ambitus ſiue circunferentia in alteram mutetur, & totum quoque ipſum mutatur. Neque enim eadem inquit circunferentia eſt quæ ab.a. ducitur, atque ea, quæ ducitur. a.b, niſi per accidens eadem ſit. Quod enim in eodem circulo ipſas circunferentias eſſe contingit, ideo eædem eodemq́; nomine nuncupantur, quando tamen alias eſſe manifeſto conſtat. Hoc idem & in ſphæra circuloq́; dicendum eſſe dicit. Quibus rebus ita demonſtratis aſſerere procul dubio nobis in animo eſt, impatibile ἀμερὲς hoc eſt punctum nullo modo unquam moueri, niſi per accidens moueatur, quum tota magnitudo uel quum totum corpus mouetur. ſicut quæ in naui poſita ſunt, & ipſa quoque locū è loco mutāt, ideo ꝙ nauis ipſa, in qua exiſtunt, uelis remiſq́; huc & illuc impellitur. Vel quemadmodum dicimus aliquam partem moueri, quum totum mouetur. uel album moueri, quum corpus mouetur. Quæ tamen inter ſe differunt. nam quemadmodum alio loco dicebat, partes quum per ſe ipſæ ſunt, per ſe aliquando moueri poſſunt. At album nullo modo per ſe moueri poteſt, niſi cum eo corpore, cui ineſt, ſemper moueatur. In ſphæra autem hanc diſtinctionem quiſpiam facile cerneret, quemadmodum uidelicet motus ipſarum partium non ſolum inter ſe differant, ſed a motu etiam totius ſphæræ diuerſæ ſint. Nam partes ad centrum pronæ motum habent tardiorem. quæ uero ad ambitum orbicularem propius accedunt, celerius mouentur totius ſphæræ motu tanquam uno remanente. Hoc itaq; modo ipſum quoq; partibile per accidens moueri tantum contingit.

PER SE enim non contingit.

Ipſum impartibile per accidens ut moueatur, fieri quidem poteſt, quum magnitudo uel corpus mouetur, per ſe autem inquit, nullo modo poteſt. Sit enim, quoniam omnis motus in tempore eſt, impartibile. a b, & mutetur in, b.g. Ergo & tempus aliquod erit, in quo hæc mutatio fiet. & ſit tempus hoc. d. Ergo neceſſum eſt quo tempore impartibile mutatur, uel in, a.b. ſit, uel in. b.g. uel huius quid in hac parte, illud autem in altera. Quicquid enim eſt, quod mutatur, hoc modo ſe habet, late q́; patet. In utroque igitur non erit, partibile nanque erit id, quod impartibile ponimus. & hoc quidē erit in.a.b, illud autem in.b g. Atqui ne in.b.g, quidem. iam enim mutatum erit ſolum tanquam in temporis ultimo termino, & non in tempore. At ponitur ipſum mutari & non mutatum fuiſſe. Relinquitur igitur duobus illis ſublatis, ut in, a.b, exiſtat eo tempore quo mutatur. Quieſcet ergo, quod eodem modo ſe habet non ipſum atque ipſius partes. Sed impartibile quum ſit, eodem modo ſibi quodam tempore conſtabit. Aliquod igitur, quod mouetur, quieſcere dictu prorſus abſurdum eſt. Quare non eſt, ꝙ impartibile moueri quiſpiam contendat. Vna enim tantum uia eſſet, qua impartibile moueretur, ſi ex ipſis nunc tempus conſtaret. Sed nullam rem continuam ex impartibilibus eſſe conſtitutam, neque in impartibilia ipſam diuidi ſupra demonſtratum eſt. Si enim hoc eſſet, & tempus quoque ipſum ex ipſis nunc foret compoſitum atque conſtitutum, per ſingula nunc impartibile mutatum eſſet, atque hoc modo motum fuiſſet. Vel potius ſicut ipſe dicit reuocans rem ad id, quod fieri nullo modo poteſt impartibile ſemper mutatum, nunquam autem moueri inueniretur. Nihil enim eſt, quod in ipſo nunc moueri queat.

ITAQVE nullo modo unquam moueri. motum autem ſemper fuiſſe.

Antea dixit atque demonſtrauit, quemadmodum motum fuiſſe quidquam non ſit, niſi moueri prius anteceſſerit. Hoc autem moueri, ipſa motum fuiſſe innumerabilia habet, neque ipſorum primum inuenire licet. Nunc autem dicit, ſi ex ipſis nunc tempus eſſet, uere quidem hac unica tantum uia impartibile motum fuiſſet. Sed & tunc & nunc motum fuiſſe habuiſſet, moueri autem nunquam habuiſſet. moueri nanque in tempore fit, & non in ipſo nunc. Niſi quis forte dixerit ex decreto confeſſoq́; ex ipſis nunc tempus conſtitui atque componi. Quod

ſi ita

si ita esse ab aliquo concederetur, ille quidem ex ipsis motum fuisse constitui ipsum moueri con fiteretur, necesse esset. Atque hoc modo impartibile in ipsis nunc motum fuisse, atque in tem pore ex ipsis nunc constituto moueri iudicaret. Sed iste hoc impossibile, de quo disputat, constitui scilicet tempus ex ipsis nunc, duplicat adhuc & amplificat per aliud, quod fieri prorsus non potest. ꝙ scilicet motum fuisse quidpiam absq; moueri inueniretur, id quod non potest. Atque hoc facit adaugens hoc impossibile, quod pertractat. Quemadmodum autem inquit magnitudo nulla sit, quæ ex impartibilibus existat, pluribus uerbis superius demonstratum fuit. Impartibile autem non moueri ex hisce quoque intelligi potest. Quicquid enim mouetur. atque hoc accipias in quanto & in eo motu, qui fit secundum locum. & sit illud, quod mouetur, substans & quod circunscribi terminariq; potest. & ipse motus sub sensum cadat. Quicquid inquã tale est, quod mouetur, fieri non potest, per maius seipso spatium illud ut motum fuerit nisi ante per se ipso minus æquale ue' moueatur. Quia igitur quod mouetur, indiuisibile est, quomodo minorem quam sit ipsum, magnitudinem occupabit? Ergo semper æqualem. ita rursum ex punctis linea constabit. Quod enim in se ipso mouetur, eam, super qua mouetur, magnitudinem uniuersam permetietur. hoc autem fieri non potest. Ergo ipsum quoque impartibile & indiuiduum ut moueatur, fieri nullo modo potest.

ITEM si res omnis in tempore mouetur.

Hæc supra demonstrauit, quicquid est, quod mouetur, illud in tempore moueri. & quæ in ipso nunc moueatur, rem nullam esse. itemq; infinite' diuisibile tempus esse. Ad illud igitur, quod mouetur, accedet quoque tempus, in quo mouetur quicquid mouetur. At quauis magnitudine minus est, id quod mouetur. impartibile enim est. Et minimum quoque tempus erit, in quo impartibile omni tempore mouetur. At uero continuæ magnitudinis infinite'q; diuiduæ minimum adipisci fas non est, sed minus minusq; semper restabit. Cum itaque minimæ partis temporis assequendæ facultas nulla sit, minus autem restet semper, eo quoque tempore, quo res impartibilis mouetur, tempus adhuc minus sumi poterit. Et secundum illius tempus. impartibile diuidetur, id quod omni facultate caret. Reliquus igitur modus unus atque una uia est, qua perficitur, ut indiuiduum ipsum moueatur, si uidelicet in ipso nunc tanquam in tempore moueri quidpiam potest. Siquid enim aliud esset, quod in ipso nunc moueretur, & indiuiduum quoque semper moueretur. atque hoc potius in ipso nunc motum fuisset. Verum hoc nullo modo esse posse ante demonstratum fuit, propterea, quia omnis motus in alios motus & non in mobilia momenta κινήματα diuiduus est. & ꝙ tempus omne non in ipsa nunc sed in alia tempora diuiditur. Quare si hoc fieri non potest, & ipsum punctum quoque impartibile & in diuiduum ut moueatur, effici nullo modo potest. Post quarum rerum disputationem de omni genere mutationis docere atque præcipere incipit, quemadmodum uidelicet omnis mutatio secundũ extrema finita sit atque terminata neque ullo modo infinita. Omnis enim mutatio inquit est ex re quapiam in aliam rem quampiam. Et quæ in contradictione uersatur, ex non ente in ens. & quæ in contrariis cernitur, uelut ex albo in nigrum uel in fuscum uel in aliud quid intermedium. Vtitur nanque, ut alio loco docuit, intermediis ipsis tanquam contrariis.

EADEMQVE ratione & auctionis & corruptionis.

Superius relatum fuit quãlibet rem naturalem ad hoc, ut perfici absoluiq; possit, habere καὶ ἀδρυνσιν καὶ ἀποκατάστασιν suæ ipsius formæ assequendæ atque' in ipsa acquiescẽdi facultatem a natura datam. neque ipsius motum, qui est per augescendum, infinite' procedere. Terminus itaque ultimus ad augescendũ secundũ suam naturã unicuique rei attributus est. is autem est perfecta cuiusque rei magnitudo. sicut etiam obitus mortiq; præscriptus ultimus limes est & impositus. Hæc enim defectio peregrinatioq; ab huiuscemodi incremento statuq; uitæ naturali ipsa quoque proprio termino circumscribitur. neque in interitu morteq; res ipsa semper uersatur. At de latione dubitatio aliqua oritur. quod enim non omnis latio contraria est, sed quæ in rectiorem tantum lineã proficiscitur, ideo ipsa tãquam recte' tẽdens perspicua contraria habet. Vel enim sursum tendit, uel deorsum. uel ad anteriora, uel ad posteriora. ad dexteram, uel ad læuam.

At in latione, quæ in orbem efficitur, contrarium nullum adhuc inuentum fuit, ut ipsa sicut & cæteræ, secundum sui extrema tanquam contraria terminaretur. Hac de causa in hoc orbiculari motu res ipsa habet magnam dubitationem. De hac itaque latione circummeabili disserere & argumentari incipit, ut huic quoque extrema legitima non deesse aperte' ostendat. Et argumentum.a.contrario petitur. Nam quum demonstrare in animo habeat fieri posse, ut ipse quoque motus orbicularis extrema habeat, quanquam non habet, ex eo, quod esse non potest, argumentatur tali oratione. Quoniam aliquid esse non posse pluribus modis dicitur. etenim quod nullam recipit facultatem neq; potestatem, & quod nullã facultatem habet, & quod ægre' & cum magno negotio confieri potest, & quod in possibili contingente uersatur, etiam impossibile illud est, quod nullo unquam tempore effici potest. Quod igitur ad diuidendum secandumque minime' appositum & habile natura est factum fuisse illud non potest, etiam siquid sit. A contrario igitur. illud quoq;, quod fertur, in aliquod mutatur. tu autem intelligas uelim id. quod in orbem fertur. Si itaq; id, quod fertur, in aliquod mutatur. atq; in ipsum mutari potest. & hoc sit contingẽs. atque posito datoq; eo, quod contingit tanquam quod efficitur, nihil contingit, quod esse non possit. certe' ipse quoque motus circumagilis ut terminetur, fieri facillime potest. Neq; ipse utique infinitus erit, ꝙ per infinitum pertransire quicquam non potest. Vt igitur ipse in orbem motus extremis suis circunscribitur atque diuiditur, sic, ut ad idem signum unde cœperat, reditio sit, ipsum finitum esse manifesto' patet. An uero unus idemq; in orbem motus in rursus rursusq; circumeundo tempore infinitus esse possit, paulo post considerabit.

NAM SI non unus fuerit motus.

Interpretatur uerbum illud, unum eundemq; esse motum oportere. Nam alium aliumq; motum gigni semper, & alium alii esse inhærentem. uelut post lationem, auctionem uel eiusdem rei uel alterius rei naturalis. quantum enim ad hoc attinet, nihil refert. & post auctionem pone sequi generationem, & rursum motum secundum locum. atque omnes in orbem ire redireq;, & sic semper in tempore motum esse res nulla prohibet. Verum motus is non unicus est neque continuus, sed multiplices ac differentes motus existunt. qui omnes ad unum suis quique finibus terminantur, & suum cuiusque tempus existit. unicuique enim tardius ac uelocius adscribitur. Quare motus is ex omnibus compositus atque constitutus quanquam maxime' æternus esse ualet, non unus tamen esse iudicatur. Vnus autem apparet esse, si eiusmodi est, cuiusmodi motus is qui in orbem efficitur.

PSELLI

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM SEPTIMVM. COMMENTARII.

IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.

QVICQVID mouetur, ab aliquo moueatur, necesse est.



E eo, quod seipsum mouet philosophari hoc loco aggreditur. Et tanquã sumptionem cõstituit, quicquid est, quod mouetur, illud ab aliquo moueri oportere. Quum igitur Plato totum animantem seipsum mouentẽ esse protulisset, hoc quoq; tollere atque peruertere summa ope nititur. Atque animam solam esse, quæ seipsa moueat, ab alio uero moueri corpus ostendit. Ergo si naturaliter mouendi principium in se nõ habet ut lapides, nemini dubium, quin hoc tale ab aliquo moueatur. & erit ἑτεροκίνητον ab altero motus recipiẽs. Quod si mouẽdi principium in se habet, sumatur hoc. & sit. a. b. quod ex seipso totũ mouetur, nõ q; aliqua huiusce pars moueatur, sicut in animam cernere est. Neque enim ex se ipso totum mouetur, sed q; ipsius anima mouetur. Propter hoc &. d. z. totum animãtem cõstituit, d. e. uero animam. Suspicari igitur totum animal esse, quod seipsum moueat αὐτοκίνητον, simile quidpiam est, perinde ac siquis, quum. d. e. moueat. e. z. atq; cum eo simul ipsum moueatur, totũ d. e. z. seipsum mouere arbitretur.

PRAETEREA id, quod a seipso mouetur.

In animo philosopho est demonstrare quicquid mouetur, ab aliquo moueri. atq; in iis, quæ diuidua seipsa mouẽt, tale est. Quod igitur a se ipso mouetur inquit, nunquam cessabit, ex eo q; alterum quid in motu esse desiit. A seipso nanq; quum moueatur, ex seipso quoq; a motu absistet. Et sicut alienus motus causa non erat, cur ipsum moueretur, ita neque alienus status, cur ipsum motu desistat, causa erit. Quod uero in motu esse desinit, propterea quia aliud quid moueri desiit, hoc utiq; ab alieno motu depẽdet. Ex hoc itaq; intelligitur, ab aliquo moueri, quicquid mouetur. Constituit autem & explicationem per elementa literarum ad hanc rem uidelicet per impossibile demonstrãdam. Constituatur autem moueri. a. b. diuisibile uero esse quicquid mouetur, iamdudum demonstratũ est. Diuidatur igitur & ipsum secũdum. g. tanquam id, quod diuisibile est. Oportet ergo. g. b. quiescẽte, quiescat &. a. g. ac potius totum. a. b. Ita &. a. b. motum ab altero recipiẽs in parte. g. b. quiescẽte totum quiescit ex authoritate sumptionis superius allatæ, quæ erat, siquid est quod a seipso mouetur, in motu esse nunquã desiturum, q; aliud quid moueri desiit. Quod si non quiescit. a. b. sumatur ipsum moueri quiescẽte. b. g. At si pars hæc quiescit. a. g. uero mouetur, non per se primarioq; mouetur. a. b. Atqui seipsum mouere & totum per se ac primũ moueri positum fuerat. Apparet igitur parte quiescẽte & totũ quoq; quiescere. Verum quæ huiusce naturæ sunt, ut hoc modo quiescant, & hoc modo moueãtur; illa certe alieno motu reguntur & administrantur.

QVONIAM uero ab aliquo mouetur quicquid mouetur.

Adiecit uerbum illud in loco, alterum ut magis corporalem motum accipiat, qui uidelicet fit secundum locum, alterum ut in ipso motu planiorem euidentioremq; instituat disciplinam suam. Quæ quidem omnis disciplina eo spectat, ut doceat quãdo quicquid mouetur, ab aliquo mouetur, hũc sane motum infinite nullo modo procedere, sed aliquod in totum esse, quod primũ stãs immotumq; cũcta mouet. Scopus enim is in uniuersum philosopho propositus est. Si igitur quicquid mouetur inquit, ab aliquo mouetur, illud quoq; ab alio, illudq; rursum ab alio moueatur necesse est. Quia igitur extrahitur excipiturq; id quod mouetur, neque id quod mouet, infinite ab alio semper mouetur, erit quippe, quod primum immotũ stansq; res alias mouebit. Propter quod rem ita explicat, atq; tali oratione utitur. Sit. a. quod moueatur ab ipso. b. &. b. a. g. moueatur, & g. a. d. atq; ad hunc semper modum, ita ut omne quod mouet, & ipsum ab alio moueatur. Quo

niam igitur non aliquãdo quidem id quod mouet, ab alio mouetur, aliquando autem mouet id, quod mouetur, sed interim dum a'mouente mouetur, & ipsum mouebit id quod mouetur, iccirco pala'm est non solum. a.&.b. moueri, sed etiam.g.&.d. simul moueri. Quum enim.a. moueatur, mouebitur.&.b.& dum mouetur.b.mouebitur &.g. & dũ mouetur.g. mouebitur.d. Motus itaq; horum quatuor simul erit.atq; ipsorum quodq;.a.b.g.d.& suum cuiusq; motum sumẽdi potestas erit. Nam si unũ ab altero mouetur, quia interea dum mouentur, & ipsa mouent, ideo mouebunt simul & mouebuntur.atq; eodem motu uel alio quoq; plerunq; mouebuntur. Si eodẽ motu mouebuntur, motus numero unus erit. Sin alio, & tunc adhuc unus erit sed uel specie uel genere. Quare quum unus sit uel hoc modo uel hoc modo, extremis infinite' nullo modo procedet. Omnis nanq; motus ex aliquo ad aliquod iter habet.

NICHILOMINVS cuiusq; motus numero unus est.

Motus numero unus is esse dicebatur, qui ex eodem in idem numero est, uelut ex eodem albo, & non ex alio albo. Atq; in idem nigrum, & non in aliud nigrum simpliciter & aliud. Hoc nãq; albũ numero unum est, atque hoc nigrum numero unum.itemq; additur in tempore numero eodem. Potest enim quispiam motum hunc hoc die factum intelligere, illum autem motũ illo die. atq; ut dies ac duo sunt, unum tempus dicitur.sed tempus numero unum dies unus est, ac non duo dies simul. Huic accedit quoq;, q̃ id quod mouetur, idem numero sit, inprimis oportet. Nam homo is & ille hodierno die uno motu ab uno medico curari queunt. cæterum ea quæ mouentur, quanquam unum specie sunt, non unum tamen numero esse existimãtur. Atque motus is, quem unum numero dicimus, hoc modo percensetur. At motus genere unus ille est, qui in eodem substãtiæ prædicamẽto uersatur. sicut generatio & corruptio genere eadẽ prorsus existit.uel subiecti, quod & ipsum genus appellat sicut nigrefactionẽ & albefactionẽ.hæ nanq; non satis proprie' subiecta dicãtur, immo potius genera secũdum philosophum. Vel incrementum atq; decremẽtum, ipsum enim est secũdum quãtum. At motus specie unus ille dicitur, qui ex eodem specie in idẽ specie proficiscitur.exempli gratia siquis poneret duo alba abire in nigredinem. Duo nãq; alba specie eadẽ sunt, ac duo nigra eadem quoq; specie sunt.atq; horum duorũ motus specie unus existit. Hunc itaq; motum quatuor harum magnitudinum esse, qui uno eodemq; tempore simul efficiatur, atq; hæc moueri simul & mouere & nõ discretim neq; separatim aliud ab alio fatẽdum est.

QVVM uero' motus ipsius. a. finitus sit.

Sumit.a.quod in extrema classe mouetur, quod scilicet alii mouẽdo natura idoneũ non est, ab ipso uero'.b. solum mouetur, neq; quampiã rem aliam ipsum mouet, hoc consilio uidelicet, ut motum terminet atq; circũscribat. Neq; enim.a.semper mouebitur, sed interdum consistet atq; conquiescet. Quum itaq; finitus sit motus ipsius.a.quo ab ipso.b.mouetur, & tẽpus quoq; illud, quo.a.hoc motu mouetur, utiq; finitum erit, neq; infinitum erit tempus.c. Sed in uno eodemq; tempore.a.&.b.&.g.&.d. mouebũtur, q̃ horum motus simul efficitur. Quæ quidem si infinita sunt, quæ mouẽtur, & ea quoq; quæ semper his ante eunt, dum nos quærimus quid est, quod moueat.d. & quid mouet illud rursum, rursumq; quid est, quod illud mouet, ipsa quoq; infinita sunt, enim uero in tempore finito ipsius.a.atque eiusdem motus magnitudines infinitæ mouebuntur. Nihil enim refert, horum motus omnium æqualis, uel aliquorum inæqualis sit. Sed is quidem maior, ille uero' minor. Nanq; in uniuersum unus ille motus infinitarum rerum eodem tempore absoluetur atq; perficietur. Hoc autem fieri posse negat. Quam rem quum ita pertractasset, se ipse deinde philosophus urget instatq; dicẽs rem a' principio propositam ad disputãdum satis demonstratam fuisse cuiquã homini forte' uideri posse, quum ipsa hac per impossibile demonstratione pertractata hoc modo fuerit.hoc enim eo uerbo innuit, a' principio. Quod enim a' principio constituerat, hoc uidelicet erat infinite' motum non procedere, & quicquid mouetur, & ipsum quoque ab aliquo moueri, quod & ipsum mouetur. Non hoc tamẽ inquit demõstratur.nam demõstratio per impossibile tũc habet uim, quum absurdũ aliquid & alienũ a' ratione contingit. Hoc autẽ loco nihil, quod non conueniat, consequi uidetur, ideo quia fieri potest, ut in tẽpore finito alius atq; alius motus infinitus existat aliarum atq; aliarum rerum infinitarum, siquis totius mundi motus, qui hodierno die fiãt, meditetur. Verum hoc quoq; ponatur atq; concedatur.atq; hoc etiam modo fiet id, quod fieri nullo modo potest, aliquid scilicet, quod secũdum locum & corporalem motum primo' mouetur, ab eo quod mouet, tãgi sibiq; esse continuũ oportere, ut motus omnes unus & non plures existant, sicut in cæteris quoq; contingebat.& res ipsa habebat facultatem.

Quod

QVOD autem competit, ut contingat, sumatur.

Quemadmodum inquit tangantur atq; contineãtur, & quæ mouẽt, & quæ mouentur secundum ipsum localem corporalemq́; motum, ipse quoque sensus docet & admonet. Quanquã enim spicula eminus iacimus atq; uiribus ipsa contorquemus, & a'mouente spiculum separetur, uis tamen uirtusq; mouẽtis adhuc in spiculo emisso inest, quæ ipsum mouet ac propellit. Qua re posita atq; constituta unus continuusq́; motus erit eorum infinitorũ in tempore finito. Hoc autem quod competit, ut contingat, sumatur inquit, tangi uidelicet uel ei, quod mouet, rem motam proxime' adhærescere. Quum enim contingẽs sumptũ hoc modo fuerit, si quid, quod esse non potest, consequetur, præceptio per impossibile recta' procedet, sicut & in relatu de mistionibus fecit. Ibi enim posuerat, quod esse contingit, tanquam quod esset. atq; in dimidio contingente impossibile concludebat. Posito nanq; falso & non tali, quod fieri non possit, non erat'q; concludi impossibile deberet. at uero' impossibile concluditur, & iam præceptio per impossibile pulchre' procedit. Sit igitur magnitudo quædam, ubi. a. b. g. d. literæ positæ iacent. moueãtur aũt, atq; motus horũ existãt. e. z. i. t. Finita autem an infinita sit nihil interest immo potius finita sumpta, ac deinde infinita super ipsa moueãtur, impossibile adhuc colligitur. Quare perspicuum est, si hæc impossibilia, quæ ex eo q; positũ fuit tanquã qnod est, illud quod esse contingit, collecta sunt, uitare uolumus, motum infinite' progredi desiturum, neq; omne quicquid mouet, & ipsum quoq; ab alio esse semper mouẽdum. Hinc autem extruit & machinatur uiam disciplinæ quãdam, qua doceat id quod primum mouet, quomodo ei inhæreat & cũ eo sit, quod mouetur. Quoniam igitur & primum mouẽs mouet, & finale mouet, sicut sanitas mouet nos & impellit, ut medicamentis opeq; medicorum uti uelimus. quæ quũ nobis minime' adest, immo a' nobis longe' abest, ad sui tamen amorem nos impellit ac mouet. Quæ itaq; prima causa mouẽs est non ut finis sed tanquam efficiẽs est cũ eo simul, quod mouetur. Quid autem sibi uult hoc esse simul? quia uidelicet res nulla media inter ipsa interiacet. hoc nanq; in quolibet mouẽte & quod mouetur, facile' cernitur. Causa huiusce est, q; si medium quicquam interiaceret, actum motumq; ipsorum impediret, neq; id quod mouet, agere, neq; id quod mouetur, pati quicquam posset.

DE LATIONE igitur primum loquamur.

Quoniam motus tres existunt, qui fit secũdum quale, alterationis nomen habet, qui uero' secundum quãtum, incremẽti atq; decremẽti seu corruptionis, qui autem secundum locum, latio dicitur, idcirco & ea quoq; quæ mouẽt, tria sint in primis oportet, id uidelicet quod alterat, id quod auget, id quod destruit & corrumpit, id quod mouet secũdum locum. Et de latione inquit primũ loquamur, ideo q; motuũ omniũ prima censetur, sicut paulo' post copiosius demonstrabit. etenim ipsi quoq; generationi natura latio antecedit, sicut ostendet. Atq; ex diuisione de ipsa uerba facere incipit, quum dicit. Quicquid fertur, uel a' seipso uel ab altero mouetur. Et si a' seipso mouetur, absq; ullo negotio demonstratio procedit, id uidelicet, quod mouet, esse cum eo simul, quod mouetur. Habet enim in se ipso id quod mouet, ipsum immotũ stans manensq́. atque inter id quod mouet, & quod mouetur, res media nulla interuenit. At illud, quod ab alio mouetur, explicationem laboriosam habet, id uidelicet quod mouet esse cum eo simul, quod mouetur, neque medii quicquam intercedere. Quot uero modis ab alio moueri est, explicat interim ac docet. Quadripartito autem aliud ab alio moueri ait. sunt enim ipsius motus, pulsio, attractio, uectio, atq; uersatio. ac reliquas deinde species motuũ ad hasce primarias aptissime' & consentanee reuocat reducitq;, & quomodo in omnibus inter id quod mouet, & quod mouetur, nil medium sit, plane' ostẽdit. Est rursum pulsionis, hæc quidem impulsio, quum id quod mouet, non deserit in totum ac relinquit illud, quod mouetur, sed ipsum sequitur uelut impellẽs cogensq; moueri. At illa expulsio dicitur, quoties id quod expellit, deserit illud quod mouetur, sicut in lapidibus emissis proiectisq;. Motus uero', qui uectionis habet nomen, in triformi motu consistit. Nam id quod uehitur, non per se sed per accidens mouetur. propter quod inhæret adhuc & insequitur, id quod pellit. uel trahitur præsente eo, quod trahit. uel in girum torquetur atq; uersatur adhuc eo præsente, quod ipsum uersat atq; circunflectit. Quocirca ipsam uectionem in triplici motu positam esse manifestum est.

ATTRACTIO.

Trahit autem quispiam aliquid de iis, quæ extrinsecus iacẽt, uel ad seipsum uel ad alium. Atq; talis motus præualidam naturam suam habet tum, quũ motus eius, quod trahit, celerior est. Quod si celerior motus eius est, quod trahitur, tractio non præclare se gerit, q; id quod trahitur, non ob-

ſequitur neq; trahenti apte' reſpondet. Ipſa autem ſimul cum motu eius, quod trahitur, eſſe poſtulat. Aliæ quoque uectiones extant, quæ tamẽ omnes ad ipſam honeſtiſſime' redigẽtur. Eſt nanq; aeris inſpiratio atq; expiratio eſt & ſputatio, itemq; quæcũq; corporum excretiuæ uel receptiuæ ſunt, ſicut nariũ muci pituitæ grauedineſq;. Sunt & quæ in opere textorio σπάθησις καὶ κέρκισις latini hiſce duob⁹ nominibus carẽt per ſpathulã pectinemq; annexio filorũ & per radiũ ſiue nauiculam diductio exercẽtur. Sed tamẽ altera ab altera differũt, q᷑ per ſpathulam pectinẽq; annexio filorum congregatio eſt. ipſa enim cũ ſtamine ſubtegmẽ conglutinat. at per radium diductio diſgregat diuellitq;. nanq; filamẽta intertexta aliud ab alio diſcriminat. Et omnis in ſumma motus, qui fit ſecundum locum, huiuſcemodi naturam habet nanq; cõgregatio ipſa eſt, quoties aliæ res aliis imponũtur. diſgregatio diſiunctioq;, quoties aliæ res ab aliis diuellũtur atq; dirimuntur. At uerſatio ſeu uolutatio, qualis in lapide molari manu uerſatili χειρομύλῃ cernitur, ex impulſione atq; ex attractione conſtituitur. Is nanque, qui lapidem molarem manu tractat, a' ſe ipſo propellit ipſum, & rurſum ad ſeipſum lapidem eundum attrahit. atque hoc modo uerſando ipſum mouet. In hiſce itaque omnibus inter impellẽtem & rem, quæ impellitur, nihil intercedit. neq; inter trahẽtem & rem, quæ trahitur, medio quicquam uenit. neq; inter uerſantẽ & id, quod uerſatur, res ulla interiacet. Impulſio igitur eſt & a' ſe ipſo, eſt & ab alio ad aliud motus. At tractio cõtra ſe habet, ab alio enim ad ſe uel ad aliud motus exiſtit. Præterea compulſio & diſpulſio quarũdam tractionum naturam habẽt. Quiſpiam enim, qui impellitur, & ipſe alios compellit. atque inter utroſq; media regione poſitus & ipſe diſpellit. Itemq; proiectio ius ſuum tenet, quũ motus, qui extrinſecus aduenit, eius rei, quæ fertur, motum naturalem celeritate ſuperat. Lapis nanque natura ſua deorſum fertur. at hominis proiicientis motus, qui celerior eſt, lapidem a' deſcẽſu uindicans ad ſupera ferri ipſum cogit & impellit.

EO VSQVE, quod eius rei, quæ fertur motu naturali ualẽtior motus exterior eſt.

De proiectione philoſophatur, quemadmodum ſcilicet proiecta res tãdiu feratur quandiu motus exterior qui ab homine proiiciẽte proficiſcitur, motum rei naturalẽ celeritate ſuperat. Ex quo planum unicuiq; fit, quanquam lapidem homo proiiciẽs a' lapide proiecto longe' deſeritur & abſiſtit, eius tamẽ uim uirtutemq; lapidi proiecto adhuc inſiſtere & immorari. ut tunc demum rei proiectæ motus naturalis in iura libertatis ſuæ ſe uindicet atq; reſtituat, quum uirtus potẽtiaq; hominis proiiciẽtis & motus eius uiolẽtus uiribus amiſſis prorſus euanuerũt. Poſtea uero' quam motus locales percẽſuiſſet atq; pertractaſſet, atq; in hiſce omnibus nihil medii inter mouẽtem & rẽ, quæ mouetur, intercedere demõſtraſſet, nũc per inductionẽ proferens ſermonem ſuũ de ipſa quoq; alteratione diſputat. Dicit enim inter id quod alterat, & illud quod alteratur, rem nullam mediã interiici, hoc eſt inter ignem & aquam caleſcẽtem medii nihil interponi. Plerunq; enim quanuis in propinquo ignis non adſit, ſua ipſius caliditas tamẽ prope adeſt, & cũ aqua ſimul conſociatur. Atq; una' morãtur id quod alterat, quod ultimũ extremumq; eſt caliditas uidelicet extrema, & illud quod primum alteratur, quod ſumma aquæ facies eſt. Connumerat deinde qualitates ipſas, quibus corpora inter ſe diſtant, diuerſæq; naturæ ſunt. & ſecundum quas uariis ipſa modis afficiuntur & alterantur. Hiſce nanq; corpora differre præcipit prout magis minuſue haſce qualitates ipſa participant. Etenim ignis magis calidus q̃ ſol, & aquã nix frigore uincit. Atq; in patiendo quoque aliam rem alia magis, inter ipſa plurimũ intereſt. Vel enim caleſcũt uel frigeſcunt. itemq; reliqua. uelut lapis uritur, pyromachus uero' non uritur.

SIMILITER & animantia & inanima.

Secundum haſce qualitates & animãtia & inanima alterantur. & quæcunq; partes ipſorum animãtiũ anima carẽt, ſicut ungues, pili, oſſa, atq; his ſimilia. Hæc nanq; habere animam nunquam dicẽtur, ideo quia omni ſenſu carẽt. Atq; ipſi quoque ſenſus inquit alterantur, q᷑ patiuntur. actio enim ipſorum motus per corpus eſt. Quibuſcunq; igitur inanima ipſa alteraſcũt, hiſce & animãtia quoq; alterantur. Etenim caleſcunt, frigeſcũt, ſicceſcũt, ac permadeſcũt. Quibuſcũq; autem animãtia ipſa afficiũtur & alterantur, non hiſce in totum & inanima ipſa ſubiiciuntur. Animantia nanq; ſecundũ ſenſus alterantur, inanima uero' ſenſus nõ habẽt. Et inanima quũ alterãtur, latẽt neq; cognoſcũtur lapide nanq; concalefacto nullus certe' id cognoſceret, niſi ad illum propius accederet. Nihil autem prohibet & animãtia quoq; ipſa ſe latere, dum alterantur. Quum enim non ſecundũ ſenſus hoc ſibi contingit, effectus alterationis immutatus quiſpiam recipiet. hoc eſt ex

sole ora nigrefactus, uel quidpiã aliud perpessus, quod nec uidet nec aliter sentit. Hoc autem medio sermone profatus est, quo per inductionem ostendat, quemadmodum homo mouens & illud quod mouetur, simul existant, neq; alterum ab altero seiuncta sint, itidemq; quemadmodum inter ipsa nulla res intercedat. Deinde nequis forsan obiiceret lõge abesse lapidem, quum ab igni qui illic fiat, concalescit, ex quo & medii quicquam aerem uidelicet ipsa interiacere, & sic oriri alterationem, idcirco caute ac prudẽter aerem continuum esse ait. nempe qui primus est, qui a propinquo igni calorem habeat, atq; hoc deinde modo lapidem aer ipse concalefaciat. Et superficies rei lumen attingit. lumen uero ab illo alteratum aspectum quoque nostrũ alterat disponitq;. Idem & in auditu indicatur.

ATQVE ETIAM quod augescit, & quod auget.

Iam & de eo, quod augescit, & de eo quod auget, uerba facit, nihil medii scilicet inter ipsa interuenire. Additio enim quædam inquit est ipsum incrementum, & ab eo, quod priori magnitudini adiicitur. Hæc autem simul esse desyderant. Atq; id quoq; in motu eius quod mouet, eiusq; quod mouetur, intelligendum est. Nanq; adiectio cũ eo simul moratur, in quo ipsa efficitur. Interitus quoq; atq; decrementum eadem lege tenentur, ut quod corrumpit, & quod corrumpitur, simul incedant. Causa nanq; obitus & corruptionis ablationi adscribitur & assignatur. Quod autẽ adimitur & aufertur, ei, unde ademptum & ablatum fuit, cohærescebat. neq; inter ipsa medii quidquam interiacebat. Constat igitur inter illud quod extremum mouet, & illud quod primo mouetur, medii nihil interuenire. Eius nanq; quod mouet, ultimum quære & non primum. neq; enim noster ignis quærendus est, sed id quod postremo concaluit. & nõ totũ lapidem calescentem, sed primam ipsius superficiem. Quemadmodum autem quæcunq; alterantur, omnia siue animã habeant, seu anima careant, a quibusdam sensibilibus afficiantur & alterentur, sensibilia autem sunt, quæcũq; sensibus subiectantur, caliditas uidelicet, frigiditas, raritudo, densitudo, & quæ sequuntur. atq; hæc sola alterascere dicantur, quæcunq; ab ipsis per se patiuntur. atq; frigescunt uel calescunt, uel quamuis aliam affectionem in se recipiunt, hinc contemplari atq; consyderare licet. Quispiam enim fortasse inquit & in formis figurisq; rerum & omnino in abiectionibus atque receptionibus in generationibus atque corruptionibus alterationem existere suspicatur. Quæ res tamen non ita est. quin & generatio ipsa formaq; & omnino abiectio quædam ac rursum receptio adeptioq;, nisi alteratio quædam antecedat, perfici absoluiq; plene non possunt. quasi hinc doceatur receptionem uel generationem non esse alterationem, sed ipsæ alterationem consequantur. Materia nanq; aquæ rarescente uel incalescente aer generatur. atq; in reliquis ad eundem modum.

ILLVD enim, unde forma statuæ efficitur.

Per syllogismum ostẽdit non esse neq; formam neq; figuram alterationem, sed hæc interim dum materia alteratur, in generationem uenire tradit. Neq; enim statuam effigiemq; æris nomine appellamus. neq; pyramidem ceram dicimus, sed denominãtes æreã statuam & pyramidem cereã uel ligneam dicimus. Quare quoniam forma nomine alterationis appellatur, uerbi gratia humidam effigiem uel pyramidem siccam uocamus, res autem quæ alterascit, dicitur uelut humidum æs uel scabrescens cera propter hãc causam forma figuraq; rerum alteratio nullo pacto dicenda erit. Tantum enim res alterascens dicitur secundum passionem affectionemue illam, qua afficitur & alterascit. hoc est humidum æs & sicca cera. Ita ꝙ uice uersa ipsa æquiuoce dicimus, atq; ex passione ipsam quoq; materiam cognoscimus, exempli gratia æs humidũ calidumq; dicimus. Quoniam igitur forma quidem cum figuris eius, unde est, non æquiuoce dicitur, id autem, quod alteratur, cum passionibus æquiuoce dicitur: sicut humidum æs, non humida statua: & sicca cera, non sicca pyramis, atq; æs non dicitur, ærea autem statua denominatiue dicitur, & pyramis cera non dicitur, hæc enim illud est, ex quo efficitur, sed pyramis cerea dicitur, idcirco manifestum est formam figuramq; rei alterationem nullo pacto esse censendã. Nanq; in iis rebus tantum, quæ sub sensum cadunt, calidis, frigidis, siccis, & humidis, itemq; in reliquis alteratio consistit. hæc etenim sensibilia nominat. Itemq; alia ratione inquit perspici potest, quam a ratione alienum sit perfectionẽ atq; consumationẽ hominis habere loco ac nomine alterationis. Itemq; perfectam & absolutam domus molitionem ut puta parietum, lapidum tegularumq; extructionẽ seu summam lignorum contabulationem, quum parietibus undiq; bene septa ac tegulis cooperta

domus fit, alterationem appellare uelle summæ ineptiæ esse quis non uidet? Patet igitur ex hac ratione manifesto' in rebus, quæ generātur, non existere alterationem, neq; in habitibus positā esse. Nam animi habitus, uirtus, uitium esse dicūtur. omnis autē uirtus uitiumq; eorum sunt, quæ ad aliquid. alteratio uero' non est de simili genere, sed sub qualitatem redigitur. Competit tamē, ut ex quibusdam rebus, quæ alterantur, uirtus oriatur atq; intereat.

SICVT sanitas calidorum atq; frigidorum temperatio quædam.

Ipsam quoq; sanitatem hac ratione colligit non esse ullo pacto alterationem, quia temperatio humorum est. At temperatio de iis est, quæ spectant ad aliquid. alteratio uero' non de simili genere est, sed in qualitate tota uersatur. Ad eundem modum & pulchritudo fortitudoq; corporis ex hac ratione alterationes non esse demōstrātur, q̄ hæc omnia quarundā rerū temperationes existunt. At temperatio conueniētiaq; in re temperata conueniēter reponitur atq; constituitur. & hæc respiciūt ad aliquid, & in re temperata temperatio ponitur & collocatur. & non sicut sciētia in re scibili, sed in anima, nisi forte' anima ipsa scibile existit, quemadmodum in dialectica disciplina de rebus ad aliquid disputatum fuit. Quoniam igitur res huiuscemodi sunt ad aliquid, ad aliquid autem neq; generatio neq; alteratio neq; motus quispiam est, ut ante retulit, certe' hæc, de quibus hoc loco agimus, alterationes esse non possunt. Eadem & de uirtutibus animi dicenda sunt ipsæ nanq; uirtutes perfectiones animorum existunt. Qualibet enim res tunc perfecta dicitur, quum propriam uirtutem atq; id, quod est secundum naturam, est maxime' consequuta. Id quod ex circulo facile' intelligitur. is enim quum perfecte' atq; ab omni parte fuerit corrotundatus sui undiq; consimilis, factus maxime' esse dicitur secūdum naturam. At uitium seu malitia nō alteratio est, sed exturbatio atq; corruptela earum rerum est, quæ sunt secūdum naturam. Fieri tamē potest, ut dum quædam animi facultates alterātur, uirtus ipsa in animis hominū ingeneretur. Itidemq; uitium ad eūdem modum quibusdā animi facultatibus praue' affectis & alteratis, ut oriri in nobis queat. Est enim aliquid, quod quum alteratur, ut animi nostri uirtutibus uitiisue' imbuantur, facit.

VIRTVS enim ipsa ab affectibus animi uacuitas quædam est ἀπάθειά τις.

Quum ab omni affectu animi uacuitatem quādam uirtutem esse pronuntiasset, perinde ac siquis humilitatis atq; despiciētæ nomine ipsam appellaret, neq; enim contingit, ut qui despicientiæ rerum & humilitati se dederit, is conuitiis iniuriisq; illatis commoueatur atq; perturbetur, uel ipsam uirtutem fortitudinem esse diceret. neq; enim fortem ac temperatum uirum ab animi appetitu pati quidpiam contingit, quia quædam aliæ uirtutes sunt, quæ in passionibus quibusdam animi positæ sunt, sicut misericordia & hospitalitas charitasq; erga amicos & propinquos, adiungit & uerbum illud uel modus quidam affectionū. Qui sensus est, uirtutē non omnino affectibus esse obnoxiam & opportunā, sed ex modica affectione ad honestum bonumq; finem animos hominū traducere. Vitium uero' a' molestiis affectibusq; animi aberrationē nullam habet, quippe quod passionibus semper afficit animum. uel passio quædam uitium est, quæ contra uirtutis tranquillitatē securitatemq; pugnam suscipit. In summa autem omnis uirtus moralis in uoluptatibus & angoribus animi moderādis consistit. uoluptates uero' angoresq; affectiones animi sunt. Hæc nanq; quæ ad uoluptatem pertinēt, uel in actione præsenti uersantur. atq; horum causa sensus est. Is enim bona iucundaq; percipit atq; potitur uel contra' afficitur, q̄ interdum gaudet lætaturq;, interdū angitur & excruciatur. Vel bona propria uoluptatis uel in memoria iucundarū rerum præteritarū, uel in spe futurarum consistunt. Atq; hæc duo sensum præsentem non desyderāt. nanq; quū memoria repetūt præteritas uoluptates, sensu ipsas se percepisse recordātur. atq; in hac recordatione uoluptate gestiūt. Quū uero' futuras sperāt, quas sensu percepturi sunt, ex spe sua uoluptatem animi nimiam habēt. Ne existimes tamē morales uirtutes esse alterationes, quæ nō sunt. Neq; enim ratio uel intellectus ipse animi principatum tenēs, per quē genere scientiarū ornatur animus, sub iura alterationis cadit. Scientia nāq; inquit quæ in animo fit, de iis est, quæ sunt ad aliquid, & nō sub quale neq; sub alterationem redigitur. Sed ne motus quidem ullus in ipsa fit, propter quem secundum alterationem in animis hominum in generetur, sed re aliqua substāte ipsa sciētia perficitur & comparatur. Ex singularibus enim generalium rerum doctrinā scientiamq; consequimur. neq; scientiæ quidem actus generatio est, nisi forte' quispiam sit, qui tactum & aspectum oculorū generationes dicere audeat. tale nanq; actio inquit eius est, qui habitum habet, sicut & aspectus

eius

eius est, cui oculi sunt ad uidēdum. An non a' principio sciētiæ adeptio quispiam diceret, generatio & alteratio est? Ne ipsa quidem inquit. Sciētia enim magis ad quietē & securitatem mētis spectat, quā ad motū & perturbationē animorum. Est nāq; sciētia ipsa quies & status animi pacificus & tranquillus.

QVEMADMODVM igitur neq; quum quispiam excitatus e' somno est.

Quum philosopho in animo sit exempli forma quadam quietum animi statum aperire & ostēdere, qualis sit per ebrietatem temulentiamq; & per morbū rei propositæ disciplinam explicat. Homo enim inquit uino sepultus posteaquā obdormiēdo uini crapulam exhalauit & ad se rediit, extrinsecus allatā scientiā non accipit. sed & quā antea habebat, & nūc eandem habet. Interim in quiete posito animo atq; tranquillato sciētiæ uirtus effulget. qua deinde quispiam ab insana temulentia atq; a' morbo liberatus sobrie' prudenterq; uti potest, perinde ac turbatione quadam scientiæ usus omnis ante præpeditus foret. Huic simile quidpiam in nobis ab initio fit, quum scientiā ipsam adipiscimur. Est nanq; scientia quies & status animi pacificus & tranquillus. Propter quod & pueri ipsi, quorū ætas tenella turbatione sanguinis & assiduo motu fluctuat, neq; quicquam discere neq; sensu neq; mente discernere quidquam sciūt, quemadmodum maiores natu facere solent. Cuius rei ratio, q perturbatio illa in pueris & humidi magna uis nondum maturescens quieti atq; tranquillitati nullum relinquit locum. Quæ quidem perturbatio dupliciter sedatur & cohibetur. siue quum a' natura humores, quibus illa ætas nimis redundat, mitigantur atq; maturantur. seu ab aliis quibusdam quæ extrinsecus adferuntur, hoc est a' moribus atq; disciplinis, quibus illa ætas iam assuescere debet a' tenero. In hisce nanq; duabus rebus uel his quæ a' natura sunt, uel quæ extrinsecus a' magistris disciplinisq; proficiscūtur, quanquā sciētiæ comparatio alteratio nō est, ipsa tamē quarundam rerum alteratione comparatur. Et quū a' natura in quiete constituitur animus & collocatur, ipse animus, qui corpus regit, alteratur. Quum uero' institutis atq; disciplinis statū animi quietū adipiscimur, aliæ quædam res, quæ scientiæ possessioni nimis resistunt, uariant utiq; & alterantur. Quibus ex rebus omnibus intelligitur ius omne ipsius alterationis in sensibilibus positum esse, sensibilia porro' illa sunt, quæ sub ipsos sensus cadunt, atq; in parte animæ sensitiua. Quod si in aliis ius alterationis consistit, per accidens est, q quarundam rerū alteratione illa gignūtur. & secūdum peculiarem sui alterationem illa alterantur.

DVBITARET porro' quispiam.

Dubitat, an omnis motus cum quolibet motu sit conferendus & comparandus & si non est, num secundum genera diuersa prædicamentorum motus inter se comparatione respondeant. Et iam secundum idem prædicamentum omnis latio cum omni latione conferri potest. Quod si illud parili celeritate cietur, quod æquali tempore mouetur, æqualis motus orbicularis motui cuidam recto æqualis erit, quo'd motus motum ratione mensuræ æquiperat. quin & maior minorq;. Iste autem in cæteris quoque motibus collationem generatim quærit & inuestigat. Et si omnis motus inquit & alteratio comparationem inter se recipiunt, latio cum alteratione conferetur, ac longitudini passio adæquabitur. Sed hoc esse nullo modo potest, ideo quo'd quæ sunt eiusdem naturæ, sola inter se comparantur. & quanta quantis, qualia qualibus conferuntur. Quare in uniuersum decernendum est non omnem motum cum omni motu conferendum esse. Quid autem dicemus inquit de latione, tum quæ in orbem, tum quæ in rectum efficitur? Comparatio nanque non in rebus æqualibus duntaxat, sed in maioribus etiam atque in minoribus locum habet. Neque enim quicquid alicui comparatur, statim æquale illi habetur. sed euenit plerunque, quum minus etiam uel maius uel æquale illi reperitur. Siquis igitur fugit, ne orbicularem rectæ adæquari concedat, celerius tardiusq; in ipsis constituit, ut indefinite' incerte' q orbicularis celerior, rectus autem tardior existat. æquale autem in ipsis non concedit. Sed fugit hoc tanquam decretum atque definitum, ne hinc uidelicet constituere habeat in lineis quoq; ipsis parem rationem tam recti motus quam orbicularis. Hoc inquit alienū est in ipsis solum tardius & citius uelle concedere, æquale autem non concedere. Præterea sicut res ipsa necessario' cogit, quātum ad rationem attinet, nihil intererit. Siue enim citius seu tardius constituas, ubicunq; utrunq; aderit, ibi & æquale adesse poterit.

Psellus in phisic.

SI ENIM in ipso. a. tempore.

Circũferẽtia circumferẽtiæ comparatur, & circũferẽtiã minore circũferẽtia maiorẽ esse inuentum fuit, & maiori circũferẽtia circũferẽtiã esse minorem. sed & æqualẽ quoq; esse cõpertũ est. Quare ubi minus & maius locũ habẽt, ibi & æquale esse poterit. Neq; propter hoc rationem adiuuat, in orbiculari rectaq; maius & minus inuẽtum esse. & maior uerbi gratia indefinite erit orbicularis, minor autem in recta, æqualis uero definite inuẽta non est, perinde quasi esse posset, ut linea quoque orbicularis lineæ rectæ æqualis sit. id quod esse nullo modo potest. Constituatur enim tẽpus. a. atq; in hoc duæ res quædam moueãtur, una quidem per spatium. b. altera autem per spatium g. Sit porro id quod spatium. b. pertrãsiit, celeriori motu. quod uero pertrãsiit. g. tardiori. Itaq; b. circũferẽtia maior erit quam sit circũferentia. g. Ita nanque celerius illud esse celebratur, quod amplius spatium in æquali tempore pertransiret. Quæ res igitur prohibet ipsum mobile celerius in minori tẽpore quã sit. a. uerbi gratia in quarta parte. d. circũferentiã ipsi. b. æqualem. g. pertrãsire? Quare in toto quidem tempore spatiũ. g. pertransiuit, atque in parte temporis spatiũ. b. pertransiuit interuallum æquale orbiculare. Propter quod ubi citius ac tardius in sectione temporis reperitur, & æquale quoq; reperitur. ac deinde orbicularis rectæ æquiparatur, ꝙ ipsa illi æqualis est. Sed recta & orbicularis altera cum altera non conferũtur, neq; ergo motus uicissim conferentur. Sed quæcũq; æquiuoca nõ sunt, inter ea collatio mutua intercedit. Nemo enim est, qui dicat, uter acutior stylus an motus? ob eam causam scilicet, ꝙ acutum æquiuoca res est. Ergo & in hoc loco celere æquiuoce sonat tam in orbiculari quam in recto motu. alteratio autem a latione multo magis distat, atq; hac de causa non conferũtur. Ac deinde sibi ipse aduersatur, & instat non recte fortasse dici, quum dicitur quæcũq; æquiuoca non sunt, ea inter se conferri posse. Ecce enim aer aquæ non comparatur. multum autem in ipsis, uel duplum, uel tale quidpiam æquiuocum nõ est. Vel soluens inquit, in hisce quoq; ratio eadem est. multum enim, æquiuocum. Sed quoniam æquiuoca aliam rationem gerunt, quædam æquiuoca sunt, quæ eandem habent, sed æquiuoce ut ipsum multum.

SED ALIQVORVM æquiuocæ quoq; rationes sunt.

Hoc idem & in topicis tradidit, quædam uidelicet æquiuoca plerũq; esse, quæ eãdẽ rationẽ gerãt, atq; uniuoca appareãt. Sed uere res se habet rationem quoq; illã æquiuocã esse, ut hoc loco multũ æquiuocũ factũ fuit. uel duplũ tãtum, & aliud tantũ. & æquale tantũ, uel aliud æquale tantũ. Hæc aũt æquiuoca sunt. aliud nãq; tãtum in aere est, & aliud in aqua, propterea ꝙ & quãtũ aquæ aliud est, & aliud aeris. Atq; unũ quoq; & duo æquiuoca esse possent. sicut quũ dicis, duplũ est illud tanquã duo ad unũ. aliud nãq; duo & unũ in aqua, & aliud in aere. Ratio huius est, quia nisi æquiuocatio in definitione esset, qua de causa aer aquæ nõ conferretur? Aliud quoq; afferri potest ad solutionẽ eorũ, quæ inter se nõ conferũtur, ꝙ uidelicet in alio primo susceptiuo. sicut color & in aspectu rerũ & in auditu. Etenim in prima superficie & in homine & in cane albũ insistit, & hac de causa conferẽtur. Et secũdum magnitudinẽ ad eundẽ modum, ꝙ in corpore quantoq; primo inhæret. Aqua autem & uox non comparatiue se habẽt, ꝙ illa quidẽ ad tactũ, hæc aũt ad auditũ refertur. Rursum impingit rationi suæ instatq; denuo, hoc modo omnia unã naturã fieri licere. Quod siquis ẽt hoc loco causam interroget, quare cõparationẽ non intromittãt, causam esse respondet, quia non in eodẽ sed in alio atq; alio passionẽ, de qua futura compatatio est, positã habẽt, atque dulce ipsum & albũ ipsum idẽ erũt. Eritq; id quod Protagoras dicere solebat, dulce quidẽ gustatu, albũ aũt uisu discerni atq; dignosci. Sed albũ ipsum superficiẽ primũ sui receptiuũ gerit. At dulce neq; primũ receptiuũ habet gustatus superficiẽ, neq; secũdũ aliud quidẽ primũ sed aliud quid est ipsius susceptiuũ corporale uidelicet ac non superficiale. Quis igitur modus dicẽdi est, quamobrem albũ & dulce inter se conferri non queãt? is uidelicet, ꝙ hoc quidẽ susceptiuũ superficiem per se & primũ gerit, illud aũt & idem receptiuũ superficiẽ postulat secundũ aliud primũ. Vel inquit non solũ non æquiuoca esse, quæ comparẽtur, sed neq; diuisionẽ differentiamq; ullam gerere ipsa oportere. Color ergo diuisionẽ habet, quippe quũ in albũ & nigrũ diuidatur. Neque magis minusue uel æque uel magis similis dicetur, ut color est. sed ut albũ est, in nullas species digerentur.

ITA & circa motum æquæ celeritatis illud est, quod æquali tempore per spatiũ æquale perfertur.

Modo retulit, quæ cõparationi apta habiliaq; esse debẽt, ea differẽtiam nullam gerere oportere,

neq;

neq; quod hoc est mobile aliquod utputa lapidem, illud autem hominem, neq; in quo, hoc est hoc quidem in longitudine moueri, illud autem in aliqua passione. Nunc infert quandam dubitationem. si in hac magnitudine atq; in hoc tempore aliqua magnitudinis pars alterata est, hoc autem rursum per aliam magnitudinis partem latum fuit, neq; discrimen ullum habet id, in quo, longitudo enim & magnitudo est, alteratio certe' lationi ipsi adæquabitur, quia in æquali tempore atq; in paribus magnitudinibus facti motus fuerunt. Sed subdit id a' ratione prorsus discrepare & alienum esse. Sed quare id a' ratione discreparet, quærendum est. uel quia sicut color species gerebat, unde comparatio prohibebatur, ita & motus species gerit. ideoq; collatio ipsa impeditur. Quam igitur rationem afferemus, quamobrem recta & orbicularis non in uicariã collationẽ uenire debeant? num ideo & hoc loco ipsas non conferri pugnãdum est, ꝙ motus suas quisq; species habeant, atq; ipsa latio quum genus sit, in species legitimas distribuitur. An ꝙ linea quoque ipsa uelut genus orbiculare & rectum species habet? etenim tempus idem unumq; est in utroque motu. Vel alterum simul & alterum uicissim introducit. nam si id, supra quo fit motus species habet, lineæq; tum orbiculare tum rectum est, & lationis quoque ipsius species erũt. Quarum hæc quidem in orbem, illa autem in rectum agilis est. atq; e' diuerso'. Nunquam etiam & naturales erunt, quum illud, in quo, differt plurimũ, non ꝙ aliud atq; aliud inuentum est, sed ꝙ in eodẽ hoc quidem graditur, si pedes habet, illud autem nat, si natatilis animans est, illud uero' uolat, si uolatilem naturam habet. an non & natatio delphini per æquor cũ eo, qui mari iter facit, conferri potest? Hoc autem tollit, quum ait hosce motus figuris inter se differre. Quæcunque uero' pari celeritate cientur, ea inter se specie conuenire postulant. Homines enim & motu non distant, nanq; incessus & tempus idem est. & illud, in quo, indifferens est. Quare motus ipsi hac ratione differunt, atq; illud etiam, in quo, discrimen habet. Neque enim inquit unum forte' subiectum est. hoc nanq; est, quod generis nomine appellat. Et ut reliqua quoq; seruentur, ad hanc rem tamen motuum differentiam efficere satis præstat.

SED CIRCA hoc plura latent.

Ad causam primam reuocat rursum sermonem suum, quamobrem uidelicet quædam res mutuam collationem subire nequeant propter æquiuocationem intercedentem. Aequiuocationes autem inquit distant plurimum. Et plerunq; quædam quum æquiuoca sunt, neq; æquiuoca tamen esse uidentur, præbent dubitandi locum, quare ipsa inter se non comparentur, quando non æquiuoca esse uidentur. Sed æquiuoca inquit sunt. esse tamen non uidentur propter uicinitatẽ. ideoq; in dubitationem animum adducunt. Vel enim genere & subiecto proxima hæc & cognata inter se sunt, uel comparatione seu proportione. Quæ enim proportione respondent, æquiuocationem sustinẽt. nanq; ipsius spinæ uis aculeata proritansq; & ipsius aristæ æquiuoca est. Et quicquid suauem reddit sonum & auribus iucundum & albus color æquiuoce' sese gerunt. nam album secundum utrunq; & colorem & uocem commode' dicitur. Sed aliqua etiam uicinitatẽ consociãtur, ꝙ unum idemq; subiectum habent. Hoc itaq; illud inquit est, quod rem in dubitationem uocat. Ad hæc porro' interrogat modum uiamq;, qua differens species alia ab alia dignosci queat. uerbi causa hoc albũ quare diuersũ ab alio sit, si albũ hoc in alia atq; alia re cernatur, hoc est homo albus & æquus albus est. uel aliud in alio hoc est in uoce album secũdum colorem, & in uoce album secũdum suauem auditum. Quæ igitur lex quæ formula dabitur ad album uel dulce uel æquiuocum internoscendum? Quam inquam regulam sequemur, quæ hæc non eadem esse doceat? Atque huic loco ipse responsionem adfert non satis esse adhoc, ut diuersa sint, in alio atq; in alio esse. oportet nanq; & in alio alioq; sint, ac diuersa neq; eadem in totum. Inuadit deinde in disputationem de alteratione. & quomodo alteratio alterationi, quæ eadem specie sit', æque' celeris existat, quærit. Aequale nãq; ἴσον in qualitate nõ est. quod enim & quale quãtum alteratum fuit? Interim soluit iis uerbis, in quanto ἰσότητα æquabilitatẽ, in quali ὁμοιότητα similitudinem existere. Sit ergo inquit in his simili celere ὁμοιοταχὲς, quod & æquabili celere ἰσοταχὲς, utrum igitur ad hanc comparationem constituendam passio ipsa dum æquabilis similisq; dicitur, & magis & minus hoc est sanitas quicquam confert, an affectio ipsa hoc est homo qui sanitatem recipit? Sed hoc loco inquit quærunda passio uidetur. atq; in comparando dum dicis magis minusue', non est sanitas sanitate alia magis minusue', sed eadem prorsus atque æquabiliter existit. Quod si affectio rursum alia sit, non comparatur. illud autem, in quo affectio inest, quærendum est.

QVOD si affectio alia sit.

Si affectio eadẽ existat, magis minusue' plerunq; recipit, ut in albedine. Si tamẽ affectionẽ cõparationi proficere diceremus, ut in hoc loco, is magis quam ille albus est, & propter album sanitas ad Socratem accedet uel impedietur, quæso homo homine magis qui sanescet propter huiuscemodi affectionem? neque enim magis minusue' sanitas est. Sin autem affectiones distant, enim uero' comparationem non habebũt, neq; magis, neque minus, neque simile. Vt enim hæc species sunt albescere & sanescere, species alterationis faciunt. atq; ea, quorum natura specie discrepat ut retulit, comparatione carent. Et propter hanc causam ista neq; unius alterationis cognationem habent, neq; collationem suscipiunt. sicut neq; latio una atq; eadem est, & quæ in rectum, & quæ in orbem efficitur. Quare & species alterationis & species lationis utiq; extabunt. Quænam autem species sint alterationis, & quæ lationis, quærendum uidetur. Et si quæ mouentur, specie differunt, ut is quidem sanescit, ille uero' albescit, & motus profecto' ipsorum albefactionem scilicet atq; sanationem specie differre ratio postulat. Quod si & genere distant, ut hoc quidẽ fertur, illud uero' alteratur, & ipsi quoq; motus tum latio tum alteratio genere differẽt. Sin numero distabunt, ut is albescit, & ille itidem albescit, ipsæ quoq; geminæ albefactiones numero, distabunt. Sed quod antea dicebamus atq; dubitabamus, num respicere ad passionem partes nostræ sint, atq; secundum hanc & æque' album quidquam & magis & minus & æque' celeres esse albefactiones uel nõ esse asseuerare, uel ad rem alterascẽtem, uelut huiusce quidem pars tanta cãdefacta est, illius autem tanta, id quoq; nũc attingit. Et soluẽs ait uel ad utrunq; esse respiciendũ, ideo ꝙ non semper reperire passionem est, quæ magis & minus suscipiat, sicut in sanitate & scientia atq; aliis habitibus planum fieri potest. Ac rursum dubitat, an eadem albefactio in hisce duobus dicenda sit. exempli gratia si eadem magnitudo par in duobus candefacta sit. & si æqualis magnitudo, & æqualis albefactio subsequitur. si inæqualis, & ipsa prorsus inæqualis. Atq; in generatione quoq; & corruptione an æquecelere idem atq; indiuiduum in æquali tempore fiat, considerandum uidetur. sicut homo fit, & non animal. Ac de celerioris conuenientе ratione quærendum est.

ET IN generatione quoque atque in corruptione.

Mutationes sunt sex, quarum duæ generatio uidelicet & corruptio ad iura substantiæ pertinẽt. alteratio aũt fit secũdũ quale. tres porro' & incrementũ & decremẽtũ ſm quantũ procedũt, & latio proprie' secundum locum. hæ nempe tres in longitudine reperiuntur. In hisce itaq; tribus quia in longitudine uersantur, longitudo autem quãti est, & æquale in quanto consideratur, & cõmune quoddam inuentum est, quod neq; celerioris neq; tardioris uocabulo nuncupatur. æquale nanq; est. Et celerius illud iudicatur, quod plus proprie' possidet. & tardius, quod minus. Aequicelere deinde & plus & minus nomen habent. At in alteratione commune quidem nomine caret. neque enim æquicelere habet. nam æquale non quali sed quanto adscribitur. sunt uero' quæ priuatim nominãtur, hoc est magis & minus. hæc nanq; qualis inter sunt. in communi tamen respondẽt, sicut ibi æquale, & hic simile est. At in generatione & corruptione ipsum quoq; cõmune sine nomine est: ubi enim abest quantum, ibi æquicelere esse quomodo potest? Sed secundum substãtiam hæc sunt & priuata, quod celerius & tardius est absq; nomine. Si tamen substantia numerus esset, ut Pythagorici autumãt, numerus autem habeat plus & minus, celerius quidem illud diceretur, quod ampliorem numerum, tardius, quod minorem numerum contineret. Res interim procedit in iis, quæ eiusdem speciei sunt. exempli gratia si sunt auium gemina oua, & non hoc quidem pauoninum, illud uero' anserinum, & præueniat in ortu pullus pauoninus, non dicetur celerius habere pullus pauoninus & plus secundum numerum, si cum anserino comparetur nondum genito ansere.

CELERIOR autem, si in æquali.

In generatione atque corruptione æquicelere & celerius quærere multum laborat. Ergo si in hisce quoque æquicelere dicitur, quod in æquali tempore idem spatium absoluit, celerius illud mouebitur, quod in æquali tempore diuersum & alterum. Quodnam autem hoc alterum ac diuersum in generatione sit, dicere non habemus, sicut qualis diuersitatem appellare dissimilitudinem solemus. Deinde ex constituto quorundam ita disputat. si numerus substantia est, sicut Pythagorici dicebant, etenim nõ solum numerum substãtiam, sed etiam substantiam numerum

esse

esse dicebát, numerum enim & formam dicebát, unde & rem formatã esse numerũ asseuerabát. si inquam numerus substantia est, diuersitas autem numeri in maiori minoriq; consistat, in maiori certe minoriq; in ipsa generatione diuersitas seu alteritas constituetur. Solum sit eadem specie numerus, neq; sit maior numerus speciei equinæ, minor autem speciei humanæ. hæc namque incomparabilia sunt. Quamuis etiam hoc modo celebres diuersitatem generationis, atque eandem collationem per plus minusq; digeras, commune tamen sine nomine est. commune namque pluris minorisq; quod erit quare & utrunq;. At in qualitate plus illud dicitur, quod magis, minus autem, quod minus afficitur atq; patitur. Et in quanto quoq; quod plus est & quod excedit, maius quantum illud dicitur, minus uero, quod exceditur & ab altero superatur. Nunc ab hac aceruali ratiocinatione, quam soriten græci uocant, præmouet disputationem suam, & quoniam in ipso motu est quod mouet & quod mouetur, & longitudo in qua passio mouetur, & tẽpus, ideo sint inquit hæc explicata per literas in hunc modum. Sit tot hominum uirtus, quæ moueat, a. pondus autem, quod mouetur, sit .b. longitudo, per quam motum fuit, sit. g. tempus in quo motum fuit, sit. d. Aequalis igitur uirtus. a. in æquali tempore ipsius ponderis. b. dimidium. e. mouebit tanquam duplam longitudinis portionem. motu uidelicet. z. Per ipsam autem solam longitudinem. g. in dimidio tempore eadem uirtus idem pondus mouebit. sic enim conuenientiæ ratio respondebit.

ET. SI eadem uirtus ponderis idem.

Corroborat adprobatq; rationem suam. si uirtus eadem pondus idem tanto temporis spatio per tantum itineris interuallum mouet, ac per dimidium itineris in dimidio tempore, nempe & dimidia uirtus partem ponderis dimidiam in æquali tempore per æquale spatium mouebit. Ergo. e. quod ipsius uirtutis dimidium est. z. dimidiam ponderis partem in eodem tempore. d. per eandem magnitudinem. g. mouebit. Et si diuisa uirtus dimidium ponderis in. d. toto tempore mouebit, æquali tempore duplum ponderis per spatium ipsius. g. dimidium mouebit. ut longitudo in partes secetur, grauitas autem ponderis duplicetur. Nihil enim prohibet tantam existere magnitudinem, quam tota. a. uirtus mouebat. ut dissecta diuisaq; uirtus ipsius ponderis quoq; magnitudinis dissectæ ne partem quidem dimidiam omnino mouere possit, nedum in. d. tempore & per tantam. g. spatii portionem, sed neq; in aliquo tempore neque per quamlibet partem ipsius. g. hac uidelicet de causa, q dimidium ponderis ipsius. a. dimidiam uirtutem facile superat atque prosternit. Neque enim dimidia mouendi uirtus cum dimidio pondere proportione ulla respondet, adeo ut ipsum in aliquo tempore per aliquam. g. interualli partem mouere queat. Nam omnino si res ita tulit, dimidia uirtus nihil mouebit. ut enim tota uirtus totum pondus per tantum spatii in aliquo tempore moueat, dimidia tamen uirtus uel per tantam spatii. g. partem uel in tanto tempore non mouebit. Hoc enim modo sequeretur, ut unus homo tantum per exiguam longitudinis partem nauigium moueret, quod centum homines per tantam longitudinem in eodem tempore mouerunt.

PROPTER HOC ratio Zenonis falsa est.

Rationem Zenonis tanquam falsam refellit ac reiicit. quæ erat, si modius milii refusus decidensq; tantum aeris conciuit ad strepitum faciendum, milium quoque unum per se tantam aeris particulam concitaturum, quæ particula aeris ex proportione unius milii exiliter resonabit. Nihil enim prohibet inquit milii granum unum nihil aeris mouere nec strepitum ullum ciere, omnia tamẽ grana cum toto aceruo uirtute collecta sonitum edere, singula uero milia per se seiunctim non edere. Pars enim inquit nihil est, sed quicquid est, in toto potestate est. milium namq; unum cum aceruo suo gregatim collectum impellere ac mouere aerem potest, per se non potest. itemq; reliqua idem faciunt. Nam uirtute mouendi in partes digesta atque diuisa quæque grana per se ciere aerem ad sonum reddendum nullo modo possunt, in unum collecta ciere possunt. Pone uero duas potentias esse seiunctas, quarum altera ab altera separatim efficere ac mouere quidquam potest, hæ quidem geminæ potentiæ in unũ collectæ congressæq; aliquã ex ponderibus molem constitutam in æquali tempore mouere poterunt. hoc nãq; conuenienter resonat, neq; huic negotio quidquã obstabit. Ratio in cõspectu posita est, quia quæcunque aliud

ab alio separatim rem quanpiam moliri ac mouere possunt, eadem quoq; simul cõstituta moliri ac mouere pari ratione poterũt, & ad idem opus peragendum satis conferent. Quod igitur in motu, qui est secundum locum, fieri cernitur, id & in accretione & alteratione & simpliciter in qualibet mutatione fieri debere iudicandum est. Nanque in accretione seu auctione est id, quod auget, est & quod augetur, est & tempus, in quo. Et in alteratione ad eundem modum est quod alterat, uerbi gratia ignis calefaciens, est id, quod alteratur, lapis concalescens, est & tempus, in quo lapis calescit. Et id quod alteratur, dupliciter a' se differt secundum magis & minus. quũ enim confertim calescit, primo' minus rursum uero' totum ab omni parte, magis. Et secundum quantũ distat quoq;, quum principio haec quidem lapidis pars calescit, ac deinde illa, & reliquae porro' ca lescũt. Hæc itaq; res, quæ alteratur, in duplo tempore per duplum secundum magis alteratur. Ac rursum in duplo tempore per duplam magnitudinem secundum quantum. At dimidium in tempore dimidio. dimidium' autem dupliciter se habet. uel enim secundum quales, uel secundum quantum.

DIMIDIVM autem in tempore dimidio.

Quemadmodum in duplo tempore dicebat, in duplo duplum, & duplum in duplo, & declarabat per illud uerbũ in duplo duplum, uidelicet in duplo tempore duplum secũdum magis ipsius rei alterascentis, per illud uero' uerbum duplum in duplo, in duplo duplum secundum quantum rei alterascentis, ita postquam dixisset dimidium in dimidio tempore uel in dimidio dimidium, per illam uocem dimidium in dimidio tempore, dimidium secundũ minus significat, per illam uero' uocẽ in dimidio dimidiũ, dimidiũ intelligit secũdũ quantũ rei alterascẽtis. At illud dictũ, in æquali duplũ, significat si uirtus causæ alterantis geminata fuerit, ipsam in æquali tempore duplum magnitudinis alteraturam. uel duplum secundum magis, uel secundum quantum. Econtrario' autẽ non procedet res. nã si id quod alterat uel auctat, tantũ in tali tempore uel alterabit uel auctabit non necesse est & dimidium quoq; uirtutis alterãtis in dimidio tẽpore dimidiũ rei alterascẽtis alterare', sed si ita tulit, nihil uel alterabit uel auctabit, sicut & in põdere dicebatur.

PSELLI

PSELLI IN PHYSICAE AVSCVL. ARIST. LIBRVM OCTAVVM. COMMENTARII.

IO. BAPT. CAM. INTERPRETE.

VTRVM autem motus ortum aliquando habuerit, quum antea non esset.



IN hoc octauo postremoq; libro quum sibi propositum atque constitutum habeat, ut inuestiget atque perscrutetur, quid sit hoc quod stabile & immotum dicimus, & si hoc motus rerum omnium causa est, qualis tandem motus sit is primus, unde alii motus dependent, quumq; de non nullis aliis seriis rebus, quæ summi ingenii contemplationem requirunt, exquirere atque commentari destinauerit, principali consilio de ipso motu primum quærere incipit, num ortum ullum primordiumq; motus unquam habuerit, quum antea non fuisset, & num rursum corrumpatur intereatq;, sic, ut res nulla moueatur: an si nullo unquam ortu motus genitus sit, ne ipse quidem ullo unquam tempore sit desiturus & interiturus: sed æterno tempore perdurauerit, atque in sempiternum perdurabit. Atq; is immortalis res quædam, quæ in suo cursu nunquam cessat, datus sit quasi uita quædam iis, quæ natura constant, ad hunc mundum æterno tempore perpetuandum, quãquam hoc ipsum quoq; immobile quædam res anima carens neque ulla operum obstricta lege plerisque sapientum esse uidetur. Motum igitur esse, quicunque homines de rerum natura disputant, una uoce confessi sunt, tum q; ornatum hunc totius mundi pulcherrimum introducunt, tum etiam quia de ortu atque interitu rerum omnis ab ipsis contemplatio suscipitur. Quæ quidem de ortu atque interitu rerum cõtemplatio sublato motu, qui est secũdum locum, ulla omnino esse non potest, præsertim si is totius mundi in orbẽ motus atque assiduus circumactus primus omnium motuum esse celebratur, sicut & paulo post diuinitus demonstrabit. Atque ii quidem, qui innumerabiles mundos esse dicunt, omnibus suffragiis æternitatem motus amplexantur. Etenim ii mundi quoque innumerabiles, quos ipsi sententia sua posuerunt, & infinite occidunt, & infinite oriuntur. Quare & horum motus infinitus existit. At quicunque sunt, qui unum tãtum mundum neque hunc æternum esse dicunt, ii quoque pro ratione nostra de ipso motu similiter opinantur, quemadmodum uidelicet motus sit, sed non æternus. Sed quoniam mundus æternus est, hinc contingere rem nullam unquam moueri, diuidit ac distinguit secundum sententias eorum, qui in uetere philosophia floruerũt. Hoc nanque nihil moueri, dupliciter inquit contingat necesse est: Vel enim sicut Anaxagoras censet, quũ homæomeriæ spatio tẽporũ infinito quieuissent, mẽs ueniẽs ipsas seiunxit atq; discreuit. Vel sicut existimat Empedocles, per lõgos tẽporũ ambitus uicissim uel moueātur uel quiescāt. Ille nanque Anaxagoras ita ait, erant simul confusæ res omnes. Quũ itaque erant simul confusæ res omnes, illo prorsus tẽpore infinito quiescebant. At mens ipsa totius mundi operatrix & architectus ὁ δημιουργὸς νοῦς quemadmodũ & illũ quoque tali nomine quidam dignabantur ab eo gratiam ineũtes q; primus omniũ inuẽtus esset, qui inter illos mentẽ introducere causam mundi totius effectricem auderet, mens inquã ipsa rebus a tẽpore infinito quiescentibus motum dedit. Et quædam hoc modo, quædã autẽ aliter extruẽs atque disponens hasce nempe homæomerias aliam cum alia composuit & coaptauit. Vnde elementa prima omnium rerum ac reliqua deinde naturalia corpora nata fuerunt. Neque enim ex elementis corpora reliquarum rerum Anaxagoras procreabat, sed quæcunque gignerentur, ex homæomeriis cuncta sobolem trahere existimabat, eas enim seminia cunctarum rerum esse constituerat. At Empedoclis sententia erat, litem & amicitiam esse causas rerum effectrices. Is nanque cursibus & uicibus quibusdam temporum obeuntibus interdum quidem sphærũ, quem & deum appellabat, ex concordi elementorum societate procreabat: interdum & mundum cum omnibus elementis ex lite discordiaq; rerum producebat. Amor nãque & concordia ex multis unum faciebat, sphærum uidelicet ex elementis: At discordia ex uno sphæro plura constituebat ele-

menta. Interea uero dum res ipsæ ab huiuscemodi motibus uacarent, medio interiecto tempore quietem intercedere existimabat, id quod ex hisce quoque uersibus, quos de Empedocle philosophus recitauit, intelligi potest. Secundum enim suum ipsorum ortum non firmo neque constanti æuo firmantur, sed aliàs ex sphæro in mundi constitutionem, aliàs ex mundo in sphærum mouentur. Vt uero in orbem eunt redeuntq; elementa, atque in hunc modum semper mutantur uariantq;, neque ab hac uicissitudine mutationem unquam cessant, secundum hanc legem immota manent. Atq; attende, quemadmodum quatenus elementa simili parilíq; ambitu temporum legem ordinemq; suæ generationis semper conseruant, ipsa immota Empedocles appellauerit. De iis igitur uidendum, quomodo se habeant. Omnis enim de motu suscepta disputatio non solum ad cognitionem contemplationemq; naturæ necessaria est, sed ad disciplinam etiam primæ omnium rerum causæ inuenienda plurimum ualet.

SVMEMVS autem initium nostræ disciplinæ.

Quum de motu quærat & inuestiget, an æternus sit, nec ne, initium dicendi facit ea, quæ ipse in physica disciplina disputauit. Physica autem seu naturalia ea intelligit, quæ prioribus libris continentur. quæ uero in posterioribus disputata fuerunt, ea ad motum pertinere intelligit. In tertio itaque libro motum definiri uolebat, ut esset actus rei mobilis, ut mobilis. Actus nanq; æris ad effigiem Socratis suscipiendam & non ipse peculiaris æreæ naturæ actus, huiuscemodi motus existit. ob eam enim causam illud uerbum adiecit, ut mobilis. Secundum hoc enim æri erat, quidquam potestate esse. Ergo si motus rei mobilis actus est, res mobiles existant inquit necesse est, quæ moueri possint uel secundum locum, uel secundum quale, uel secundum quemque alium motum. Atque etiam extra motus definitionē unusquisque procul dubio concederet & consentiret, quod moueri potest, moueri illud aliquando necesse esse. Ipsa nanque potestas ad actum perducetur. & prius illud potestate erit, quod in actum perueniet. Ex quo sequi, ut uel ex definitione motus uel absq; definitione secundum communem hominum consensum atque ipsarum rerum euidentiam non solum res mobilis sed causa etiam mouens prima omnium existat necesse sit. Quarum rerum quidem hæc moueri, illa uero mouere potest. & causa quæ urit, antecedat oportet deinde incendium rei subsequatur, necesse est. Hæ itaque res ex diuisione uel genitæ sint oportet, quum antea non essent, uel æternæ sint. Ergo si æternæ non fuerunt, sed quum antea nō fuissent ortum postea habuerunt, procul dubio necessarium est hunc ipsarum motum, huius quidem ut incendat, illius uero, ut incendatur, prior ipsis motus antecedat, per quem motum natæ atque procreatæ ab initio fuerunt. Quod si res ipsæ æternæ erant, nullus antē sibi inerat motus, ab omni ratione longe distat. Nam quæso quæ dissona ratio hæc est, tunc in ipsis rebus motum non fuisse, nunc uero esse cœpisse? id quod erit consequenti quoq; disputatione magis manifestum.

SI ENIM quum hæc quidem mobilia sint.

Si enim inquit hæc quidem mobilia sunt, hæc uero motiua seu mouendi potestatem habentia, & nunc quidem hæc sunt, interdum autem nec hoc nec alterum, sed quiescunt, hoc motu, per quem ex quiescendo recesserunt, prior motus sumendus est, per quem antea in quietem peruenerant. Cur enim quiescant, causa aliqua omnino est, nanq; quies priuatio motus est. At priuatio, habitus priuatio est. neque res ulla priuata diceretur, quæ non illud prius habuerit, quo posterius priuata fuisse dicitur. Quare huiuscemodi motum hunc, per quem hoc quidem mobile est, illud uero mouendi potestatem habet, aliùs motus & mutatio alia prior antecedet. Atq; inter orationem suam interiicit & motus quoq; eorum, quæ mouent. ut quædam sint, quæ unicè tantum mouent. quædam autem, quæ motibus quoq; contrariis mouent. Vnicè quidem ignis mouet, q duntaxat urit, non tamen & frigefaciat. At scientia una contrariorum esse uidetur. ideoq; & ad honestum & ad turpē dignoscēdum ipsa ducit ac impellit hominem. itemq; et ad boni & ad mali cognitionem. Sed quoniam regula quadam boni honestiq; malum etiam ac turpe quid sit, discimus atq; cognoscimus, neq; recto tramite mali scientia ulla per se est, ideo q malum inter scibilia minime recensetur, priuatio enim duntaxat boni est, huic inquit simile quidpiam tali modo in igni quoq; esse uidebitur, id quod in contrariam partem mobile sit. Vt enim quispiam sciētia atq; usu peritus ex affectu sed sponte tamen sua in aliqua re peccat, atq; ecce scientia quoq; ipsa falsa ratione in prauum deducitur, & in inscitiam postea hominem impellit, Sic & ignis ipse frigefactabit extortus quodammodo & ablatus. accessu nanq; suo excalfaciet, sicut discessu frigefaciet. Cæterum quæcunq; faciendi uel mouendi potestatem habent, & quæcunq;

pati

pati uel moueri possint, non quouis modo prorsus hæc facere uel mouere, illa uero pati uel moueri possint. Sed si hoc modo se habeant, atq; aliud ad aliud prope consistunt. Quare & motus erit futurus tum, quum alterum in propinquo alterius positum erit.

SI IGITVR in motu non semper fuerunt.

Ex euidentia rerum motum constituit, & quoniam cælestia illa corpora æterna esse neque ullo ortu sata opinione acceptum fuit, ex hoc loco motum semper fuisse ac semper futurum probare instituit. Opus nanq; inquit est, si ipsa mota posterius fuerunt, ad hoc ut hoc quidem mouere, illud uero moueri possit, ipsa quoq; tali prius potestate prædita esse, hoc est & rem mobilē & causam mouentem. Si hoc igitur potestate non semper habuerunt, ad hoc scilicet apta, ut hoc quidem mobile esset, illud uero mouens, procul omni dubio in hanc potestatem mutata posterius fuerunt. Et ecce emicat iam emergitq; mutatio prior, ea uidelicet quæ motum eorum secundum actum antecedit. hoc nanq; in iis, quæ ad aliquid, euenire necesse est, propterea ꝙ in ortu cælestium corporū hoc quidē mobile fuit illud uero causa mouēs. Nam id quod ante duplū non erat, nunc quum factum fuerit duplum, in hoc uidelicet mutatur, quod factum est. Et si utraq; mutari non semper ratio postulat, alterum tamen semper postulat. Plerunq; enim quum decades duæ sint, & utranq; mutari & ad aliquid esse necesse est. ut una quidem sit decas uicenaria, altera uero decas quadragenaria. Opus autem & unam tantum interdum mutari, ut una uicenaria sit ac dupla. atq; hoc modo tandem absolui expleriq;. Mutatio igitur prior mutationem primam præueniet & antecedet. His accedit inquit, ꝙ nullo existente tempore prius ac posterius esse quomodo possint, ne cogitatione quidem fingi potest. Ecce enim prius non erant, hoc quidem mobile, illud uero mouens, huiuscemodi autem posterius esse cæperunt, ꝙ in generationē uenerunt. Hoc certe prius & hoc posterius ubi inuenientur, si tempus nullum exstabit? Vbi autem motu sublato tempus consistet? si præsertim tempus numerus motus est, uel motus quidam. Hoc autem dicit, non ꝙ motum tempus esse uelit, sed passionem motus. Interim tamen uel motus passio quædam tempus existat, uel sit & motus quidam, sicut alii opinabantur. id quod magis pro ipso facit. Quocirca si tempus est æternum, & motus quoq; necessario perpetuat. Quam rem quum hypothetice loquutus esset, assumptionem demonstratiue corroborat atq; confirmat dicens. At enim tempus æternum est. excepto nanq; Platone, qui absq; omni ratione sicut refellet, ipsum tempus produxit atq; generabile constituit, cæteri omnes una uoce atq; una sententia tempus æternum esse indicarunt. At Plato solus inuentus est, qui tempus hoc cum toto mundo simul in uno momento produceret. Si igitur tempus absq; nunc cogitari nullo modo potest, ipsum autem nunc prioris & posterioris coniunctio ac medietas quædam ipsorum est, tēpus æternum esse ratio necessario cogit. Nanque ad utraque ipsius nunc tempus esse necessarium est. Qua ratione igitur Plato adducitur, cum cælo simul genitum fuisse tempus, ut ante dixit?

EADEM quoq; ratio est.

Quemadmodum inquit in generando motu dicebamus, eo motu qui futurus est, alium priorem motū necessario esse opportere, ita & in corrūpendo in totū motu quædā absurda atq; incōmoda cōsequentur. Accidet enim, ut hoc postremo motu deperdito atq; sublato posterior adhuc motus existat. Quæpiam enim forte res iam moueri desiit desinetq;. propter hoc tamen in totum sublatum interemptumq; fuisse motum pugnaciter contendere insipientis ingenii uidetur esse. Ratio huius est, ꝙ tametsi non mouetur, res ipsa tamē extat & apparet, seu mobilis illa sit, seu mouens. Et si mobilis res extat adhuc, & id quod mouendi facultatem habet, extabit. hoc autem potestatem adhuc mouendi habet. Ergo & rursum potestas hæc uirtusq; mouēdi in actum erumpet. Ex quo fiet, uti denuo motus intereat ac sit futurus. quidam enim motus certe erit. & rei cuiuspiam motus interibit, hoc est esse desinet. non omnis autem motus in totum peribit. Aliter quoq; ratio hæc tractari potest. nam id quod moueri desiit, & quod uel mobile uel mouens esse contingit, si corruptioni opportunum est & aliquādo corrumpetur. Quare ipsius motu cessante, eoq; tanquam re ipsa posterius remanente, si id corrumpi habilem naturam habet, sine dubitatione corrumpetur. corruptio autem mutatio quædam est. Si uero & ipsa quoq; uis corrumpens sibi insidet, & ipsa ad rem illam corrumpendam commouebitur. Quæ quidem omnia si nullo modo esse possunt in totum cessante motu, motum æternum esse fatendum est. hoc enim figmenti quidpiam simile habet. Pari autem ratione & fabulosa prorsus oratio est, quæ dicit res ipsas huiuscemodi naturam accepisse, & nihil aliud afferre, atq; hoc principium & causam rei esse

existimare. Si enim quispiā loquatur in hunc modum, ei omnium rerum causas reddere facile negotium erit, quibus uerbis ipse etiam Empedocles usus traditur. Nam Empedocles interrogatus quæ causa esset, quæ ipsam amicitiam concordiamq; ad elementa in unum conuocanda & ad sphærum efficiendū impelleret ac moueret, & quæ porro causa litem discordiamq; ad disgreganda rerum elementa & ad mundum constituendum commoueret, responsum dabat talem legem sibi contribuisse naturam, ut uicissim in motu essent, tempore uero interposito in quiete forent. atq; hoc esset secundum hunc motum, quo ipsa elementa aliud ab alio seorsum dirimi discordia ipsa compellit, & secundum eum motum, quo in unam coire naturam concordia imperat. Nanque reliquo omni interiecto tempore quietem capiunt. Magis autem dicendum est, sicut uidemus, prima rerum elementa mutuam alterationem, sustinere. Quiescere igitur uicibus temporum interiectis sic accipiendum esse censent. Forte autem & ipse Anaxagoras & sui discipuli, qui principium & causam rerum mentem ipsam constituunt, hoc modo loquerentur ita uidelicet institutum comparatumq; natura esse. mentisq; primæ uirtutem cuncta mouentem tempore infinito quieuisse, mox fabricari mundum cæpisse. Ex quo & sententiam Empedoclis magis comendat.

VERVM enimuero nihil inordinatum de iis est, quæ sunt secundum naturam.

Anaxagoram infestans hæc uerba profert aduersus ipsum. Si mens ista ô Anaxagora infinito tempore se in quietem dedit, ac posterius uelut è somno longo excitata homæomerias illas commouit, quæso quæ causa huiusce rei est, cur hoc tempore mēs ista magis moueat naturam rerum quam omni superiore tempore? Et diceret homo ipse tales natura res ipsas esse. Atqui natura causa est, quare unumquodq; ordinem suum habeat. Ordo autem, ratio quædam est. At infinito tempore mentem quiescere ac infinito tempore rursum mouere, extra omnem rationem ducitur. quare & ab omni ordine longe distat. Atq; ita propter hanc causam ne hæc quidē inter opera naturæ reponuntur. Nanq; infinito tempore mentem quiescere, deinde ad mundi constitutionem motam fuisse absq; ullo discrimine rationeq; adhibita, quare magis nunc quam antea magis sero quam temporius id effecerit, id tandem ab omni opere naturæ procul abhorret. Nam quod natura fit, uel simpliciter atq; uno semper tenore fit. uel si non simplici atq; constanti lege semper procedit, sed nunc hoc modo, alias alio, non absq; tamen causa neq; sine ratione prorsus efficitur, quicquid secundum naturam efficitur. Propter quod inquit potior uidetur esse oratio Empedoclis quam Anaxagoræ. Etenim quodam certo tempore quiescere, ac rursum tanto tempore non quiescere sed moueri, quadam ordinis lege procedit. Quos philosophos posteaquam inter se contulisset atque examinasset, sententiamq; Empedoclis magisq; Anaxagoræ sequutus esset, quod reliquum est, ipsum quoque Empedoclem inuadit dicens, ipsius quoque Empedoclis officium fuisse huiusce motus atq; huiusce quietis causam docere, neq; orationē omni demonstratione carentem tanquam positionem & decretum quoddam introducere. Sed ipsius profecto intererat uel ex inductione uel ex demonstratione orationis suæ dictatum comprobare. Neque enim ipsam amicitiam uel ipsam discordiam huiusmodi rerum causam esse constituēdum uidetur. Sed detur inquit tanquā causam harum rerum esse discordiam & amicitiam, munus autem amicitiæ esse, res in unum congregare, discordiæ uero dirimere ac disgregare. si causa ex Empedocle quæreretur, quare hæc ita fiant, & ipse responderet partim quidpiam esse, quod in unum homines conuocaret, hoc est concordiam & beneuolentiam, partim quoque quidpiam esse, quod humani generis societatem dirimeret atq; disgregaret, discordiam uidelicet & odium hoc eadem profecto modo in omnium quoque rerum natura perscrutanda ponere atque pronunciare sententiam suam uidetur. Videtur enim apud nos in quibusdam rebus sic pronūtiari posse. & forte nonnunquam huiuscemodi oratio consentanea est. At per æquales temporum cursus hæc in natura rerum fieri solere, aliquam rursum causam & rationem requirit. Asserere uero hæc eodem semper modo gigni uel esse, atq; hoc profato tanquam huiuscemodi rerum causa principioq; contentum esse, a ratione prorsus dissentit. Nanque & ipse quoq; Democritus ad hunc portum confugiens reuocat principiorum causas, quas absq; ulla demonstratione retinet atque sustentat. & quare hūc tenorem ordinemq; natura rerum æterno tempore sequuta sit, causam inuestigare prætermittit. Etenim causæ primæ principium nullum extat. reliquas autem res omnes naturales ad principia tanquam ad causas refert reducitq;.

Quare

QVARE autem æternum sic procedant perdurentq;, censet principium & causam non esse quærendam.

Democritus inquit causas rerum naturalium ad quædam principia reuocat causam uero', cur hæc principia æterno tempore ita perdurent, quærere amplius non laborat. De hac igitur re quum iudicium suum proferre philosophus cupiat, pronuntiat in quibusdam recte' se habere. Nam ipsa principia omni causa atq; demonstratione carent. aliter enim principia esse nullo modo possent. Quod uero' in omnibus rebus, quæ hoc semper modo se habent, hoc proferendum esse indicabat, & causam idoneam quare hæc ita essent, se habere existimabat, quum dicebat hæc idcirco ita se habere, ꝙ se semper sic neque unquam aliter habuerunt, in hoc accusat & lancinat Democriti orationem. Et non absq; causa quidem hoc facit, ob hoc uidelicet, quia quicquid hoc modo semper se habet, illud principium & absq; causa non est. Quin e contrario. principium enim ut principium sit, uno semper modo se gerit, & absq; causa principioq; illud est. Etenim & triangulus inquit habet tres angulos æquales duobus rectis, & hoc semper est. non hoc tamē ut principium extat & omni causa atq; demonstratione uacans. Nanque huiusce æternitatis causa alia & principium aliud habendum est, quam quidem causam principiumq; nulla alia causa neq; ullum aliud principium antecedit. Sed per consequentem disputationem ac mutuam rationum collationem ostendit atq; concludit motum omnino æternum esse. Neque enim fuit tempus ullum, neque unquam futurum est, quando motus non fuit & non futurus erit. Nam cum tempore simul fuit semper motus, estq;, eritq; in æuum sempiternum. Iam uero' & ea quoq;, quæ contra temporis æternitatem facere uidentur, studet dissoluere. Et primo' ꝙ inquit, sicut & superius dixit, mutatio nulla æterna est, sed ex aliquo in aliquod illa progreditur ac terminatur. Nanque ipsa contraria extrema mutationis erunt, ut puta ex nigrore in albedinem, & ab non esse ad esse. & a maiori in minus, itemq; reliqua. & contra. & nulla res tandem est, quæ infinite' moueatur. Præterea uidemus inquit quidpiam moueri posse, quod motum nullum in se habet. id quod in ipsis inanimis immotisq; rebus magis apparet. Neque enim hæc sicut ea, quæ animam habent, motum inse ipsa habent. ut suspicio seu opinio sit motum hunc æternum esse atq; omni primordio carere. Si igitur in his motus gignitur, qui ante non erat, quid prohibet & de quolibet quoq; motu hoc libere proferre? Conueniebat autem, si in rebus quæ mouentur, motus semper permansit atq; perdurauit, atq; in iis quæ non mouentur, non semper perseuerauit, res ipsæ uel in motu semper, uel in motu non semper essent. Item in animantibus res ipsa magis patescit, in quibus uidelicet id quod mouet, semper non apparet. Vnde ex nobis ipsis motus quietisq; principium omne nobis ipsis innasci quispiam demonstrare posset.

HOC ENIM in iis, quæ anima carent, æque' non cernimus.

Tria quædam recitat, quæ contra æternitatem motus facere uidentur. Quorum primum est, non esse in nobis motum infinitum, sed præfiniri semper suisq; terminis circumscribi, ꝙ ex aliquo in aliquod motus est. Secundum, gigni motum, qui antea non fuit. cui rei inanima argumento sunt, quæ quum antea non mouerentur, post ab re aliqua extrinsecus mota fuerunt. Ex quo motum, qui antea in ipsis non erat, posterius fieri manifesto' patet. Interea tamen quum planum sit illud, quod mouet, quoniā & extrinsecus aduenit id quod mouet, quodāmodo generatio motus impeditur. & opinio quæ est motum gigni, qui antea non erat, aliquantum labascit. Ratio est, ꝙ illud quod extrinsecus mouet, causam habet, ideo ꝙ illud ipsum est, quod motus principium in se habet. neq; in iis quæ mouentur, qui non est, motus ab ipso gignitur. Tertium restat, ꝙ in ipsis animantibus motus, qui antea non erat, gigni magis uidetur, hac lege tamen, ut nihil sit, quod extrinsecus sibi motum ferat. Nanq; animal ipsum seipsum mouens proprie' dicimus. & quoniam interdum quiescit animal, ac rursum mouetur, ob hanc causam in hoc immoto prius remanente motus non extrinsecus sed intrinsecus ex seipso gignitur. Ergo si in animante, qui parui mundi speciem præfert, hoc euenit, quid obstat nobis, cur in magno quoq; mundo a principio factum fuisse motum non dicamus? Quod si in magno mundo, quid est, quod in infinito mundi quoq; interuallo ortum principiumq; aliquando motus non habuerit? Atq; ex hoc loco iam ad ea dissoluenda, quæ aduersus æternitatem motus disputata fuere, confert orationem suam. & loquitur sic. Quod dictum ab initio est non unum uidelicet eundemq; motum eum esse, qui in opposita fit, hoc est ex albo in nigrum & ex nigro in album, sapienter & recte dicitur. Hoc nanq;

forte etiã necessariũ est. sicut & in fidibus non idẽ semper sonus redditur sed alius atq; alius inter pulsandas crebris uicibus chordas emittitur. Vel potius idẽ quoq; sonus editur, & si chordæ in eo dem situ collocatæ à pectine æquabilem pulsationem recipiant. Vtcunq; autem fuerit hoc, siue una uox & sonus unus, seu alius extiterit, nihil prohibet quendam motum numero unum esse eun demq; æternum, eum uidelicet qui circulatim efficitur. Quam rem futura quoq; oratio magis de clarabit. Secundum autem, moueri uidelicet quidpiam, quod aliquando non mouetur, non di-sconuenit inquit, si interdum extrinsecus sit illud, quod mouet, interdum non sit. mouentis enim & non mouentis ei causa adscribitur. neq; qui antea non fuerit, motus ex ipso gignitur. Forte hoc in dubitationem uocabitur, qua de causa ea quæ quiescunt, non semper quiescant, quæ uero mouentur, non semper moueantur. De tertio igitur quæstio restat.

MAXIME autem tertium habere dubitationem uidetur.

Quod in animãtibus contingit, maiorem postulare dubitationem uidetur, quasi motus, qui an-tea non extabat, ex se ipso animanti innascatur & ingeneretur. Neq; enim res ulla est, quæ ex-trinsecus sibi motum afferat, ut uidetur. Extrinsecus autem hæc motum nõ recipere falsum est. id quod sudores, qui in animante fiunt, palàm testantur. Sudat enim animal, atq; ex capite labo rat, & sub sole denigrat faciem suam, magisq; ac minus calescit, uel frigore conglaciat. Etenim huiusce generis omnia in animante contingunt. quarum rerum nullius interior mouendi uis, quæ uiget in animante, causa esse cernitur. Sed hæc omnia a circũfuso forte cælo aëreq; circa corpus nostrum stagnante & fluctuante & à plerisq; aliis, à quibus circumsepti sumus, extrinsecus in hominem proficiscuntur. Seipsum autem mouẽs dicimus non secũdum omnes motus, sed secun dum motum localem, quum uidelicet in gressu locum e loco mutat. Quum itaq; motus in ani-mante plerique fiant, huiuscemodi motuum causas principiaq; non a seipsis proficisci necessa-rium est, sed extrinsecus afferri animanti oportet. Atq; hoc secundæ oppositioni peræquatur, & sicut in illa motus causam principiumq; extrinsecus ab aliis oriri neque in iis rebus, quæ moue-rentur, esse dicebamus, ita & de hoc quoq; dicẽdum indicamus. Quemadmodum autem in mo tu, qui est secũdum locum, animal moueatur uniuersum tum corpore mouẽdo tum passibus ince-dendo, in reliquis uero motibus agitatu mẽtis interiore appetituq; interno cietur & commouea-tur, ea quoque indicãt, quæ circa somnum euenire solent. Siquidem ipsi animates expergiscun-tur, atque ex somno ad uigelãtiam. excitantur. & motus quidam in ipsis uiget, sed non is, per-quem duntaxat sensus operãtur. ipsi enim sensus animãte somnum capiente consopiuntur. Nan-que quo tempore somno operam damus, operationes, quas sensuũ ministerio obimus, otiose ces-sant. Neq; enim strepitũ aliquẽ neq; quampiam aliam turbam nos e somno excitantem motum sensitiuũ appelles licet. De iis nanq; loquitur, qui per se atq; ex se ipsis & non abs quauis extra-ria re e somno ad uigilantiam excitantur. Sed hæc posterius uidebuntur. Nunc autem ex diuisio ne quæstionẽ instituit, & causam inuestigat, quamobrem quædã interdũ moueãtur, interdũ quie-scant. Necesse enim est uel res omnes semper quiescant, uel res omnes semper moueantur. uel quædam sint. quæ moueantur, quædam uero, quæ quiescant. Et quum tripartita diuisio pro-cesserit, rursum tertium membrum similiter diuidit. uel semper moueantur, quæcunq; mouen-tur. & semper quiescant, quæcunq; res quiescunt. uel res omnes suapte natura aptæ sint tam ad motum ineundum quàm ad quietem suscipiendam uel quod reliquum est, ut quædam immota semper persistãt quædam autem semper moueantur, quædam uero utrunque participent & mo-tum & quietem.

RES igitur omnes quiescere.

Quum prima diuisio sit, uel cuncta quiescere, uel cuncta moueri, uel quædam quiescere, quæ-dam moueri, primo membro distinctionis occurrit. Hoc est, cuncta quiescere affirmare uel-le mentis inscitiam manifestam arguit, quum id præsertim actioni rerum atq; ipsis sensibus ad-uersetur. Nanq; de hac re ambigere omnino uelle, parum sanæ mẽtis hominis est. Hæc enim contentio, quæ potius appellanda demẽtia est, omnia physicæ disciplinæ iura peruertit, ꝙ prin-cipia ipsius omnino tollit, scientiasq; omnes mancas atq; inutiles prorsus reddit. Nanque ante alias omnes astronomia ipsa perit, quæ motu utitur. Itemq; instantiæ de principiis rerum natu-ralium sicut in rationibus, quæ in mathematicis disciplinis uersantur, ad mathematicũ nihil per-tinet, ita & insistere contra principia naturalia disputare ad physicum philosophum nihil spe-ctat. Nulla enim scientia est, quæ de propriis suis principiis disserere profiteatur. Nanq; natu-ram

rã principium motus esse iandudũ constitutũ fuit. ita abactũ iam & explosum de cãpo est primũ diuisionis mẽbrũ. Simili autẽ ratione & cũcta moueri nullo modo consentaneũ est. id tamẽ contra primũ huiusce disputationis institutum minus facere uidetur, ideo ꝙ principali consilio naturam principium motus, secũdario' quietis esse decreuimus. Heraclitus aũt solus & q ex eius academia extiterũt, cũcta moueri & rẽ nullã quiescere pronũtiarũt, adeo ut ipse Heraclitus adduceretur eo dẽ flumine bis ablui quenquã non posse. Cratylus postea eiusdẽ disciplinæ sectator Heraclitiq; auditor hoc quoq; dictũ grauiter reprehẽdebat, aiebat enim non solũ eodẽ flumine bis ablui quẽquã non posse, sed ne id quidem facere semel licere. Ex quo in hãc opinionẽ uenerũt, ut cũcta moueri ne existimarẽt. id tamẽ latere utiq; sensus nostros. Quorum philosophorũ decretis quanq̃ nõ recte' præfiniũt, de quonã motu ipsi loquãtur, an de omni motu in uniuersum, an de aliquo speciatim intelligãt, occurrere atq; obsistere non difficile admodũ negotiũ inquit est. Neq; enim augescere cõtinẽter neq; decrescere quicquã potest, sed inter hæc quoq; quies quædã intercedit. Oratio autem hæc, quæ ponit cũcta moueri, cũ ea similitudinem gerit, quæ dicit singula per se stillicidia quæq; separatim cadẽdo cõterere & cauare lapidẽ, & seminiũ ficulneũ quũ in altã ficũ patulis ramis intra lapidẽ coalescit atq; grãdescit, sensim minutatimq; diuidere ac diffendere lapidẽ. & remiges si collectis uiribus omnes mouẽt impellũtq; nauẽ, & unũ quenq; seorsum momẽtũ aliquod afferre. Ita fieri, ut omnia semper moueantur, neq; unquã quiescãt. Quã orationẽ tamẽ falsam esse manifesto' constat, hac uidelicet de causa, quia cauãdi lapidis uim stillicidia quæq; separatim nullã habẽt. sed opus ablationis atq; cauationis uniuersum ex plurimarũ guttarũ concursu magno conficitur & consumatur. Atq; hæc oratio ea est, quæ apud Stoicos sorites nũcupatur.

ITEM quũ quispiam morbo laborat.

Contra eos, qui cũcta semper moueri disputãt, his omnibus argumẽtis pugnatur. Nã si cũcta semper mouẽtur, qũo ex contrario motu alius motus orietur. Neq; enim unus & idẽ motus dicendus, quũ ex sanitate in morbũ quispiã incidit, & quum rursus ex morbo in sanitatẽ restituitur. Duos igitur inter motus quædã interueniat quies, necesse est. in qua quiete motus ipsi alter ab altero distinguẽtur. Ratio est, ꝙ in extremo tẽporis hoc est in ipso nunc contrariæ mutationes peragi nullo modo possunt. Necesse autem est, morbo Socratem oppressum in prosperam ualetudinẽ mutari. at prospera ualetudo seu sanitas morbo contraria est. Quare quisquis est, qui ita loquitur, is proculdubio contra res apertas atq; manifestas contẽdit. neq; audiẽda eius oratio est. Itẽ lapis coarguit horum dictionem. lapis enim uere' quidẽ in alteratione ex duritia in mollitudinẽ nunquã mutabitur. Quare secũdũ hæc. certe' quiescet. Mirũ autẽ erit, si lapis inter ferẽdum sensus nostros latebit, ideo quia nunc ex alto ad imũ præceps defertur, nunc autem in terra lapis ipse naturaliter conquiescit. Et terra deinde & grauia quæq; in suo familiari loco quiete' considunt. atq; ex hoc cognato familiariq; loco expulsa uiolento motu & contra naturam in alienũ locum mouetur. Si igitur quædam sunt quæ familiarem cognatãq; naturæ suæ regionẽ tenẽt, ea certe' in propria sede placide' conquiescũt. Et quæ ad finem suũ metamq; peruenerunt, quietem ibi tandem capere dicũtur. Quibus ex rebus conficitur in æterno motu res esse nullo modo posse, neque secundũ locum solum quum mouẽtur, sed neq; secundum incrementũ atq; decremẽtũ & alterationẽ, quẽadmodum disputatũ a' nobis fuit. Quum itaq; duo capita diuisionis abegisset atq; eiecisset, & de tertio quoq; disputat, quod & ipsum distribuit in partes tres. Quarum prima est non necesse esse quædam semper quiescere, quædã semper moueri, & nihil interdum quiescere, interdũ moueri. Atq; hoc quã falsum inquit est, effectus rerum ipsarum necessario indicant. In ipsis nanq; mutationes contrarias fieri cernimus. at mutationes contrariæ medium quoddam atq; interiectã quietem habent. Et quisquis est, qui de hoc dissentiat atque contendat, is cũ sensu rerum pugnã capit. Quo pacto enim auctio fiet, nisi id quod augescit, in quiete prius constiterit? Quo pacto itidem motus uiolentus & contra naturã ullus erit, si non & status erit ullus secundum naturam?

GENERATIONEM igitur & corruptionem tollet oratio hæc.

Oratio, quæ inquit motum tollit, quũ dicit quædã in æterna quiete posita esse, in hisce generatio tollit & corruptionem. non id tamẽ in uniuersum ualent. Nãque ad hæc, quæ in æterno motu esse uult, forte' non apte' quadrat prolata oratio, nisi quispiã esset, qui aliter & ipsis quoque accomodari ipsam diceret, tolli uidelicet generationem & corruptionẽ. Nã quũ dicat rebus in æterno motu positis hæc ipsa quoq;, in quibus generationes corruptionesq; uersantur, motu cieri sempi-

terno illud pcul dubio infert, res tales semper oriri ac semper interire. ob hoc scilicet, quia in quiete nullo tẽpore consistunt, quo ipsas aliquid esse, uel non esse iudicare possis. semper enim mouentur, ac semper agitantur. In huiusmodi autẽ, quæ motu laborant sempiterno, generatio atq; corruptio quomodo erũt? propemodũ enim moueri in generatione cuiuspiã rei atq; corruptione congruere & conuenire uidetur. Nanq; id in quod mutatur, hoc est musicæ ignarus in musicũ, hoc gigni dicimus. uel in hoc, idest musico. Atq; id unde mutatur, hoc est ex musico, deperit, & corrũpitur. uel ex hoc. Itaq; hæc quoq; reiiciẽda oratio est, quæ ponebat quædã semper quiescere, quædã semper moueri. At rursum censere res omnes interdũ moueri, interdũ quiescere, hoc cũ superiori disputatione iãdudũ coniũgendũ uidetur. Vel potius inquit rursum idẽ huiusce diuisionis initiũ faciundũ est, quod & superius fecimus. Atq; quũ primã diuisionẽ & unius mẽbri subdiuisionem pertractasset, eandẽ rursus iterat sic. Si rerũ quædã sunt, quæ quiescũt, quædã, quæ mouẽtur, necesse est uel omnes interdũ quiescãt, interdũ moueantur. id quod cũ iis, quæ supra actu sunt, copulat atque connectit, & de quo iã uerba facturus uidebatur. uel quædã quiescant, quædam uero semper mouẽtur. id quod iandiu sustulit & improbauit. Hoc autẽ quum missum iã fecisset, atq; de tertio exposuisset, quædã semper quiescere, quædã semper moueri, quædã autem interdũ quiescere, interdũ moueri. hæc inquam posteaq̃ peregisset, atq; diuisionem talem pulcherrime instruxisset, primæ diuisionis caput primũ rursum prosequitur ac pertractat fieri uidelicet nullo modo posse, ut res omnes ab omni motu liberæ conquiescãt. Quanuis enim re uera se habet res, sicut quidam dicũt, unum ens idemq; immobile existere & infinitum, oratio tamen hæc pugnare aperte contra sensum uidetur, ꝙ rerũ pleræq; mouentur. Et constituendum inquit est uel me falsa opinari, uel illum secũdum suam ipsius opinionẽ. atq; falsa opinio motus est. Quare propter hæc quoq; motus utiq; erit futurus. Sed hæc tanquam principia demonstratione carentia constituere oportet. Itemq; reliqua duo, quæ ante destruxit, eodem modo se habent.

RELIQVVM igitur uidere est.

Quoniam de iis quæ mouent & quæ mouentur, tripartito disserens duo capita diuisionis reiecit & improbauit, tertium caput rursum digerens in partes tres, diuisionis partes duas euertit & explosit. nunc reliquũ inquit esse, ut de tertio quoq; uideamus. quod est, quædam semper quiescere, quædã moueri. moueri & quiescere per uices, interdum hoc, interdũ illud. Ac rursum ex præsidio usitato diuisionis de hisce rebus disputationem instituit in hũc modũ. Eorũ, quæ mouent, & quæ mouentur, quædã per accidens mouent, ut musicũ medetur. & quia medicus musicus est, & partes. sicut homo uerberat, quia manus uerberat. Ac rursum mouetur, sicut grãmaticus sanatur, ꝙ ægrescẽs sanatur. & ab hoc percutitur, quod ab ipsius manu percutitur. atq; hoc secundũ partem, seu membrũ animantis. Quædam autẽ per se se & mouent & mouentur, quæcunq; uidelicet per negationem horũ, quæ sunt per accidens, & eorũ, quæ sunt per partes, per se solũ existunt. Eorũ rursus, quæ per se sunt, diuisionem alterã molitur huiuscemodi scilicet, quædã natura moueri, quædã ui & contra naturã. atq; hoc magis in diuisione consistit. At prima diuisio est, quædã ex seipsis, quædã ab alio moueri. Animal enim quũ ex seipso mouetur inquit, & natura mouetur, ꝙ principium motus in se habet. Nanq; animal uniuersum quũ ipsum non diuidimus in animã mouentem & in corpus, qđ mouetur, uim mouẽdi ex se ipso habet. Corpus uero solũ contingit, ut & natura & cõtra naturã moueatur. Sed qm̃ quodq; corpus constat ex elemẽtis, ac potius alia elementa in aliis exuberant ac dominantur, uelut terrenũ elemẽtum in lapidibus, aerium in lignis & in arbustis. propter quod ligna ipsa in summis aquis innatant, neq; fundo imo merguntur. ac terrenum rursum in medicamẽtis grauiter pollet, ut in oleo, propter hanc causam huiuscemodi corpora si secundum elementum, quod in ipsis regnat & dominantur, mouentur, secundum naturam mouentur. Sin magis secundum uires elementi deficientes mouentur, contra naturam mouentur. Item membra partesq; animalium inquit plerunque contra naturam mouentur, sicut in iis qui capite in solo posito manibus incedere solent, uel quãpiam aliam saltandi rationem exercent.

ET MAXIME quidpiam a quoquam moueri.

Motus rerum inanimarum, quæ secundum naturam mouentur, dubitare uolens quo pacto fiat, & a quibus nam hæ mouẽatur, motũ qui ab alio est, sumit in uniuersum atq; pertractat. Atq; in iis inquit, quæ contra naturã mouentur, manifesto cernitur ab aliis ipsa moueri. Illud nanq; quod mouet, ante oculos positum est. neq; de ipsis quæstio ulla extare potest, quin ab aliis moueantur.

Is nanq;

Is nanq; motus extrinsecus in ipsa proficiscitur. Secũdo in iis, quæ se ipsa mouent, res clare conspicitur, in ipsis scilicet inesse uim potestatemq; mouẽtem. sicut & superius se ipsum mouẽs di uidebat in id quod mouet, atq; in id quod mouetur. Et nunc inquit sicut in nauigiis atq; in iis, quæ non natura constant, id quod mouet, & id quod mouetur, seiũgi utrunq; uidetur, totũ autẽ seipsum mouẽtis nomen habet, ita & in hisce quoq; ab alio moueri perspicue patet. quanquam ad ea, quæ ab alio contra naturã mouẽtur, non æque fit manifestum. Quod reliquum uero est, maximam dubitationem requirit, cuiusmodi hoc uelit eorũ esse, quæ ab alio moueãtur. Nam eorum, quæ ab alio mouẽtur, qædam cõtra naturã moueri constituimus, quæ & uim mouẽtem manifestam habent. Quia tamen in ipsis quoq; inest uigetq; uirtus quædam quæ ea mouet secũdum naturã, hoc uidelicet illud est, quod magna dubitatione huc & illuc uersat atq; solicitũ habet animũ, a quonam hunc secũdum naturã motũ acceperint. Nam leuia & grauia quæq; corpora in sedes naturæ suæ contrarias per uim mouẽtur. & uis mouens manifesto conspicitur. At in cognitas sibiq; familiares regiones suapte natura feruntur, atq; in ipsis naturaliter conquiescũt. Quænã igitur causa uirtusq; est quæ ipsa moueat uocetq; in suam quæq; sedem certamq; regionem? Neq; enim a seipsis moueri consentaneũ uidetur. hoc nanq; animalis muneris interest, & animatorum peculiare est, q̃ ipsa non exteriori sed interiori motu ciẽtur. Quod si uim seipsa mouẽdi habent, ergo & uim & potestatem seipsa sistẽdi habebunt. qualis uirtus in homine conspicitur, in quo, ambulet ipse nec ne, totum positũ est. Ergo si in igni situm est, ut superiorem regionem petat, ut inferiorem quoq; regionem petat, situm in ipso erit & in utranq; potestatem se mouẽdi habebit. Alienum uero a ratione est, si ius imperiumq; mouẽdi in ipsis consistit unum tantum habere motum ac non contrarium quoq;, si in ipsum moueri forte contingat.

PRAETEREA qua ratione esse potest, ut quidpiam continuæ cognatæq; naturæ seipsum moueat?

Item tollit destruitq; fieri posse, ut elementum sicut animal sui ipsius mouens existat. Ignis nanq; substantia exempli ponendi gratia non solum sibi ipsi inquaq; parte continuatur, sed per totã cognata natura copulatur. neq; partes ipsæ inter se seiunctæ sunt, atq; contactu forte quodã continuant naturam suam, sic, ut hæc quidem sit, quæ moueat, illa uero, quæ moueatur. Sed quemadmodũ corpus hoc elemẽtale consimili cognataq; natura coagmẽtatur, ita & a seipso noxæ quicquã non patitur. Quod ex eo probatur, q̃ ne secundũ animal quidẽ se ipsum mouẽs dicitur tum, quũ anima a corpore natura separata est, atq; una subsistẽtia utraq; existũt. Neq; hæc igitur elemẽta se ipsa mouẽt, neq; aliud quicq̃ continuæ substãtiæ, quod secundũ id, quod mouet, & id quod mouetur, diuidi non queat. Quã rem quidẽ in ipsis inanimatis, quæ ab alio mouẽtur, manifesto cernimus. Hæc elemẽta tamẽ ut ab aliquo moueãtur & ipsa, contingit, sicut in processu huiusce disputationis ostẽdemus. Vt igitur in iis, quæ mouẽtur, est & naturale, est & contra naturã, Sic & in iis, quæ mouẽt, est & quod mouet secundũ naturam, est & quod mouet contra naturã. uelut uectis mouẽdi põderis uim habet nõ ad imũ sed in sublime. Natura autẽ mouẽt, ut ignis actu calidus aquam natura mouet, quæ potestate calidũ habet. Tale nanq; principiũ sibi inest & non per accidens, nã musicũ quoq; fieri potest, ut consanescat, atq; huic rei idoneã uim habet. Sed per accidens habet. Nam homo, qui musicũ habet, potestate recte ualet sanusq; est. At ignis terraq; per se quidem & non per accidens mouẽtur, sed natura quidẽ in sedes sibi peculiariter destinatas, quũ potestate ignis prius existãt, ille autem terra. aer nanq; prius erat & potestate ignis. Contra naturam autem, quum in contraria loca ferũtur. Sed quoniam potestate aliquid esse pluribus modis dicitur, idcirco de hoc distinguendũ uidetur. Est igitur imperfectũ, sicut potestate musicus is, qui musicam nondũ consequutus sit. Est & secundum habitum, sicut potestate musicus is, qui musicam habet ipsam non exercens. Hoc itaq; quod potestate dicimus, huiuscemodi difficultatem parit, ut a quonam hæc moueantur, plane non constet.

VELVT id, quod perdiscit.

Duplex intelligit id, quod potestate dicitur esse, unum quidem rude imperfectumq; alterum uero, quod in actum procedit. Nanq; & illud quoq;, quod actu est, potestate dicitur. uerbi gratia siquis scientiam habet quam tamen non exerceat neq; meditatur. Sed hoc potestate dictum longe ab eo differt, quod est, antequam homo perdiscat. Quum autem hoc modo se habeat, atque hoc potestate sit, nisi quid obstat, tale profecto peragit & operatur. Aut siqus huic rationi non assentitur, in contradictione quidem uersabitur. & quum scientiam habeat, ignorabit.

Similis ratio & in rebus quoq; naturalibus existit. nam aqua actu frigida, calida quidem potestate est. hoc est aer secūdum id quod potestate dicitur, imperfectum potestate habetur. ubi uero mutatus fuerit, & actu calidum efficitur. & urit quidem, nisi quæpiam res effectum ipsius moretur. Pari ratione & circa graue & circa leue se habet res. nanq; actu graue, leue potestate existit. & tanquam corpus leue in supernam sedem motum suum exercebit. Est autem, quum aliquando in sublime tendere prohibetur, quotiescunq; per uim in contrario loco retinetur, atque naturaliter prohibetur, ꝙ nondum puram synceramq; aeris uel ignis naturam suscepit. Hoc & in ipso quanto quoq; & in quali eodem modo sumas licet. Enimuero hoc magnæ quæstionis habetur, quid sit, quod elemēta ipsa moueat ad sedes quasdam destinatasq; sibi ragiones. Atq; huiusce causa iudicatur esse, ꝙ graue leueq; ut alicubi sint, destinatum a natura locum habent, hoc est graue in inferna sede, leue in superna. Aliquid autem potestate esse dupliciter dici ante dictum fuit. Quoties enim aqua leuis existit, non actu sed potestate existit. & posteaquam naturam aeris accepit, adhuc, potestate est ex potestate secūda. Humido autem aeris, quin in sublime se uindicet, præpeditur ac retinetur. Quod si oppositum obstaculum quispiam ademerit, agit atq; in altiorem semper locum ascendit tāquam suapte natura leuis. Et de quali quoq; simile iudicium profertur: ipsum nanq; potestate quale, mutationem in actum suscipit. Qui enim actu sciens secūdum habitum existit, is prius sciēs ex ignaro fieri potuit. Et acquisita iam scientia secundum ipsam contemplatur, nisi quid forte obsistat. Ad eundem modum & de quanto præcipitur. At qui rem ipsam quoq; impediētem & obluctantē amouet, uelut is qui ab utre lapidem abstulit, quatenus simul agit, mouet, quatenus autem aliquam rem mouet, alia uero mota est, (mouit enim lapidem, uter autem motus fuit non mouet, ꝙ scilicet per accidens mouet. Harum igitur rerum nullam ex seipsa moueri perspicue patet. habent tamen hæc omnia principium motus, non ad faciendum quidem sed ad patiēdum, sicut & in secūdo huiusce uoluminis libro disputatum fuit. Vt enim prædicamenti cognomētum adepta sunt, motus principium nullum habent. ut uero lapideis uel ligneis esse sibi contigit, hæc principium motus ad patiendum uidelicet habent. nanq; poliuntur, abraduntur, & figurātur. Quæ res eadem & in elemētis ipsis inuenitur ipsa nanq; non ad mouēdum datum sibi principium habent, sed ut moueātur, atq; inter se uicissim mutentur, natura sibi contribuit. Si quæcunq; mouetur, uel natura uel contra naturam mouētur, quæ contra naturam mouentur, ab alio mouentur. Quæ uero natura mouentur, uel ex se ipsis intrinsecus mouētur, & ab alio hæc quoq; interiori scilicet motu ac sponte sua ciētur & agitātur. uel sicut elemēta, quorū ex ipsis quædā sursum uersus mouētur, quædā autē deorsum mouētur. atq; hæc quidē a conditore suo suoq; architecto, qui ipsa condidit, uicissimq; mutari ipse edocuit, mouētur. uel ab eo, qui sibi obstaculū quodq; de medio tollit, atq; in libertatis statum restituit. Colligēdum ergo sine ulla contētione est, ab alio moueri, quæcūq; moueātur. Hoc autē ab alio moueri bifariā sumi postulat. uel statim enim ab eo, qui mouet. uel per alia quædā. exēpli gratia quū uirgā quispiā capit, qua lapidē mouet, uirga quidē a manu mouetur, & manus ipsa ab homine mouetur, uirga autē lapidem mouet. Ergo & lapis ab homine mouetur, non absq; medio tamē, sed per manum uirgamq; quæ media sita sunt, motū accipit. Plerunq; autē nullo medio interiecto a mouēte quidpiā statim mouetur, sicut lignū semper ignis urit. At in iis, quæ opera mediorū mouētur, mouet quidem & primū mouēs, mouet & extremū mouēs. Sed magis primū mouens lapidem mouet, hoc est homo ipse qui reliquis motum præstat, & non uirga ipsa quæ motū ab homine per manum recipit, atq; in lapidem trāsmittit. Homo nanq; is est, qui uirgam mouet, non tamē uirga mouet hominem. Quare magis primum mouēs lapidem mouet, quam extremū mouens. Quibus rebus efficitur, ut si quicquid mouetur, ab aliquo moueatur necesse sit, & hoc rursum ab alio tāquam id quod mouetur, ab eo qui mouetur, in primis oporteat illud quod primo mouet, alia moueat, & non moueatur, hoc est sit illud, quod moueat, non id quod moueatur.

SIQVIDEM necesse est quicquid mouetur, ab aliquo moueatur.

Quoniam demonstratum a nobis fuit ab aliquo moueri, quicquid mouetur, & ab aliquo moueri, quod & ipsum ab alio mouetur, uel nō mouetur, si ab alio mouetur illud, quod mouet, necessitas ipsa cogit aliquod esse primū mouēs, quod nō ab alio mouetur. id autē fons primordiūq; totius motus existit. Sin autem est primum mouēs huiusce naturæ, ut ipsum non ab alio moueri necesse sit, ne id quidem, quod mouetur, semper moueri necesse erit. Hoc enim eo uerbo significatur, non

aliud

aliud esse oportet. Nanq; utrũq; inter se consequitur, sicut primũ non infinite' progredi opus est, ita & ultimũ abire in infinitum minime oportere. Sed quoddã natura existit, quod solum cæteris motũ præstat alia's ipsum ab omni motu alieno prorsus liberũ & expeditũ. Neq; enim quicq̃ est, quod primũ mouẽs mouere queat. aliter primũ mouẽs qui esse posset? Hoc igitur est primũ mouẽs quod talẽ naturã habet, ut moueat & non moueatur. Atq; est quicq̃ etiã, quod ab alio mouetur, & aliud non mouet. & hoc ultimũ est & extremũ. Nanq; in infinitũ procedere & id quod mouet, & id quod mouetur, natura rerũ nullo modo patitur, neq; ratio ipsa postulat. infinitorũ enim pars nulla prima exstat, sed ne ultima quidẽ. Quocirca id quod primo mouet, quanq̃ & ipsum mouetur, non ab alio tamẽ mouetur, sed ipsum a seipso mouetur secũdum ius peculiare suipsius mouentis. Præterea hanc eãdẽ rationẽ alia quoq; uia persequi possumus. Quicquid mouet, aliquã rẽ mouet, & in aliquo, uel manu uel instrumẽto. Etenim illud quod mouet, uel seipso uel quapiã alia re mouet. sicut homo mouet uel seipso uel uirga. & uẽtus percussit Socratẽ uel seipso, hoc est absq; ullius medii ministerio, uel lapide, quẽ ipse turbine uiolẽto conuulsit, atq; in Socratẽ cõpulit. Fieri autẽ posse negatur, ut illud moueat, quo motus affertur, hoc est lapis quo rei cuipiã motus datur absq; eo quod ipsum seipso mouet. Sed si uẽtus ipse uerbi gratia seipso mouet, aliud esse, quo moueat, nõ necesse est. Sin aliud sit id, quo motus affertur, sicut hic lapis, est quiddã, quod primo' mouet seipso ac nulla alia re quapiã. Sin minus, res ibit in infinitũ. Ergo si quid quod mouetur, aliquid mouet, illud quidẽ prorsus consistat neq; infinite' progrediatur necesse est. Atq; hoc modo primũ illud erit, quod motus ex seipso ac non aliud primordiũ ducit αὐτοκίνητον. Si igitur hæc dignitas maiestasq; mouẽdi scilicet rationẽ omnẽ in se habere neq; aliũde suspẽsam cuipiã condonatur, cui condonabitur, illud profecto primi mouẽtis nomine condecorabitur. Quod si & primum mouẽs mouetur, quia res alia nulla est, quæ ipsum moueat, ipsum certe primũ se ipsum seipso moueat, necesse est. Quare ex huiusce rationis decreto quicquid mouetur, uel statim motum in se ipso habebit, uel opera ministerioq; multorum ad hunc motum perueniet.

AD HAEC autem, quæ dicta sunt, accedit etiam ꝙ & hac quoq; uia nobis considerantibus, res eadem belle succedet.

Item alia quoq; ratione conficit negotium suum. atq; quicquid mouet, non necessariũ esse ab alio moueri præclare' ostẽdit. Et in hoc quoq; loco diuisiuũ docẽdi modum institutum q̃ conseruat. ait itaq; sic. Si quicquid mouet, & ipsum mouetur, uel hoc moueri per accidens mouẽti aduenit. & mouet quidem, non tamen ꝙ mouet, & ipsum mouetur. Sed ita mouetur, ut etiam si non moueatur, mouere tamen ipsum possit. neque necessario', ꝙ mouetur & mouet. uel necessaria lege quia mouet, & ipsum mouens ab alio moueri oportere. tanquam non aliter contingat, ut nihil sit quod moueat, quin & ipsum moueatur. Et primũ tollit destruitq;, si quid per accidens eo modo, quo supra retulimus, mouetur. Nanque accidens inquit non ex necessitate rebus aduenit, aliter non esset accidens. Quod uero' non ex necessitate rebus aduenit, & ut sit, & ut non sit contingere potest. Quia igitur id quod mouet, moueri contingit, & non moueri contingit. neque necessario ꝙ mouet, idcirco & mouetur. sed sibi moueri contingit, quanquam rem aliam non mouet. Si igitur ponamus id quod mouet, non moueri tanquam contingens, falsum quidem nihil tamen quod esse non possit, consequetur. Sed hoc loco contingit id, quod non potest, uidelicet non esse motum, quando tamen motum omnino semper esse oportere supra demonstratum fuit. Quare hac ratione tollitur, mouere & moueri per accidens. erit nãque necessario motus, ne motus aliquãdo esse desinat. Atq; hoc inquit cõsentaneẽ contigit. tria nanq; sunt, id quod mouetur, id qđ mouet, id quo mouet mouẽs. Illud itaq;, quod extremũ mouetur, moueri quidem necessarium est, mouere autẽ non necessariũ. atq; ex eo est, ne motus scilicet huiuscemodi rerum infinitum progressum habeat. At medium illud, quo mouens mouet, utrunq; exigit, ut scilicet moueat, & ut moueatur. cũ eo nanq;, quod mouetur, existit. atq; hoc ex iis, quæ mouẽt secũdum locũ facile' cognoscitur. Primũ autẽ mouẽs, quod ita mouet, ut non sit id, quo moueat, immobile prorsus ꝑsistit. Sed qm̃ ultimũ uidemus, qđ moueri quidẽ potest, motus aũt principiũ nullũ in se habet, mediũ autẽ & ipsum cernimus, quod aliunde & non ex seipso motũ capit, ideo rationabile atq; cõsentaneũ ꝑrsus uidetur tertiũ quoq; existere, hoc est quod dũtaxat mouet & nõ mouet. Atq; hac de causa ipse quoq; Anaxagoras cuiuslibet motus principium constituens mẽtem, hanc immotam esse celebrat atq; cõmẽdat, quũ ipsam impartibilẽ impermistamq; esse iudicat. Hæc nãq; una uia tantũ relinquitur, qua mẽs ista cætera cũcta mouet, ipsa autẽ immota manẽs atq; impermista

imperium habet in hoc uniuersum. quippe quæ motibus omnibus præbet originem, & naturæ rerum uniuersæ moderatur.

AT VERO si non per accidens itemq; reliqua.

Ex diuisione nuper cōstituerat, si quicquid mouet, mouetur, uel secūdum accidēs moueri, & non q̃ aliud mouet, uel non secūdum accidens, sed necessario. Atq; orationem suam exponens hæc uerba infert. quod si non moueretur, non moueret. hoc enim exigit uox illa, necessario. Quum igitur prius mēbrum mouere scilicet per accidēs reprobasset atq; sustulisset, nunc & necessario quoq; moueri tollit ac demolitur. atq; hoc etiam quàm incommodum peruersumq; sit, docet & ostendit. Diuidit autē hoc quoq; dupliciter. uel enim secūdū motus speciē eandē mouetur id, quod mouet. & si non moueretur, non moueret. hoc est nisi calefieret, non calefaceret. & si quispiā non sanesceret, non sanaret. Vel secūdū aliā motus speciē mouēs moueretur, secūdū autē aliam aliud moueret. hoc est quod ferretur, sanaret, & quod augesceret, ferret. Sed hæc quoq; esse nullo modo posse inquit pspicue constat, ob eā uidelicet causam, q̃ hæc ad singularia usq; eūdo ibi consistūt. Qua. n. ratione fieri potest, ut idē terras metiri doceat ac terras metiri doceatur? Eadē nāq; psona singularis sciētiā habēs si terras metiri quēpiā doceat, hāc docere quidē, ac nō doceri rē eādē, quā aliū docet, continget. Qui uero quidpiā aliud proiicit, & idē eodē proiectionis modo proiici qui potest uel sursum uersus, uel deorsum uersus, uel ad latera, siue secūdū naturā, seu cōtra naturam? Posteaq̃ igitur motū secūdum eādem speciē, tanq̃ qui esse nullo modo posset, sustulisset, secūdum aliam speciem motū prosequitur. atq; hic quoq; quemadmodū non possit esse, demonstrat tali ratione. Finiti enim certiq; inquit motus existūt. Sex enim forte uel quatuor sunt, neq; infinite progrediētur. Quod si quispiā diceret hosce motus in se posse recurrere, rursum & id quod fert, latione & ipsum inibit atq; feretur. ac rursum secumdum eandē speciē per plura mouebitur, id quod modo reiectū atq; confutatū fuit. Ratio est, quoniā omne a superiore mouēte mouetur, magisq; ab eo, quod cæteris mouētibus præstat & antecedit quemadmodū dicebamus. exempli gratia id quod fert, sanatur. & hoc augescit. & hoc rursum fertur. prior motus latio ipsa ad id quod fert. Ac multo magis hoc modo mouebitur. atq; id quod docet, per plura media discere continget. Item quicquid motiuum est, idem & mobile esse contingit. & sanatiuum & sanās & sanabile existere. uel statim atq; directe, uel per plura. Hoc nanq;, quod per plura molitur effectum suum, in eandem speciem aliquando recidet atq; remeabit.

EX HIS igitur unum esse non potest, alterum uero figmēti simile.

Fieri quidem inquit non potest, ut id quod mouet, eadem motu moueatur, quo aliud quidpiam mouet ut Socratem sanantem & sanabilem esse contingat, & docentem esse disciplinæ eiusdem accipientem atque perdiscētem. At rursum id quod mouet, alio motu moueri ac non eo, quem alii præstat, ac rursum illud alio, & alio rursum illud, ut per plura eodem rursum motu moueri contingat, quo aliud quidpiam mouet, figmenti speciem gerit. Non ergo necessarium est id quod mouet, ab alio semper moueri, quod & ipsum moueatur. Stabit igitur atq; consistet. Et propter hanc causam primum mouens uel in quiete positum erit. uel si mouetur, a se ipso mouebitur. Quod siquis attendat recteq; consideret, quicquid est, quod moueat, & illud idem moueri, & quicquid mouetur, uel a seipso uel ab alio moueri, id profecto, quod a se ipso magisquam aliunde motum habet, potius admittet atq; comprobabit. Hoc nanq; motus causam ex se ipso profert. atq; hoc tale superius & antiquius eo est, quod extrinsecus motus causam habet. Quare de hac re alio contemplationis initio facto est diligētissime considerandū, siquid uidelicet est in natura rerū, quod seipsum moueat, quo pacto quaue ratione seipsum moueat. Sumit igitur tanquam sumptionem ad hanc rem moliendum atq; perficiendam, id quod in physicæ disciplinæ superioribus libellis pluribus uerbis disseruit atque tradidit. Sumptio talis est, quicquid mouetur, diuisibile esse in semper diuisibilia, & quod per se ipsum mouetur, esse continuum. Hoc autē, quod per se ipsum moueri dicit, distinguitur ab eo, quod secūdum aliud primum mouetur, & ab eo quoq; quod per accidens mouetur. Homo nanq; prudens sapiensq; non per se sed per aliud primum sapit, hoc est per partem animæ rationalem, quæ totius hominis principatum gerit. Atq; ædificator per se domus extruendæ causa est, per accidens uero homo ipse. Quod uero per se est, illo prius existit, quod est per accidens. Et dubitatio oritur, quia dupliciter dicitur accidens, uel quod ad substantiam distinctionem recipit, uel ad illud quod per se est, in illo quidem uerissime

prior

prior accidente substantia est, in hoc autem quomodo ædificator homine ipso prior existit? atqui homo natura prius existere quam ædificator uidetur. Cui rei sic occurrendum ibi quidem ipsa per se & non per aliud quidpiam extraneum conferri substantiam dico & accidẽs, hoc autem loco per scientiã ædificãdi extrinsecus quæsitam atq; partam ædificator ipso homine prius existit, non tamen quatenus ædificator & homo. Sed ut eò, unde digressa est, redeat oratio, firmiter illud asserendum est esse nequaquã posse, id ipsum, quod mouet, totum ut moueat, & totum ut moueatur. Præterea si id quod se ipsum mouet, & totum mouet, & totum mouetur, erit à se ipso mobile, & à seipso mouens. Quid autem sit res mobilis, iandudum explicatum fuit, eam rem scilicet esse mobilem, quæ potestate & non actu existit. Siquid igitur calefieret, idem & calefaceret. atq; ut calefaciẽs, calidum esset, ut uero calefit, non calidum. & in totum generat non is, qui potestate, sed is qui actu homo existit. Similis quoq; ratio & reliqua singula complectitur. nanq; quorumcũq; mouens aliquod est, uni uocum illa habeant necesse est. uelut id quod frigerat, & id quod frigeratur, id quod sanat, & id quod sanatur.

EIVS igitur, quod se ipsum mouet, hoc quidem mouet, illud autem mouetur.

Non uult hoc dicere, eius quod motu interno cietur ex se ipso, non esse quidem hoc quod mouet, illud autem quod mouetur. nanq; & superius tradidit, quicquid mouetur, diuisibile esse in infinitum. ipsiusq; animalis animam esse, quæ mouet, corpus uerò, quod mouetur. Sed in quem sensum hæc uerba dicta sint, consequẽti oratione declarabit. Quæmadmodum autem non contingat, ut quod se ipsum mouet, se ipsum moueat, sic, ut utrunq; ab utroq; moueatur, hoc est ut una eadẽq; pars & rei mouentis & rei quæ mouetur, munere fungatur, disputat ac refellit. id enim fieri posse omnino negat. Ratio affertur, quia inquit si seipsum mouẽs hoc modo se gerit, ut utraq; ipsius pars & moueat & utraq; ab utraq; moueatur, eueniet, ut eadem eiusdem sui ipsius motus magis causa sit. Ipsa nanq; pars ut puta mouit alteram, & hanc illa mouet. Quare illa mouente, quæ hãc mouit, hæc prior erit quæ moueat. ita ipsa ipsius maximè causa motus existit. atque ipsa seipsam magisquã adiacentem partem mouebit. Sed hoc primum mouens non semper est, sed & alterũ erit rursum primum. atq; in illo quoq; oratio eadem habebitur. ita rursum illud tanquam primum magisquam hoc motus causam sustinebit. Dupliciter nanq; mouere dicebamus, & ab alio quidpiam moueri, & à se ipso quidpiam moueri. Ad principii autem causæq; rationem propius illud accedit, quod remotius ab eo est, quod mouetur, quam illud quod medium interiacet, tanquam quod primum mouet. Quare in hyperbato ita lectio legenda est. ad principium propius accedit, quod longius abest ab eo, quod mouetur, quã quod mediũ interiacet. Præterea id quod mouet, moueri non necesse est, nisi ex se ipso moueatur.

PER ACCIDENS igitur ex aduersum & contrà mouet alterum.

Sumpsi inquit tanquam rem confessam atq; manifestam id quod mouet, ut non moueatur, posse contingere. Dato igitur eo, quod contingit, primum mouens immobile stabit. Item quoniã id fieri non posse compertum est, non oportet id quod mouet, ut & ipsum ab alio cõtrà moueatur, sed uel immotum stet, uel ex se ipso moueatur, si motus futurus est sempiternus. Præterea quod de mouẽte & de re, quæ mouetur, dixerat argumentũ, & de eo, quod ex se ipso mouetur, hoc idẽ explicat. Nam si pars altera ab altera mouetur, & ab ipsa quoq; mouebitur & à seipsa primum, & quo motu alteram mouebit, eodem & ipsa mouebitur. At uerò eius, quod se ipsum mouet, neq; una pars, neq; plures partes quæq; se ipsas mouebunt, ut una quæq; per se singillatim seipsam mouere possit. Nanq; totũ si à seipso mouetur, uel ab aliqua sui parte mouetur, uel totum ipsum à se ipso, toto mouetur. Si igitur quia aliqua ipsius pars mouetur, illa erit seipsam mouẽs & non hæc, separetur, certè se ipsam mouebit, ac non totum mouebitur. Quod si à toto totum mouetur, interea dum totum mouetur, ex accidenti partes mouebuntur. Ex quo efficitur, ut rei seipsam mouẽtis una quidem pars immota manens moueat, alia uerò ab ipsa moueatur.

PRAETEREA si totum se ipsum mouet.

Hoc loco extruit perficitq;, ut omne seipsum mouens necessariò habeat partem, quæ moueat, & partem, quæ moueatur. non partem tamen, quæ necessariò moueat, sed ut cunq; accidit. Atque explicatione literarum rem omnem instituit ac declarat hoc modo. Sit. a. b. se ipsum mouens, & aliud continuum. g. sit igitur. a. b. se ipsum mouens. Hoc igitur hac ratione seipsum mouet, quod

totũ.a.b.ab ipso.a.mouetur. ita propter hoc seipsum mouens ex mouẽte quidem existet, quod tamen non moueatur, atq; ex eo, quod mouetur, quod tamẽ non necessario moueat. Sit enim inquit. g. & a. moueat solum.b. ab alio autem non moueatur. ipsum autem.b. ab ipso.a. moueatur. Et ratio obtinet, ut.b. nõ necesse mouere habeat. Sed detur id ipsum quoq;.b. quod mouetur ob.a. necesse habere mouere.g. Sit autem &.g. quod mouetur.a.b. nil tamen quicquam moueat. Nihil autem referat, siue statim.b. moueat.g. siue per media plura ipsum rursum moueat. exempli gratia si.b. mouet.x.x. autem moueat.z.z. postea moueat.g. nanq; ipsum,b.& rursum mouet.g. per ipsa.x.&.z. Quia igitur.g. ipsi.b. continuatur, &.b. ipsi.a. & ipsum.b. ab ipso. a. mouetur, & ab ipso.b. mouetur.g.a.b.g. continuam totius faciem ducat. totumq; huiusmodi facultatẽ habeat, ut seipsum mouere possit. Sed ipsum.g. ex ipsis.a.b. interdum subtrahetur. hoc nanq; se ipsum mouens proprie esse statutum fuit. Et.a. quidem, quod a nullo mouetur, sed immotum manet, mouebit.b. ipsum autem.b. mouebitur. Ipsum autem.g. separatum auulsumq; si de natura substantiaq; eius, quod seipsum mouet, extitisset, & ipsum a seipso moueri debuisset at non necessario ex se ipso mouetur. quæ enim necessitas impellit ad hoc. neq; enim seipsum neq; aliud quid piam mouebit. hoc nanq; positũ fuerat, aliud mouere.g. Atqui ne sublato quidem.a. ipsum.b.g. ex seipso mouebitur, propterea q illud quod mouet.b. ademptum fuit. Reliquum erit igitur.a. b. solum, quod absq;.g. se ipsum mouebit. Erit itaq; seipsum mouẽs ex immoto mouente atq; ex eo, quod mouetur compositum atq; constitutum, non tamen ex mouente necessario. Sint igitur hæc, uel quæ inter se tangant, uel utraq; eiusdem naturæ. uel utraq; corpora, uel utraq; incorporea. uel ab altero tangatur alterum. uel unum corpus habebit, alterum uero corpore carebit, sicut corpus ab anima, non animam a corpore tangi dicimus. sicut etiam nos ab alicuius oratione tangi atq; commoueri dicimus, e contrario tamen nullo modo dicimus. Sed quoniam hoc continuum est, totum erit seipsum mouens. Nam totum ipsum seipsum mouet, non sic tamen, ut totum sit & id quod mouet, ac rursum totum sit id quod mouetur. Sed hoc illud, quod mouet, esse conuenit, illud autem esse, quod mouetur. Vt autem totum continuum esse dicitur, totũ se ipsum mouet. mouet enim.a.b. autem mouetur. at. g. extrinsecus ab ipso.b. mouebitur, sed nõ necessario mouebitur. auferetur enim abstraheturq;, neq; ipsius pars amplius extabit.

HABET autem locus dubitationem.

Dubitat hoc loco dubitationem, quæ ex huiuscemodi oratione emersit. talis autem est. Quoniã seipsum mouens continuum est, hoc est & id quod mouet, & id quod mouetur, continuum autẽ illud esse dicebamus, quod infinite diuiditur, ideo diuidi necesse habet & a. mouens, &. b. quod mouetur tanquam & ipsum continuum Ergo si uel. a. diuidatur, uel.b. certe residua portio ipsius a. mouentis, uel ipsius.b. quod mouetur, illa quidem mouebit, hæc uero mouebitur. Quod si ita sit, in ipso.a.b. quod primo moueat & moueatur, nihil constabit. Itemq; reliqua portio seipsa mouebit, atq; ex ipsis partibus ademptis, in illis quoq; rursum eadem quæstio permanebit. atque ita prodibit res in infinitum, ex eo q continuum infinite diuiduum existit. Quam quidem dubitationem soluit iis uerbis. uel potestate utrunq; quidem diuiduum esse res nulla impedit, actu uero indiuiduum existere uel si diuidatur, non amplius uim eandem uirtutemq; conseruare, sicut in remigibus atq; in reliquis potentiis superius edisseruimus. Quare in potestate diuisibilibus primo quid esse nihil prohibet, quando etiam quidpiam diuisum illud ex proportione efficere potest, quod pro uiribus suis cum ope aliorum simul faciebat. Nam tempus infinite diuisibile est. Sed statim siue derepente in tãto minori tempore efficitur, q in exiguo momento quod percipi sensu non potest, ipsum fieri dicimus. Quid igitur, num tempus illud insensibile rursum diuidetur? ergo & derepẽte in magis exiguum exileq; diuidetur, & quæso illud quid erit? ac rursum in aliud exilius denuo diuiso tempore res prolatabitur in infinitum. Qua de causa huiuscemodi quæstionem solutio sistit, potestate & non actu diuiduum ipsum existere. Non res tamen omnes, quæ potestate sunt, necessario ad actum quoq; perducentur. Sed tales potestates, quemadmodum edisseruit in libro de interpretatione, potestates solum existent. Tu autem attende, quemadmodum quum dixisset ut utrunq; potestate quidem diuiduum esse nihil impedire, atq; ad ipsum mouens quũ animum mentemq; omnem conuertisset, q ipsum plærunq; moueris uel necessario potius incorporeum existit, & quomodo illud potestate diuiduum esset, considerasset, inhibens aliquantum orationem suam; clausulam illam inferat, uel alterum quod mouetur, potestate diuiduum esse. Nanque illud, quod mouetur, diuiduum existat oportet, quoties cum mouente constiterit seipsum mouens.

quens. Sed quoniam inquit motũ æternum esse necesse est, necessario & illud quoq;, quod mouet, æternum erit, siue autem unum sit illud, siue plura sint, ad hanc disputationem nihil pertinet.

QVEMADMODVM aũt necessarium sit esse quidpiam quod semper immotum stans & reliqua.

Hinc accurate' philosophatur, quonam pacto quaue ratione erit aliquid immotum sempiternis se culis futurum atq; ab omni prorsus mutatione liberum & expeditum tũ simpliciter & in uniuersum tum etiam per accidens, cætera autem cuncta mouens. id quod diuinum numen θεὸν exi stit, cuius natura substantiaq; penitus incorporea unice' ac principaliter atq; incomparabiliter & impermiste' quæcunq; mouentur, omnia supereminet & antecedit. Is autem est beatus & solus omnium rerum dominus princepsq; uniuersi. Imperium nanq; potestatemq; suam in omnia mit tit exercetq;, ipsius omnia plena sunt, tanquam qui super omnia seipsum uindicat, magnificat, & extollit, neq; motui mutationi'ue ulli substernitur neq; succumbit. Constituendum igitur inquit est in quibusdam rebus, quæ contingũt, hæc absq; ortu generatione'ue ulla existere. quæ tamẽ absq; latione non existunt, uelut uisio, quæ confertim tota statim efficitur, & apprehensiones perceptionesq; sensuum, & conferta casei coagulatio. Sed multa ideo adiecit, ꝙ in aliquibus tale quid contingat necesse est, & non in uniuersum sicut constitutum atq; petitio exigit. Sit & aliud hypo thetice' positum atq; concessum ex principiis, quæ quidem immota mouent quædam interdũ esse, interdum non esse. brutorum autem animantium animas intelligit. Ponatur igitur hoc. neque enim ut omnia principia inquit alia's sint, alia's non sint, fieri ullo pacto potest. certe' ea, quæ seipsa mouent, & aliquando sunt, aliquando non sunt, quare ipsa interdum sint, interdum non sint, causam unã principalem omnino habeant, necesse est. Nam sine cõsilio & absq; causa hoc esse & hoc non esse pacto ullo non contingit. Ratio est, ꝙ quicquid se ipsum mouet, illud magnitudinem habere oportet, propterea ꝙ mouetur. Nihil aũt, quod magnitudine careat, moueri posse supra demonstratum fuit. ita colligitur, omne se ipsum mouens habere magnitudinem oportere. Ex iis tamẽ, quæ modo dicta sunt, non necessario sequitur, ut quod mouet, magnitudinem illud habeat. Cur autem res ipsæ semper oriantur ac semper occidant assiduo ductu ac lege temporis sempiterna, ex immobilibus quidem principiis, quæ tamen semper non existant, nullum causa esse potest; Neq; enim fas iusq; est, effectus qui a' causis ipsis proficiscuntur, esse plene' perfectosatq; sempiternos, causas uero', unde ipsi ducuntur, mancas esse neq; sempiternas. Ne causa quidem esse potest quicquam ex iis, quæ ipsa semper mouent, illa autem alia moueant. Neque rursum ipsa, quæ con tinuo ac sempiterno motu mouentur, uel causam unam ex seipsis & non aliunde habebunt, quamobrem ipsa huiusce naturæ sint, uel omnia hæc immutabili lege ordineq; sempiterno procedãt. Nanq; cur hoc modo se res ipsæ habeãt, ut interdum occidant, interdum oriãtur, causa quædam necessaria est ac sempiterna. Ipsa uero', quæ cũcta in hoc uniuerso complectũtur, si causa sui essent, certa utiq; ac definita essent, subsisterẽt, atq; permanerent. At uero innumerabilia & infinita ipsa sunt, neq; omnia uno naturæ partu simul in luce comparẽt. Qua ex re intelligi potest quãquã huiuscemodi principia infinities atq; innumerabiliter existũt, quæ alia moueant, ipsa autem immota maneãt, sicut animæ animãtium, atq; huiusce uolubilis cœli assiduus circũactus, unde rerum quæcũq; intereũt & gignũtur, uirtus omnis depẽdet, nihilominus causam quãdam existere immortalem ac sempiternam, quæ cũcta complectitur & administrat. Quicquid autem hoc est, id ubiq; adest, atq; in una quaq; re dominatur. similiq; ratione cur quædam æuo fruantur sempiterno, quædam fluxam mortalemq; naturam agant, id in ipsa una causa positum omne consistit.

ATQVE hoc quidem his. hæc autem aliis motus causam ministrant.

Hoc, quod quærit atq; tantopere celebrat, primum mouens ab omni mutatione seiũctum penitus atq; separatũ, hoc inquit tale qualecũq; est, cuiuslibet mutationis author & causa principalis existit. Verbi gratia assiduũ huiusce uniuersi circũductum regit ac moderatur. & uariis horis mũdũ temperat, quippe ꝙ hæc sola causa est, quare ad septẽtrionem interdum accedat sol, & æstatem ferat, interdũ ad austrum ambulet, & hyemẽ ducat. Itidemq; quare uicibus alternis subeant nox & dies, & cur longioribus noctibus mora tãta hyeme adsit, æstate autẽ longiores dies labãtur, itẽq; cur gemina æquinoctia æqualiter librẽtur, itemq; reliqua similia quæ in toto mũdo generãtur, illud primo' mouens numenq; immortale θεὸν causa est. Huiusce autem rursus mũdi conuersio assidua atq; sempiterna aliis rebus motus causam ministrat atq; dispẽsat. hoc est ipsis animantibus

& arboribus dat uitam, dat incrementum, dat iuuentutẽ, atque senectutem. Causa nanq; hæc est, cur ipsa oriátur, cur occidát, cur similem sui fætum germinẽt, cur prolem quæq; suam cuncta animalia alát atq; tueátur. & ut uno uerbo dicã, quælibet eorũ, quæ gignũtur, motum producit. Quare autem harum omnium rerum, quæ in toto mũdo geruntur, dei numẽ causam esse non dixit sed cœli tantum citissimæ conuersionis, illam autem cæteros rerum motus temperare, uel horũ quoque motuum omnium dux & causa & author illud ab omni materia liberum numen æternũq; est interueniẽte ministerio huiusce uniuersi in orbem assidue' circũacti. Sed illud numen immortale ac sempiternum esse amat, & rei quoq; sempiternæ causa esse desiderat. Aeternum autẽ manet manebitq; hoc uniuersum, sicut græci philosophi arbitrantur. ideoq; suprema illa celsitudo in seriem annorum sempiternam causa erit, cur hoc cœlum tempore infinito circũferatur. Ipsa autẽ mundi totius incitatio, cum quo sol & reliqua cœlestia sydera cursus peragunt sempiternos, tanquam particulatim oriens occidensq; ortum interitumq; rebus affert, quæcũq; generantur. Per partes autem oritur illa & occidit, ꝙ quæ pars nunc ad exortum consistit, hæc aliquãdo ad occasum conuertitur. Et in summa quæq; pars utcunq; motum habet, per partes enim totius mũdi motus procedit, & non per uniuersum, ita interitum ortumq; sortitur. Hoc igitur primum siue unum inquit existit, siue plura. unum autem esse multo præstat quam plura. nanq; ex iis, quæ semper fiunt, finita potius sumenda sunt. ob id etiam, quia ut quispiam de hac re alio loco dixit, principatus multorum non est bonus colligit itaq; concluditq; satius ac necessarium esse, unum ut existat id quod primo' mouet hoc est dei numen τὸ θεῖον. atq; illud etiam æternum esse ex hisce rursum ostendit. Motum nanq; sempiternum esse oportere iam demonstratum fuit. quo'd si sempiternus est motus futurus, & continuus est futurus. ꝙ si continuus, & unus tantum extabit. Vnus autẽ motus habetur is, qui in uno mouente atq; in una re mota efficitur. Nam si aliud & aliud mouẽs mouebit, motus ille non continuus esse intelligitur, sed deinceps forte' geri dicitur. Ex hisce rationibus inquit quispiam adduceretur atq; pro certo haberet, primum mouens prorsus stabile immotumq; sempiterno tempore permanere. Ac rursum quum ad eorum, quæ mouent, principia respexerit, hoc quoq; uerissimum esse magis iudicabit. aliquid enim modo mouet, & principium habet, non hoc tamen principium erit, sed forte' illud extabit. Quod si illud quoq; principium habet, similiter ne illud quidem principium erit, sed erit primum. Atq; ita ad principiũ, quod nulli principio subiectum est, tandem perueniemus.

SED QVONIAM huiuscemodi omnibus innotescunt.

Resumit repetitq;, quæ nuper dicta fuerunt. & quoniam ea, quæ interim mouentur, interim quiescunt, fidem de seipsa faciũt huiuscemodi esse, de ipsis dicere nihil attinet. omnibus enim aperta atq; manifesta sunt. Propter quod demonstrare in animo est, quæcunq; etiam in motu sempiterno uersantur, & quæcunque etiam ab omni motu libera prorsus immota manent æternumq; sine fine manebunt. horum enim utranq; naturam inuestigandam demonstrandamq; esse dicit. Quum autem ad hoc declarandum ueniremus, atq; constitueremus quicquid mouetur, ab aliquo moueri, atq; hoc, a' quo mouetur, uel immotum esse, uel quod mouetur, & si mouetur, uel ex se ipso uel ab alio moueri, usq; eo' peruenimus, ut eorum, quæ mouerentur, principium omnino ullũ existere crederemus id quod opinione quoq; nostra constanter acceptum tenemus. Ita seipsum mouens hoc est græce' αὐτοκίνητον cæterarum rerum, quæ mouerentur, principium esse, harum uero' rerum omnium, quæcunq; sunt, & quæcunq; omni genere motus mouentur, causam quandam immobilem atq; sempiternam originem principiumq; esse in uniuersum philosophando comperimus. Quænam autem ea sint, quæ seipsa mouent αὐτοκίνητα, plane' perspicimus. hæc nanque & superius, si in memoria habemus, speciem opinionemq; præbere uidebátur, ortum initiumq; aliquando motũ habuisse, quum is antea in totum non fuisset. Atq; huiusce opinionis ratio erat, ꝙ hæc neq; semper moueri neq; semper quiescere uidebamus, sed interdum quiescere ac rursum interiori motu agitari moueriq; cernebamus. ipsa autem sunt genera animantium, qui interno motu cientur & agitãtur. Propter quod ex his suspicari erat motum, qui in totum antea nunquam extitisset, posterius gigni esseq; cæpisse. id quod & ad hoc referri poterat uniuersum. Oportet autem in hisce quoq; constanter tenere huiuscemodi uim non habere, ut omni genere motus seipsa moueát, ita ut non alieno motu ad sui salutem incolumitatemq; egere uideantur, sed uno tantum motu moueri, quum scilicet locum loco commutant, conferuntq; se huc & illuc cuiuspiam rei gratia.

Atq;

Atq; hoc etiam motu locali nō ex se ipsis proprie` legitime`q; mouentur. in hisce nanq; motibus secūdum locum quædam quoq; alia dominātur. Causa enim semper quædam extrinsecus impellit mouetq; animātes. sicut uiso conspectoq; flore ad ipsum statim cupiditate rapimur, ut digitis ipsum carpamus & odoremus. uel a` quauis alia causa ad uias, ambulationes, itineraq; obeunda commouemur. Extāt quoque & alii motus naturales in animāte, quibus ex seipso non mouetur. Nāq; corporis sui incremētum a` consilio ipsius nō proficiscitur. neq; decrementum uel interitus. neq; inspiratio atq; expiratio a` locali motu animātium ducūtur. Nam quodq; animal quiescens neq; se mouēs secūdum locum, hisce motibus impellitur ac mouetur. Atq; etiam cœlum animanti circunfusum causa multarum rerum existit. ipso nanq; calescēte calescimus, frigescēte frigescimus. atq; hac de causa augescimus ac decrescimus. Et cibi epulæq; præsertim incrementi nostri partem potissimam sibi uindicant.

ATQVE in partes digesto cibo e` somno excitantur animantes, & seipsi mouent.

Quæ seipsa intrinsecus mouent αὐτοκίνητα, non omni motu ex se ipsis mouentur. Est nanque & aer ambiēs corpus nostrū, sunt & cibaria ipsa, & ipsorum coctiones atq; digestiones, & alia quædam, quæ motum nobis extrinsecus adferūt, horum enim primum principium extrinsecus uigilat. Ob hāc itaq; causam, q; hoc principium in se non habēt, sed extrinsecus hauriunt, non æterno neq; continuo motu ex seipsis mouētur. Est nāq; extrinsecus corporibus nostris incumbēs aliud, quod mouet atq; ex seipso mouetur, & quod ad unum quodq; eorum, quæ se ipsa mouēt, mutatur. atq; hoc est cœlum uniuersum uitæ nostræ circūfusum. Sed quæso quomodo suam ipsius mutationem facit ad unumquodq; se ipsum mouens? uel potius contra erat dicendum, ad quod uniuersum unumquodq; eorum, quæ seipsa mouēt, mutatur, ob hoc uidelicet, quia ad ipsius assiduū circūactum incremēta decremētaq; plantarum & animantium, atq; ipsorum ortus & interitus efficiuntur. & cæterarum rerum omnium fœtus atq; germinationes maturationesq; plene` cumulate`q; absoluūtur & consumātur. Hæc igitur ad ipsius mundi incitum orbicularem orta ueterem deponūt, ac uicaria successione alia mox singularia in nouam rerum naturam ingrediūtur. atq; hoc modo huiusce orbis elemētalis inferioris fœtus & animātes ad cœli uertiginem semper mutantur ac renouantur. Quod si & cœlum hoc assidua uertigine circūraptum ad hasce res humanas atque ad hæc, quæ seipsa mouent, animātia motu continēti mutatur, non est sane` mirandum propter aptitudinem conueniētem eius, quod mouet, ad illud quod mouetur. Quam rem numerus atq; numerabilia ipsa facile` declarāt. nā numerus a` rebus numerabilibus interdum permetitur, sicut quum dicimus numeri quoq; mensuram rem numerabilem existere. In hisce autem omnibus inquit primum mouēs mouetur, id quod in his quæ seipsa mouēt, anima est. anima enim causam affert, quare quidpiam ex se ipso moueatur. Nanq; anima, quæ corpus mouet, & ipsa cum corpore simul mouetur. atq; locum de loco mutat, quum corpus mouetur, ob idq;, per accidēs. haud secus quam id quod in uecte cardine`ue seipsum mouet. Quum enim uecte pondus aliquod mouemus & agitamus, nos quoq; cum ipso pondere, quod mouetur, simul mouemur. Quibus ex rebus colligi plane` licet ne ipsa quidem immobilia ex accidenti autem motum habētia quum res ab ipsis mouentur, motū continuū posse perficere. Quare si motus cōtinuus omnino ullus extat, aliquod primū mouens immobile sit necesse est, neq; quod per accidēs moueatur. præsertim si motus nulla quiete interceptus sed perēnis atq; sempiternus futurus est, & id quod mouet, ipsum in seipso consistēs æuū agat æternū, neq; ex sua ipsius essentia unquam exiturum sit. Ipsius nanq; principii maxime` interest permanere atque firmiter omni tempore perdurare. Sed quoniam hoc principium motum affert uniuerso, æternum motum afferre summe` desiderat, ut in seipso uidelicet permaneat, perduret, atque persistat in tempus sempiternū. Quod si semper mouet, & illud quod mouetur, ab ipso in æterna secula mouebitur, neque motui huic finem ullum dabit unquā ipse author princepsq; uniuersi. Atq; in ipso totus mundus perseuerabit, ut uidelicet perenni serie seculorum primi mouētis imperio obsequēs absque intermissione continuet hūc motū suum nulla uexatione neque lassitudine ulla fatigatus. Qui quidem mūdus huic principio continuatur non localiter, sed q; ab ipso pendēs uim uirtutemq; omnem inde haurit accipitq;. Illud autem principium æternum & immortale ad ipsum mūdum omnem prouidētiam suam conuertit, uitamq; partitur uniuerso. Non unum autem idemq; existit ex accidēti a` seipso moueri, ut animam ex se ipsa moueri, quod corpus mouetur, atque ex accidēti ab altero moueri, quæ res, quibusdam ex mundanis principiis

forte cōtingit. Neque enim omnia motum peragūt orbicularem, sed ignis quidem tēdit in sublime, terra uero deorsum fertur. Hæc autem & ab alio quoq; moueri contingit, id quod per accidens moueri sibi aduenire dicitur. & ab alio quoq; moueri contra naturā igni quidem deorsum uersus contingit, terræ uero sursum uersus. talia enim motibus pluribus feriuntur, hoc quidē secundum naturā, illo uero contra naturam. At secundum accidens ex seipso moueri sola habent animantia quæ ortum a natura interitumq; sortiuntur. nanq; dum corpus mouetur, anima & se ipsa secundum accidens mouetur. Quæ res tamen si contra naturam esse dicitur, nondū disputatur. ideo ꝙ animæ ipsi moueri non est secundū naturam, ut in ipsa positum sit moueri quoq; contra naturā, sicut in primis rerū elementis conspicitur. Interim tamen id quoq; ipsius animæ est contra naturam.

ATVERO si quoddam tale semper existit.

At uero inquit si primum mouens æternum est atq; sempiternum, prorsus & id quod ab hoc mouetur, æternum permanebit. Id autem ex eo plane intelligitur, ꝙ nulla alia uia ratione ne ulla ortus & interitus mutationesq; cæterarum rerum fieri possent: nisi quid omnino extaret, quod quum ab alio mouetur, & ipsum reliqua moueret. Nam ab eo, quod idem semper est, atq; immobile persistit, ortus interitusq; & mutationes rerum nullo modo fieri querunt. Hæc nanq; moueri ab alio necesse est, quod mouet quidem, sed & ab alio quoq; mouetur. atq; hoc est reuolutio mūdi sempiterna. Nam immobile & primum mouens tanquā æternum atq; eodem statu semper se habens hæc uno tantum motu moueret. neq; aliquādo orientur, aliquando interirent. Neq; enim huiusce naturæ ipsum est, ut ad id, quod mouetur, mutationem ullam suscipiat. Quod uero ab illo motum habet assidue in orbem raptū tanquā quod mutatur, & aliter aliquando simili tenore circulabitur, interdum enim ad Septentrionem ascendit sol interdum ad austrū descendit, & modo partes hæ ad exortum consistunt, & dies oritur, modo ad occasum, & nox oceano emergit hoc inquā propter hasce causas, quas diximus, non unius eiusdemq; motus causa est. Nam interdum nouitate frugum renouat mundum, & ad uenerem impellit animantes omnes. per uer enim atq; per æstatem causa est, quare arbores & animalia quæq; frutificent, atq; in lucem fœtus edant suos ac rursus ab æstate per autumnū & per hyemem adfert interitum. Ita mutatur semper, alternat, uariatq; uices. id quod & in animantibus quoq; facit ipsi nanq; animantes ad cursum cœli sempiternum & oriuntur & augescūt & occidunt. Atq; hæc mirifica opera naturæ molitur patratq; cœlum hoc uniuersum, quod quidem mouetur a primo motore, res autem alias mouet, propterea ꝙ erga ipsas aliter atq; aliter afficitur & adaptatur, neque eodem modo semper se habet. Ratio autem huiusce uarietatis in propatulo posita est ꝙ enim in partibus mundi contrariis hoc est in ortu atque occasu consistit, itidemq; & ad aquilonarem & ad australem regionē ambulat, atq; et in formis, hoc est in caliditate & frigiditate, & interdū qeſcēs, interdū motu agitatū, idcirco & in cæteris quoq; rebus multiformes motus producit. Illud aūt uerbum interdū quiescens positum est nempe mundus & ipsa sydera motu æterno circumlabuntur ob quædam alia, quæ intra mundum nasci solent, non propter mundum ipsum uniuersum. Nubes enim et imbres uentiq; & tranquillæ cœli tempestates et quiescunt & mouentur, in quibuscunque formis inueniuntur. Atque ex hoc loco dubitatio soluitur, quam supra iam ab initio dubitauimus. quænā causa uidelicet esset, quamobrem quædam in hoc uniuerso motu sempiterno mouerentur, ꝙ ab immobili mouente eodemq; modo semper se habente mouerentur. quædā autem & quiescerent, & mouerentur, ꝙ scilicet ab eo quod in sempiternum mouetur, & aliter aliquando se habet, moueretur. Nihilominus tamen ex aliis quoque de hac re, de qua disputatur, apertius cognoscetur.

CONSIDERANDVM enim est.

Ex hoc loco confert inter se motus ipsos atque motū qui primus sit, diligenter exqrit. hoc consilio uidelicet, ut primo & continuo motu cognito dephensoq; huiusce tāquā primi motus & primū quoque mouens causa esse intelligatur. Quum autem motus tres existant, neque enim respexit ad eos motus, qui sunt secundum formam, ut quatuor motus esse diceret. sed ipsos secundum prædicamenta diuidit. atque unum ponit secundum quantum eos, qui duo sunt, dico incrementum atque decrementum. & motum alium secundum passionē, & tertium secundum locum. qui quidem sunt, unus secundum alterationem, & alius secundum lationē. Quum inquam motus tres existant, eum qui fecit secundum lationem, inter omnes motus primum esse necesse est, quemadmodum ipse demonstrabit, atque hunc motum secundum lationem cæteris antecedere, qui orbiculatim

efficitur

efficitur. Motus nãq; circularis propter suam perfectionẽ & excellẽtiã reliquos motus omnes superat & antecedit. Et uide, ut ipsi inter cæteros primas defert. & quo artificio hoc extruit ac molitur, attẽde quæso. Negat enim fieri posse, ut absq; alteratione auctio ulla existat. propter quod alteratio prior auctione est. Quomodo autẽ per alterationem quidquam augescat, ipse subiicit dicẽs. Quod enim augescit, quodãmodo simili augescit, alio aũt modo dissimili. Quo uero modo simili? quoniã si caro augeri debet, nisi id quod intromittitur, ex alteratione in carnis naturam euaserit, auctio nulla erit. Sed adiunctio quidem rei cuiuspiã ad aliã nominabitur, auctio non nominabitur. Alia autẽ ratio est, contrario cibũ fieri contrariũ, quũ per se ipse uidelicet consideratur. Atq; id prospicias uelim in mutatione ipsorum elementorum. aqua enim ex mutatione auget aerem. Non ergo humidum ipsius aquæ humido aeris aduersatur. sed frigidum aquæ calido aeris contrarium est. Neq; ex aqua alterata auctionẽ ullã aer capessit, nisi frigidũ in calidum alteretur. Humidũ uero, quod inest, ex adiũctione quoq; in humidi naturã magis trãsibit, non tamẽ & alterabitur, sicut in circulo minor circũferẽtia in maiorẽ extẽditur ac dilatatur, nõ propterhoc tamẽ & alteratur. nã quadrãgula figura in gnominibus idest in regularibus augescit quidẽ, non tamẽ & alterescit. Quare cibus aeris & augmẽtum aquæ frigidũ est, & non humidũ. id quod cernere est atq; in iis ẽt artibus, quas græce banausos uocãt hoc est carbonarias atq; cõflatorias quoties ipsi artifices ignẽ aqua perfundẽtes ipsius elemẽti uirtutẽ excitãt, quã propemodũ nutricãt & roborãt. Cæterũ si alteratio erit, & alterãtem quoq; causam esse conuenit. hæc autẽ ubi ad rem alterandã prope accedit, ipsam alterat. Quare & latio prorsus antecedet.

PRAETEREA passionum omnium principium.

Præterea ex hisce quoq; plane cognoscitur motibus omnibus lationẽ præire, tanquã quæ motuũ omniũ iure optimo principatũ tenet. Etenim passionũ affectionũq; cũctarũ, quæ in corporibus reperiũtur, raritudo ac densitudo principiũ extãt. nanq; & reliquæ quoq; passiones dẽsitudines atq; raritudines uidentur esse uelut graue, asperũ, frigidum, dẽsitudines esse apparẽt. ac rursum leue, molle, calidũ, raritudinis naturã sapere uidẽtur. Raritudo rursum atque densitudo sunt, dẽsitudo quidẽ congregatio, raritudo autem disgregatio. Per hasce uero duas generatio & corruptio substãtiarũ esse dicitur, atq; alterius interitus & corruptio, alterius ortus & generatio est. Aqua etenim dũ interit, in aerẽ rarefacta trãsit. & aer rursum concrescẽs atq; conspissescẽs in aquæ naturã recedit. Hoc aũt concrescere atq; rarescere res ipsæ consequi non possunt, nisi prius secundũ locũ mutationẽ fecerint. Ex quo motus, qui fit secũdũ locũ, primus existit, ideo q; & raritudo & dẽsitudo primæ passionũ existunt. Rursum denuo ipsa quoq; auctione atq; corruptione latio prior existit. eius nanq;, quod augetur, magnitudo secũdũ locũ mutatur, atq; eius, quod corrũpitur, ad eundẽ modũ. Ex aliis quoque tibi consideranti hoc, quod dicimus, planum fiet atq; manifestum. Nanq; primũ & in cæteris rebus & in motu multifariam dicitur. quod scilicet primũ natura est, quo sublato reliqua esse non possunt, ipsum autem absq; aliis esse potest, sicut particulariũ anima liũ animal uniuersum ac generale. Tempore quoq; primũ est, quũ dicimus quenquã aliquo gradu ætatis tẽporisq; priorem esse. Est & primũ secundum substãtiam, quod scilicet secundum ipsius esse consequẽtiã uicissim conuertitur. Quod autẽ alteri quoquo modo causa est, & illud prius esse fertur ut Socrates sedẽs. & quæ de ipso uera ratio habetur, & res ipsa rationis consultationisq; causa dicitur, non tamẽ ratio ipsius rei causa est. Quũ aũt demonstratũ sit motũ continuũ necessario esse oportere, uel eũ motum, qui ex ordine deincepsq; efficitur, uel eum, qui continue & absque intermissione ulla peragitur, præstat uero meliusq; est hunc motũ esse continuũ, quam deinceps esse, melius autem in natura existere semper arbitramur, quoad eius fieri potest. hac de causa uidelicet, q; natura ipsa quanuis expers rationis tamen gratia alicuius non absq; ratione agit quæcũq; agit, si fieri potest. fieri autem potest, ut motus continuus existat, sicut demonstrabitur. nũc ita tantum constituamus, propterea ratio necessaria cogit nullum alium hunc motum esse quam ipsam lationem, & præsertim primam qua circũuoluitur hoc uniuersum.

NVLLA enim urget necessitas.

Quũ primũ tripartito diuisisset, uel natura, uel tempore, uel secũdum substantiã, nũc laborat, ut astruat atque ostendat lationẽ ipsam inter omnes motus imperium principatũq; tenere secundum ipsius prioris diuisionem uniuersam. Et quoniam natura prius illud esse dicebamus, quo sublato reliqua stare non possunt, illud autem absque aliis stare posse, ex hoc lationem ipsam motuum

omnium esse primam ostēdit. Nulla igitur inquit urget necessitas, ut quod fertur, ex reliquis motibus quenquam patiatur. Ita absq; illis hæc latio stabit. absq; latione aūt motus illos stare nullo modo posse superius quoq; demōstratū fuit. & nunc stare ipsos absq; latione in totū negat. Tempore quoque primam esse declaratur ex eo, q̄ æterna diuinaq; corpora res omnes mortales caducasq; dignitate temporis antecedunt. Quare & motus is, quē æterna lege mundus circūuolubilis peragit, prior tempore est cæteris motibus, quos res humanæ caducæ fluxæq; a' natura ipsa acceperunt. æterna autem intelligit cœlestia corpora. Sed in mortalibus rebus caducisq; animātibus latio quoq; ipsa reperitur, quæ motuum omnium, quibus ipsi mouentur animantes, ultimū locum tenet. Primo' nanque nasci oportet animal, deinde augescere, mox firmata iam ætate maturibus uiribus ferri ad munia uitæ. Sed hoc inquit in quoq; animante esse contingit. nanq; & in ipso quoque animante, quia generās rem, quæ generatur, antecedit, aliquid prius ab aliquo se ferente gignatur necesse est, mox augeatur illud & feratur. Quare & in illo quoque animāte eius, quod generat, latio prior existit. Nanque quātum ad hāc rationem spectat, in una quaq; re potius generatio prior esse uideretur, ob hāc causam scilicet, q̄ prius gigni quidquam oportet, deinde motus alios in ipso comparere. Sed & hanc quoque generationem & rem generatam aliud primū antecedit, id uidelicet quod generātis munere fungitur, quod quidem ad generādum delatū a' principio atque commotum fuit. Quia igitur latio ipsa quoq; generatione, quæ prior uidetur, prior existit, certe' & motuum omnium prima sine controuersia iudicatur. Si enim ut generatio & ipsa latione & reliquis motibus prior existat, concedemus, ecce diuina æternaq; corpora circūferuntur. genita ergo fuerunt, sicut hæc ratio exigit. Quod si genita ortaq; sunt, & proculdubio occident & interibunt. Iam autem adprobat atq; firmiter præmunit & id, quod substantia prius esse dictum fuit, ex dictione eorum uerborum, in summa autem id quod gignitur, imperfectum apparet, & quæ sequūtur. Et principaliter monstrat lationem generatione ipsa priorem antiquioremq; esse ea de causa, quo'd id quod gignitur, imperfectum est. at motus ipse delatorius ad animantes iam perfectos accedit. Atque ipsa latio quasi finalis causa cæterorum est. generatur enim animal, ut quum ad plenam perfectamq; ætatem peruenerit, feratur ad munia uitæ subeunda, in quibus animātis natura perfecta proprie' legitime'q; consistit. Post autem generationem reliquos quoq; motus ipsa latione posteriores esse demonstrat.

IN SVMMA autem id, quod gignitur, imperfectum.

Principiū finale intelligit, quod quanuis aliorum efficiens causa non sit, ipsius generationis tamē proprie' causa extat, sicut in sedēte Socrate atq; ratione, quæ de ipso est, inuenitur. Quare finale principium prorsus existit atq; in perfectione quoq; substantiæ ipsius. Ex quo neq; ab altera parte conuertitur neq; respondet. neq; enim si gignitur, fertur. neq; si fertur, gignitur. nanq; æterna corpora rem plane' declarant, quæ feruntur quidem, non tamen generantur. Nos autem intra quinq; modos, qui de priori præcipiuntur, primū secūdum substantiam collocare quum in animo haberemus, nequis alius modus prioris appareret, quam sicut in prædicamētis edisseruit, hoc primum esse secūdum substantiam reduximus collegimusq; in eam naturam atque conditionem, ut ipsum alteri sui esse causam existere diceremus, quum duo essent, seq; conuerterent. hoc est idem est illi primo, uel alterum. Rem tamen perfectione priorem hanc intelligit, quanquam tempore posterior est. Nāque quod ortu generationeq; posterius est, natura illud prius existit. Eo' enim uires scopūq; natura dirigit, ut genitum animal plene' perfecte'q; absoluatur. propter hanc causam illud prius secundum substantiā esse dicitur, propterea q̄ unumquodq; in suo genere substantiaq; perfectum prius existit. id quod & cum eo quoq; connecti consociariq; potest, quod honore dignitateq; prius & antiquius habetur. Antiquius enim habetur illud & in maiore honore est, quod undique sui perfectionem cæpit, qua'm quod imperfectam adhuc gerit naturam. Ex hisce nanque animātibus quicunq; immobiles degunt rupibus siue arboribus adhærētes affixiq;, ii quia instrumētis ad incessum necessariis egent, propterea imperfecti esse iudicātur, imperfectāq; ætatē degūt. cuius generis existunt plātæ, & ancipitis naturæ animātes, qui zoophyta appellātur. Ex qua disputatione cōcluditur, si magis perfectis animātibus latio magis a' natura adscribitur & cōdonatur, lationē quoq; ipsam rerū omniū, quæ secūdū substātiā existūt iure optimo primā esse oportere. Propter hasce rationes, atque aliud quidem argumētum adfert, quum dicit solam lationem eam esse, quæ rem ipsam mobilem de substātia naturaq; sua minus deiiciat deturbetq;,

quam reliqui motus omnes, quippe qui rebus ipsis multum auferat detrahantq; quicquam semper, ut integram suam naturam conseruare nullo modo possint. Et propter hoc tanquam quae rei substãtiam saluam integramq; conseruet, latio ipsa inter reliquos motus principem se gerit. Ex hoc autem maxime primarium locum habere lationem ipsam ostendetur, ꝙ seipsa mouentia hunc solum motum ex seipsis habent, & secundum hunc proprie' mouentur. id quod in superiori quoque disputatione demonstratum fuit, uidelicet seipsum mouens antiquius & honoratius esse, quam illud quod aliunde motum habet. Nanque & hoc principium esse constituimus & eorum quae mouent, & eorum quae mouentur, in his quae inter ortum interitumq; uersantur. Hanc itaque lationem solam motuum omnium continuam esse posse pronuntiat ac decernit. Et ratio quae hoc ostendit, talis est, illos quidem motus contraria habere, quibus definiuntur atque terminantur. lationem autem ipsam quanquam & supernam partem habet & infernam, eam tamen, quae in orbem efficitur in circũuolutione totius mundi, terminos habere nullos sicut ostendetur. ob idq; motuum omnium primam esse.

CONTRARII autem motus hi, qui in contraria nituntur.

Contrarii quidem termini sunt, sicut & exposuit. qui uero' in contraria motus nituntur, contrarii sunt. Ex motibus autem contrariis unus atque continuus motus qua ratione existet? intra enim duos motus eosdemq; inter se contrarios & aduersos quies omnino intercedit. ea de causa uidelicet, quo'd quicquid hoc motu non semper mouetur, prius autem existit, id antequam in contrarium moueatur, necessario' quiescit. Illud igitur abunde' constat rem ipsam ante necessario' quiescere, qua'm in contrarium mutetur, neque ex duobus unum continuumq; motum esse posse. Similiq; ratione & in generatione & corruptione. est nanque utraque harum aduersa altera alteri & simpliciter generatimq; & singillatim. Simplex enim generatio & corruptio ea est, quae simpliciter fit. aliqua uero' est generatio & corruptio, quae per singularia efficitur. Quare & inter hasce tempus quietis interiacebit, neque generatio corruptioni continuabitur. Sed quoniam subiecta ab utraq; parte contraria sunt, ens autem non enti non aduersatur, sed habitus potius ac priuatio censentur, nihil intersit inquit, mutationes contrariae sint, an non contrariae, illud solum inquire, num forte' contingat, ut ipsae mutationes in re eadem interesse possint. Quia uero' corruptionem cum generatione simul esse non datur, nil amplius quicquam inquirere labores, contrariae ipsae sint, an non contrariae. hoc nãq; ad rationem nihil confert. Neq; minus quidem solicitus in quaerẽdo sis, quomodo in non ente quicquam quiescat. Neq; enim quiescit non ens, ꝙ ab ente in non ens mutationem continuam oportet esse, & eam rursum, quae a' non ente proficiscitur in ens. Ne igitur hoc inquiras, quoniam huiusmodi quid parum adiuuat disputationem nostram. In eo quaerẽdo duntaxat uerseris, si intra generationem & corruptionem tempus ullum intercedat. Quod si intercedet, motus hi continui nequaquam erũt. Nanque ne in caeteris quidem motibus contrarietas quicquam proficit. sed quia ut a' nigro in album & ab albo in nigrum motus simul existant, nulla ratione competit. Neque perturbari te quicquam conuenit, ꝙ quum unius unum contrarium sit, hoc loco tamen motus ipse unus res duas contrarias sortiatur, motum scilicet & quietem. Hoc tantum habeas, modo quodam motum quieti contrarium esse, & modo alio motui motum esse contrarium, neque eodem modo utrunque esse conuenire. Nam illic quidem tanquam habitus priuationi contrarietatem init. hic uero tãquam contrarius motus aduersus contrarium motum pugnam sustinet.

SICVT aequale atq; mediocre.

Vt aequale duobus contrarium est, maiori scilicet & minori, uni tamẽ inaequali contrarium, & ut mediocre opponitur ei quod excedit, & ei quod exceditur, uni tamen immodico aduersatur. Sic & motus huiuscemodi naturam habet, ut ipse contrarius motum alium contrarium habeat, & quieti quoque, quae in ipso est, opponatur. Secundum aliud tamen atque aliud, & ut contrarium contrario, & ut habitus priuationi, talem contrarietatem gerit. atque uni tanquam contrario aduersatur. Post quam orationem philosophus quaestionem aliã instituit, num uidelicet motus contrarios esse simul contingat ad unum continuumq; motum ex gemino constituendum, quemadmodum neq; natura quidem unquam patiente simul fuerunt. Praeterea hoc, de quo loquimur, contrarios scilicet motus esse simul non posse, in generatio-

ne & corruptione magis perspicue apparebit. A ratione nanque longe discrepat oriri & interire quicquam simul, ut geminæ mutationes in una natura simul consocientur, neque inter ipsas tempus quietis ullum intercedat. Quare ex hisce quoq; atq; ea aliis fides fieri potest id ulla naturæ lege nō licere. nanq; in omnibus eodē modo se habere, naturæ iura postulāt. Neq; enim rem quanpiā speciatim particulatimq; natura prouidet & administrat, sed generatim & in uniuersum in talibus rebus ut talibus curam prouidētiamq; suam constituit. & quod ius ratione ulla rem unā perficit, idem ius ratio'ue eadē eiusdem naturæ reliqua sequitur. Quemadmodum autem motum quendam unum continuumq; & infinitum esse contingat, eundemq; existere circularem, eū uidelicet qui huiusce uniuersi in orbem raptu absoluitur atq; perficitur, docere atq; demonstrare iā incipit. Ac rursum ex partitione demonstrationis suæ initium facit, quum ita disserit. Omnis motus uel circulatim peragitur, uel in rectam lineam, uel ex utroq; constituitur ac permiscetur. Quare si neuter unus atq; continuus existit, neque ex utroq; compositum iugem perēnemq; esse posse aperte constat. De reliquis duobus restat, ut consideremus, de motu uidelicet orbiculari, ac de eo qui in rectum cursum conficitur. Et si in hisce duobus unus continuusq; constabit, in mixto quoque constabit. Quod si in horum altero motus continuus reperietur, non necessario tamen & in composito erit futurus. Quod enim constituitur atq; permiscetur, naturalem rationem sequendi habet secundum peius deteriorem partem & non potiorem. Motum porro in rectiorem lineam tanquam qui retro in se agitur ac reiteratur, non esse unum neq; continuū certum est. Nam quod per rectum cursum retro flectitur atq; reuertitur, cōtrariis motibus mouetur. Quo'd si unus atq; continuus motus is est, qui unius & in uno tempore & in indifferēte secundum speciem efficitur, sicut edisseruimus superius, quæso qua ratione motus a superiori regione deorsum uersus ei cōtinuus habebitur, qui ab inferiori parte sursum uersus efficitur? Supra nāque & infra loci contrarietates existūt. & motus ab albo in nigrum quo pacto ei continuabitur, qui a nigro in album proficiscitur? quando præsertim ipsum album & nigrum secūdum speciem differunt, diuersaq; sunt. at continuus motus in specie indifferente suam positam naturam habet.

AT CONTRARIA specie differunt.

Motus continuus, idē & numero est, & proprie unus existit. Qui uero a contrario in contrarium tendit, rursumq; inde huc regreditur remeatq;, quæso quomodo eum unū continuumq; motū dicere audes, quādo contraria nulla ratione in unā conueniūt naturam, sed specie inter se distant & nigrum & album? Quāuis igitur & unum idemq; tempus existat, unumq; & illud quod mouetur, illud tamen, in quo motus initur, quia specie differt, idcirco neq; unum est, neque ad unum continuumq; motum constituēdum adiumēti quidquam confert. Et primum exponit motus eos, qui per rectum cursum agūtur, alium alii cōtrarios esse. Motus enim is, qui a signo. a. ad signum. b. proficiscitur, contrarius ei opponitur, qui ab ipso. b. ad ipsum. a. suscipitur, hac de causa uidelicet, q̄ sistūt quiescuntq; alius alium. Ad. b. enim, quod intra duos motus media regione interiacet, ipsum mobile alicuius temporis moram & quietem capit, quoties hi gemini motus simul adfuerint. Deinde in circulo quoq; ipso explorat perpēditq; rationem hāc, qua ipsi motus alius ab alio uicissim sistūtur. Signum nanq;. a. in medio collocat, & ad latera. b. &. g. constituit. atq; hic quidem recursio remeatioq; non efficitur, simulq; motus ipsos esse contingit, sed in duobus mobilibus, & non in uno tātum. contraria nāque interimūt prohibentq; inter se uicissim aliud aliud. neq; ea, quæ motu contrario mouētur, in uno eodemq; motu tempore aliquo esse possunt. Esse autem motus contrarios perspicue patet, propterea q̄ ab ipso. a. ad ipsum. b. in superiorem partē motus efficitur, & in inferiorem partem ad ipsum. g. motus uero supra tendēs ei opponitur, qui infra tendit. non tamen motus in obliquam nitens regionem ei aduersatur, qui sursum nititur. Hactenus in recto incessu satis plane constat unum continuumq; motum esse non posse, ideo quod mobile in itinere se reflectens retroq; agens prius consistat necesse est, qua'm reiteret ineatq; denuo eandem uiam. neque id faciundum solum ab ipso est in motu recto, sed in orbiculari etiam incessu hoc opus erit. Aliud nanque circulatim ferri τὸ κύκλῳ φέρεσθαι, quod ipsum scilicet est circunferri. et aliud per orbem circulumq; ferri τὸ κύκλον φέρεσθαι, quo'd uidelicet aliam atque aliam circuli partem init eius in quo fertur, quicquid fertur. quod ubi in idem signum, unde digressum fecerat, reuerterit eoq; incubuerit, reflectetur atque in eo paululum morabitur atque consistet. cuius rei testimonium, sensus ipsi adferunt.

Sed

Sed id ratione quoque plane` demõstrabitur & aperietur.

ET NVMERO quidem unum.

Quum signum.a.principium sit.g.uero` finis.b.medium ad utraque extremorum & principii & finis naturam obtinet, quacunque parte medium accipere tibi libuerit. Neque enim hoc loco mediũ illud esse intelliges, quod æquali spatio ab extremo utroque distat, sed illud mediũ uoles esse, quod inter extrema concluditur. Est enim illud numero unum, ratione uero` duo, quod uidelicet & principii & finis naturam gerit. At in re qualibet aliud est quidquam potestate τῷ δυνάμει, & aliud quidquam actu τῷ ἐνεργείᾳ. & in hoc quoque medio aliud potestate & aliud actu est. Ita quacunque parte uolueris, inter extrema solum potestate medium existit, non actu quoque tamen existit, nisi quum ipso tanquam duobus uti placuerit, principio dico & fine, principio consequentis, fine antecedentis. atque hoc modo actu ipsum diuidere institueris. Ad quam rem demonstrandam & exponendam sit. a. mobile ipsum per spatium. e.g. Ergo si ad signum. b. moram fecerit atque constiterit, atque eo principio & fine usus sit, ecce signum unum, duo perfecit. & status quiesq; intercedit. Quo'd si motu continuo ipsum mobile feratur, dico ipsum. a. ab signo. e. per. b. ad signum. g. certe` in signo. b. neque adfuerit neque abfuerit, sed solum secundum ipsum nunc extiterit. nunc autem neque tempus neque quidquam est, neque in ipso nunc mouetur, neque in ipso nunc quiescit. Quod igitur in ipso nunc constiterit, in tempore non fuerit. quum uero` nunc pars nulla temporis existat, ne quies quidem ulla est. Quo'd si quispiam in ipso nunc secundum signum. b. esse contendat, adfuisse autem in ipso & abfuisse dicit, si in alio atque alio puncto momentoq; temporis, intra duo signa punctaq; tempus medium intercurret. & sic quies intercedet. Similiq; ratione & in hoc signo & in quolibet alio iudicandum uidetur, neque unus continuusq; motus omnino erit futurus. in intermedio nanque tempus consistit. Sin in ipso nunc quispiam asserat & adfuisse & abfuisse, pari ratione in quolibet signo id efficiet ad eundem modum. Ergo ipsum. a. mobile totum. e.g. interuallum percurrens, in toto quiescet ac simul mouebitur. neque enim ex indiuiduis momentis tempus constituitur.

SED AB signo. a. abfuit, ab ipso principio uidelicet.

Sit & quod fereur. a. & spatium per quod fertur, a. b. g. Ergo ipsum. a. quod fertur continue`, secundum aliquod mediorum signorum potestate adfuisse & abfuisse non habebit. hæc nanque illud unum signum duo faciet actu, principium uidelicet & finem. neque ipse motus continuatur. Quo'd si mobile. a. motu continuo defertur, & ad signum. g. consistat, tunc temporis quidem abfuit recessitq; ab signo. a. adfuit autem accessitq; ad signum. b. Propter hoc inquit ad hanc quoque dubitationem dicendum uidetur. & dubitationem ipsam per signa literarũ explicat, & planam facit. dicit itaq; sic. Dubitatur enim, si. e. uia ipsi. z. uiæ æqualis existat. & sit linea. e. g. æqualis lineæ. z. i. & una diuidatur ad signũ. b. & . a. d. sint ea, quæ ferantur. Ergo si. a. mobile ab extremo ipsius lineæ. e. ad signum. g. motu continuo defertur, simulq; mobile. a. adsit ad signum. b. & alterum mobile d. ab. z. extremo ad signum. i. æquabiliter atque eadem celeritate deferatur, qua & mobile. a. profecto ipsum. d. ad signum. i. prius perueniet, quam ipsum. a. ad signum. g. Qua de causa isthuc erit o` magne Aristoteles? hac uidelicet de causa, quoniam ipsum mobile. a. quum adfuerit ad signum. b. non simul & abfuit, sed tempus quoddam medium intercidit. At ipsum mobile. d. per. z. i. lineam semper iter fecit, ideoq; & . b. posterius erit. Vel utraque mobilia & . a. & d. æque` celeri passu gradiẽtia ad ipsa signa. i. g. ad suũ quodque simul accedent. & . d. quidem semper atque continue` ferebatur: mobile uero. a. secundum adfuisse & abfuisse properans ecce adfuit in signo. b. & abfuit ab signo. b. in indiuiduo momento & non in tempore. id quod nullo modo est. Hac de causa soluens hanc propositam dubitationem ita ait, in hisce orationem hanc necessario` locum non habere, in uno scilicet mobili. d. rem potestate sumere, in altero autem. a. actu sumere. Sed æquali lege utrunque mobile & . d. & . a. rem potestate habuerũt. nanque si. a. adfuit ad signum. b. & inde abfuisse licebit, neque simul. At uero` si potestate dicimus, in sectione temporis utique extitit, hoc est in ipso nũc, & non in tempore. Atque in hac parte oratio hæc locum habere nõ potest. in regressione uero` atque reflexione id licebit, sicut proxime` demonstrabit.

AT IN EO, quod reflectit repetitq; iter suum.

In eo, quod reflectit iteratq; eandem uiam, in spatio interiecto motus ipse consistat necesse est, ob hanc causam uidelicet, quia medium hoc non potestate existit, sed actu efficitur atque in eo ꝙ actu est, una res duarum uicem subit. Neque eo modo est, quo in recta linea, potestate scilicet medium existere, atq; in temporis diuisione fieri. neque ut adfuerit & absfuerit, facultas ulla in illo conceditur. Ita & actu fieri diuisionem, & illud unum tanquam duo intelligi oportere, uelut principium simul finemq;. Illic enim simulq; in medio & a' medio insectione temporis, hoc est in ipso nunc, hic autem in reiteratione reuersioneq; sectio actu, & non ipso nunc sed in aliquo tēpore consistit. Solutionē igitur in una illa linea iadudum allatam, quum a' nobis dicebatur quidquam & actu & potentia uim eandem habere non posse, sed dum medium potestate esset, & adfuisse & abfuisse opinio foret. hoc autē non est potestate nanq; & simul est & non est in ipso nūc. hanc itaq; iandudum celebratam solutionem adferre hoc loco non debemus, in hac scilicet linea, perquam mobile ipsum resumit replicatq; cursum suum. Hic enim mediū actu constat. & adfuisse abfuisseq; non simul & in sectione temporis, sed in aliquo tempore efficitur. & finis quidē consequentis, initium uero' antecedentis existit. Non ergo in recta linea motum continuum atq; sempiternum esse contingit. neque in ipsa quidem una eademq;. ex aliquo enim in aliquod uia suscipitur. & extrema finem terminumq; sui habent. Neque in eadem linea, per quam unum idemq; iter recurritur. in hac enim medium ipsum actu & non potentia & quietis tempus existit, dum mobile corpus de superiori ad inferiorem, & ab inferiori ad superiorem partem se conuertit. Eadem ratio uidetur afferenda esse aduersus eos quoque, qui de ratione Zenonis multum laborant. Ii nanq; existimant, quia media regione interiecta infinita sunt, idcirco fieri nullo modo posse, ut quispiam infinita in tempore finito pertransire queat. Quomodo enim spatia hæc tā innumerabilia pertransibit, aut qua ratione arte'ue ulla tam infinitas magnitudines memoria numeroq; comprehendet? sicut quidam hanc dubitationem proponunt, quidquam aliud actu, & aliud potestate esse.

IN PRIMIS igitur sermonibus, quos de motu fecimus.

Quando uidelicet Zenonis dubitationes ipse proposuit, atque eas dissoluit, alia uia hanc, de qua hic agitur, dubitationem diluit, quemadmodum scilicet tempus infinita habet, ita longitudinem infinita potestate habere. Contingit igitur in temporis ipsius potestate infinitis, ut potestate infinita quidpiam pertranseat. Vt igitur tempus infinite' se gerit, sic & magnitudo & ut finite' tempus, ita & magnitudo finite' se habet. Diluimus itaque ambiguam hanc dubitationem in hunc modum, non satis commode' tamen apposite'q; ad ueritatem rerum. Si quispiam enim non hoc modo interroget omissis infinitis his, quæ in longitudine insunt, sed in ipso tempore solo hæc infinita interroget, num uidelicet tempus infinitum definiri terminariq; contingat. Si ergo interrogationem suam forte' instituerit in hunc modum, neque commoda neque opportuna hæc solutio adfertur. Sed quod supra retulimus, hoc etiam loco illud idem referre nostra interest. id nanq; ad hanc disputationem ualet plurimum. Siquis enim continuā lineam in duo dimidia diuidat, is homo quidem sectionem potestate existētem actu efficit, & duobus signis uno utitur. Quod quidem signum unum principium finemq; constituit, sed non unius eiusdemq; rei, sed finem prioris, principium uero' posterioris. Siquidem & qui temporis dimidia numerat, & qui diuidit, ita faciet. uno nanq; puncto tanquam duobus utetur. Atq; ii, qui hanc diuidendi rationem instituunt, neque tempori neque lineæ continuum adplicant, neque ipsum infinitū conseruant. Nam quod potestate erat, actu illud factū fuit. atq; in reliquū motus continuus non perdurabit. continuæ nanque magnitudinis & continuus motus existit. At in continuo infinita quidem dimidia insunt, non actu tamen, sed potestate tantum. Sin autem dimidia hæc, quæ potestate sunt, actu quispiam fecerit, tanquam duobus signo uno utetur. & tum rei tum temporis continuitatem perdit abolitq;. Ratio est, quia sistitur, atque huic postea in continuum perdurare nullo modo potest. Quare ad interrogantem responsio huiuscemodi afferenda est, infinita permeandi uel numerandi facultatem dari, hoc est potestate uirtuteq;. neque rursum facultatem dari, ꝙ hæc infinita actu esse nulla ratione contingit.

Nanq;

NANQVE SIGNVM unum duo numeret necesse est.

Si quispiam interroget, an infinita pertransiri contingat uel in tempore, uel in longitudine, respondendum secundum uim potestatemq; pertransiri licere, infinita nanque potestate indiuidua in longitudine inesse & in tempore, secundum uero actum pertransiri nullo modo posse. Quo pacto enim quispiam infinita actu pertransire ualeat? Ex quo & de qualibet sectione siue temporis siue magnitudinis hoc modo decernendum uidetur, si potestate signum intelligitur, unum esse, & nunquam duo. unde & in perpetuum sic procedit. sin actu signum intelligas, illud quidem unum duo adnumeres necesse esse. principium enim huiusce est, & finis prioris. Qua de causa tūc magnitudinem nullam continuam numerabis, sed unam duas dimidias amputabis. Quod si cō tinue mouetur, quisquis mouetur, tanquam unum signum reputat. & quod uis signum intra duo extrema tanquam unum idemq; habet ac iudicat. Quare si magnitudinem infinitam permeabit per accidens hoc efficietur, simpliciter autem & per actum substantiamq; nullo modo. Accidit enim lineæ, ut dimidia infinita in se habeat. at substantia ipsorum suumq; esse diuersum est. Neque enim tanquam dimidia hæc accipias, & sectiones quasdam lineæq; diuisiones. sed ipsam lineam tanquam unam atque continuam, non in sectione aliqua diuisioneq; positam esse iudices. Hinc autem intelligitur hoc in ipso quoque tempore constitui, ipsum uidelicet prius & posterius & potestate & actu. Hoc igitur signum momentumq;, quod tempus diuidit, semper rei futuræ posterioriq; potius adscribitur quā præteritæ & anteriori si ad rei mutationem præsertim respicias. Nanque tempus semper perpetuat continuatq; fluxum suum. neque quicquam est, quod eius cursum aliquando sistat inhibeatq;. At res ipsa, quæ in tempore mouetur, finem recipit, neque in toto tempore in sempiternum mouetur. Ergo si ponat quispiam momentum illud nunc, quod tempus secat diuiditq;, secundum idem esse & rei ipsi punctum status ipsius motus existere, non prius sibi constituet & ad scribet hoc est principium, sed posterius constituet. Nanque prius præteriti finis, posterius uero futuri initium existit, quanquam idem est atque indiuiduum, sed in tempore. At in re ipsa hoc non principium. sed finis duntaxat accipiendum. Sin aliter fiat, quatenus ad finem res ipsa peruenit, est ens. quatenus uero rursum in principio est, non ens. Quare nunc in ipso tempore finis atque principium semper persistit. continuationem enim tempus habet sempiternam, neque eius cursus unquam sistitur & inhibetur In re uero ipsa posterius & non prius quispiam accipiet, atque hoc iure merito ne uidelicet eadem unaq; res & ens & non ens esse contingat. atque in continuatione temporali eiuscemodi semper naturam habeat.

IN QVALIBET enim parte ipsius a. uere dicetur.

Sit tempus hisce literis designatum. a. b. g, mobilis uero res. d. hæc igitur alba sit in ipso. a. tempore. mouetur autem in uiam rationemq; candoris sui amittendi. In qualibet igitur parte ipsius. a. alba est. in ipso postea. b. omnino alba esse desiit. Ergo in ipso medio. g. alba est, & non alba. Siquidem in qualibet parte ipsius. a. alba est, itidemq; in qualibet parte ipsius. b. non alba, in ipso tamen. g. uniuerso non est concedendum, ne uidelicet una atque eadem res alba sit & non alba. atque ita contraria in eodem subiecto simul uersentur. Sed tu ultimum nunc attende atque considera, in quo quicquid per uniuersum. a. non album factum fuit, & album interiit, & siquid iam in ipso. g. late funditur atque panditur, id omne inquam in ultimo nunc ipsius. g. non albū factum fuit. Hoc quidem posterius ipsius. g, & non prius existit. prius enim albū erat uniuersum in ipso. g. late patēte diffusoq;, in angusto uero ultimoq;. g. nō albū. Quare ipsum. g. indiuiduū quidpiā est, & non tēpus quoddā indiuiduū, sed nunc duntaxat existit. quod quidem nunc posterius temporis momentum & rei quoque ultimum constituitur. Vel si quispiam hoc negare instituerit. sed solum accipiens. g. longe lateq; pansum ac tempus constituens in ipso atque in toto quidpiam esse defenderit, atque rem quampiam huiuscemdi consistere, is nimirum si generationi atque corruptioni mentem adiecerit, quum factum quidpiam fuerit, tunc illud non esse animaduertet. Itidemq; quum quidpiam interierit, adhuc esse illud intelliget. ita contradictio in eodem subiecto consociabitur atq; conueniet. Quod si alterationem quoque rerum attenderit, simul quidpiam & album & non album quodam tempore,

quod in ipso.g. continetur, stare cognouerit. Hoc autem accidet atque consequetur, siquis in tempora indiuidua. a. b. g, tempus dissecuerit, hoc est in tempus. a, in tempus. b, in tempus, g. Nam si quicquam est, quod prius non ens extiterit, illud ens gigni necessario conuenit. & quando gignitur, non est. Constitue tempora duo indiuidua. a. &. b, ergo si in ipso. a. tempore album efficitur, id quod efficitur, certè non est. album autem est in alio indiuiduo tempore, in ipso scilicet. b. in toto igitur. a. tempore gignitur, & non est. & est in toto. b. Quando igitur non ens factum fuit ens, si non in aliquo tempore inter. a. tempus interiecto, quo inter gignendum non erat, factum fuerit? atque etiam in ipso. b. tempore, quo iam omnino existit? Quare efficitur, ut. a, &. b. tempora latè sumi conueniat, quæ uidelicet indiuidua & absque parte ulla esse non possunt, neque tempus quidem unum alii annexum adhærescensq; fieri sustinent. Sed nequis fortè obiiceret hæc incommoda eos quoque homines sequi, qui tempora non indiuidua concelebrant & consectantur, id minimè iis euenire posse respondet. Ratio est, quia in ipso tempore quo quidpiam gignitur, atque in huiusce temporis momento extremo nominato nunc res ipsa genita est. Extremo uerò momento punctoq; nullum aliud est neque tempus neque momentum quod adiaceat & adhhærescat, & quod in proximo deinceps sibi assidat. Quæ uerò de sententia aliquorum indiuidua tempora constituuntur, deinceps proxima aliud alii adhærent assiduntq;. Qua ratione contingit, sicut disputatum fuit, ut in uno eodemq; indiuiduo tempore res ipsa sit & non sit. id quod esse nullo modo potest.

PERSPICVVM autem est, quemadmodum siquid in toto. a. tempore genitum fuit.

Posteaquam constituisset atque demonstrasset, quomodo idem esse & non esse & ens & non ens esse contingat, siquis signum hoc est ipsum nunc quod præcedentem consequentemq; temporis partem idest prius & posterius diuellit dirimitq;, semper posteriori ipsius rei factiue non adscripserit & assignauerit, sic, ut quod prius in uniuerso tempore non ens extiterit, posterius in posteriori nunc ens genitum sit, ut non maior ampliorq; temporis numerus existat, in quo genitum est gignebaturq; quidpiam, quam in quo solum uniuerso gignebatur. tempus enim, quo gignebatur. genitumq; quidpiam fuit, est scilicet. a. b. tempus uerò, quo solum gignebatur, idem est. a. b, & in toto quidem tēpore. a. b. gignebatur. quod uerò in toto gignebatur, in solo posteriore momentaneoq; nunc idest in ipso. b. genitum fuit. Hæc inquam quum loquutus esset ostendissetq; in ipso posteriore nunc & non in aliquo tempore genitum quidpiam fuisse, est autem posterius hoc meta finisq; ipsius temporis & non tempus, quo uidelicet genitum fuit, suumq; esse suamq; naturam accepit id, quod in toto tempore gignebatur, rursum iterat orationem suam ostenditq; si motus in rectam lineam regreditur recurritq; eadem uia, ipsum omnino unum continuumq; esse nullo modo posse, sed huiuscemodi motum, qui uidelicet. ab. a. in b. & a. b. in. a. reuersionem facit, diuidi secundum. b. Nempe quia ipse unus duo motus existunt, qui interiecto statu quieteq; intercipiuntur. Quicquid enim inquit continuè mouetur, ad quem locum peruenit, ad eum & ab initio ferebatur. & non quando constitit in propinquo, tunc fertur uiamq; carpit ad eum locum. Qua de causa enim magis nunc quum loco ipsi appropinquat, quam ante quum moueri cœpit, fertur ad ipsum locum? Si igitur quod ab ipso. a. fertur ad ipsum. g, ad ipsum. a. motu continuo perueniet, feretur quicquid fertur ab. a. in. a. Et quæso quæ ratio quodue consilium est quidquam in idem moueri, unde moueri cœperat, neque ullam in ipso quietem percipere? Sit uerbi gratia. a. album, sit. g. nigrum. certè quod ab albo fertur. illud motibus utique contrariis mouebitur ab albo uidelicet in nigrum, & ex nigro in album. continuè tamen mouebitur. & in quo nondum existit, in nigro enim nondum existit, ex eo quoque mutabitur. Quare ratio necessariò exigit, ut medio interstitio status & quies aliqua intercedat. ita motus non unus existet.

PRAETEREA ex hisce quoque de omni motu in uniuersum magis erit cognitum & manifestum.

Præterea magis in uniuersum de omni motu disputat, eum scilicet motum, qui ab. a. in. g. sibi uiam instituit, neque unum neque continuum esse posse itemq; talem eum esse iudicandum, qui ab. g. redit in. a. Si enim inquit quicquid mouetur, uno de quatuor motibus mouetur, & de quatuor contrariis quietibus unam percipit, contrarias autem quietes eas maxime esse primo perdidicimus

dicimus, quæ in hoc consistunt, unde ad motum uidelicet huiusmodi moueri quidpiam cœperit, & non eas, quo ipsum mobile delatum fuit ibiq; consistit. Si inquam hoc, ac denuo rursum, illud profecto in conspectu est hoc motu quidpiam non semper moueri, ut puta in album ire properans, sed iam hoc aliquando perfectum iri, atque in aliquo alio contrario statum habiturum. quasi hic in nigro consistat, & ex nigro rursum in album ire paret. etenim motus ipsi specie inter se distant. Si igitur hæc ita se habent, intra duos motus contrarios quies intercedat quædam necesse est. quæ quidem quies ei, qui in rectum efficitur, motui opponitur & aduersatur, sicut superius cognouimus. Ea uero uerba, & non si qua pars totius est, adiecit propterea, quia motus contrarios specie differentes neque perennes neque continuos esse demonstrare instituit, hosce uidelicet motum ab signo. a. in signum. g. ac rursum ab signo. g, in signum. a. At quod ab. a. in. g. motum init suscipitq;, si in spatio interiecto sæpius constiterit moramq; fecerit, nimirum motus ille ipsius. a. g. motus uniuersi portio erit. quo tamen motu in signum. g. rursum iniri peragiq; cœpto post aliquam moram temporis, portio ipsa præterito motui serie continua copulabitur & connectetur. id nanque subducta quiete perfici potest. Quamobrem in hisce efficitur, ut quies ipsa moraq; aboleri & interire possit, & motus is, qui ab signo. a. ducit in signum. g. continuate pergat ad finem suum. At motus illi, quorum uidelicet unus ab. a. ducit in. g. alter uero ab. g. ducit in. a, nulla ratione modo ue ullo continuare tenorem suum possunt, hac nimirum de causa, ꝙ in signo. g, quies insistat omnino oportet. quæ quies motui ab signo. g. contraria opponitur. Huc adde, ꝙ siqua res simul ab albo iter in nigrum fecerit, & ab nigro in album remeet, simul album interiit exoleuitq; uia in nigrum suscepta, & rursum alba facta fuit, nisi quodam tempore in nigro quiescat moramq; capiat.

HIS ACCEDIT, quod si tempus continue fluit, non tamen & motus continue geritur, sed ex ordine de incepsq; pergit.

Quum ea uerba loquutus esset, trium enim rerum idem tempus extabit, eius uidelicet non album interiit & eius, album factum est. & tertii, non album factum est, & in hanc quoque rationem inuasit. Quod enim inquit tribus rebus tempus addictum fuerit, idcirco & iam necessario quoque hæc tria continua futura erunt. atqui deinceps esse hi motus dicentur, continuus autem & unus non dicentur. Qua enim ratione ultimum extremumq; contrariorum eandem sortietur naturam, sicut albedinis & nigredinis? Quod si quispiam diceret id fieri quoque posse contingere, siquis in spatio interiecto rem neque omnino albam neque penitus nigram sed incerti adhuc fusciq; coloris intelligat, ecce ipse dubius fuscusq; color terminus ultimus duorum contrariorum constituitur. Sed sciat homo is in hisce quoque hoc fieri non licere, neque id æstimare nos conuenire. quam ob causam? ob hanc uidelicet, quoniam ab albo motus in nigrum consistet. & primum nigrum ipsum specie formabitur & absoluetur, & deinde rursum illud denigratum ex hoc in albo facto itinere pertransibit. Hæc igitur nigri in specie formatio εἰδοποίησις, uiæ quoque in album initium esse non potest. etenim monstratum fuit, initium nunquam futurum. ob hoc etiam, quia primum cuiuslibet mutationis infinite diuiditur. Quum itaque philosophus motum, qui per rectam uiam efficitur, non unum unquam neque continuum nec sempiternum esse posse disputasset, ob idq; ipsum reiecisset atque reprobasset, in orbiculari linea hunc effici motum docet hac ratione persuasus. Quin enim quidpiam ab eodem in idem signum exerceat motum suum secundum unum idemq; propositum institutum, nulla res unquam obstabit. Nanque ab signo. a. in. a. continue pergit moueri. in quod enim perueniet, & in id ab initio mouetur. Neque in linea in orbem ducta motus contrarios accipere quempiam licet, sicut in albo & nigro. uel motus oppsitos, ut in ipso corruptum fuisse & genitum fuisse. Vel potius ut ipse subdit differentiam ipsorum, eos motus intelligit contrarios esse, qui plurimo interuallo inter se distant. oppositos autem alium alii eos uidelicet, qui secundum eandem longitudinem opponuntur, quanquam non multum inter se differunt. Per rectam itaque lineam motus ab signo. a. ei contrarius est uel opponitur, qui in. a. tendit. At in linea circulari quidquam continue moueri nihil prohibet, propterea ꝙ motus in orbem circumcursans à seipso in se ipsum regreditur. At motus in rectum cursum à seipso in aliud, & ab hoc rursum in illud tendit.

ET QVI in orbem motus efficitur, nunquam in iisdem insistit.

Quid hoc est, quod modo dixit in orbem peractum motum à seipso regredi in se ipsum, nunc autem dicit motum circularem in iisdem nunquam insistere? Ad hoc dicimus, si latè extensiuèq; signum intelligis in circulo positum, a quo quidpiam incipit, & in quod desinit, intelligis autem motum quoque ipsum ab signo. a. in signum. a. tendentem ab opere suo desistere sistiq;, certè ab eodem. a. in idem rursum. a. nulla re interposita præpeditus motus existet. Quod si infinitè diuisibilem acceperis apud animum tuum motum ipsum, signoq; potestate accepto continuum atque sempiternum in orbem motum itidem sumas, nunquam in iisdem finibus consistet. Neque enim ullis clauditur finibus atque terminatur, sed tanquam potestate signum terminum illum accipit, & potestate terminum. Atque hoc pacto motus continuè peragitur, sic, ut per quanque circuli partem idem signum finis atque principium intelligatur. finis quidem præteriti motus, principium uerò futuri, potestate tamen & non actu, sicut in recta linea supra explicabat. Semper igitur in alio atque alio signo motus is, qui in orbem efficitur, uersatur. & propter hoc continuus esse perseuerat. At is in iisdem plerunq; finibus consistit, quod motum in rectum semper fieri constituitur. & hac de causa motus is ut in iisdem finibus peragatur, necessitas imperat. Quocirca quidquid plerũq; in iisdẽ mouetur, siue in rectũ siue in dimidiũ orbẽ tenderit, id motibus contrariis neque continuis mouebitur. Si enim committitur atque coniungitur, ut signum idem & finis & principium existat sicut in circulo, ex qua causa & ipse solus motuum omnium perfectissimus habetur, quamobrem non magis perfectus motus ille dicitur, qui finibus ultimis circũscribitur atq; terminatur, sed is tantũ, qui in eadem assiduè atque sempiternum uersatur, quemadmodum & in infinito disputabat? perfectum autem illud est, extra quod accipi nihil potest. Vel huic loco ita respondendum, non hic res quæ mouentur, conferri compararíq; inter se, ut rei uidelicet absolutæ perfectæq; perfectionem quoque atque bonitatem contribuat. sed motus ipsos esse, quos inter se confert examinatq;. Sed quoniam motus actio imperfecta est difficilis quidem ad cognoscendum, sed qui tamen esse contingit, perfecta uis ipsius motus in actu sempiterno consistit in opere suo nunquam cessans. quies nanque cessatioq; motus tanquam interitus quidam existit. Quoniam igitur motus, qui plerunque in iisdem gignitur, non continuè perlabitur, cæteri quoque motus tanquam qui in iisdem efficiuntur, non continuè esse perseuerant, sicut in quanto. uel ab albo in nigrum. & rursum ex nigro in album. ideoq; in fusco fiet. & in motu, qui hinc, & in eo, qui illinc efficitur. Et in reliquis omnibus intermediis & in incremento ac rursum decremento mediæ magnitudines intercurrunt, in quibus bis efficitur. Nihil enim referre inquit siue addas intermedia & plura feceris, seu adimas, & pauca feceris. Similiq; ratione semper & in generatione & in corruptione.

EX HIS igitur perspicuè patet ne naturæ quidem scrutatores rectè loqui, qui in motu æterno cuncta esse constituunt.

In medio sermone corollarium tempestiuè adiicit, & indagatores naturæ reprehendit accusatq;, eos maximè qui disciplinam Heracliti sequuntur, quòd uidelicet sensibilia omnia in motu æterno esse dicant, atque ipsa fluere semperq; interire. neque rem ullam esse, quæ aliquo tempore quiescat. itidem qui & generationem & corruptionem, alterationem esse disputant. Hoc autem adiicit partim in tali re ipsos accusans insectansq;, partim quoque in ipsa generatione atque corruptione continuum tollens. Cognito nanque alterationem continuam esse non posse, ecce & de generatione quoque ac de corruptione continuum sublatum fuit. Quia igitur homines hi maximè secundum alterationem res sensibiles in motu æterno esse prædicant, ideo generationem & corruptionem alterationem esse asseuerant. Nos autem de omni motu decernamus in uniuersum, nullum alium uidelicet motum esse continuum accipiendum, quam qui in circulari linea peragitur. ergo & motus illi tolluntur. Vel alia uia institutoq; de generatione atque corruptione hunc sermonem inducit, quòd hasce quoque alterationes nominant, ut ex hisce tanquam certioribus notioribusq; continuum ipsius alterationis interimat tollatq;. Nam si ut illi censent, generatio & corruptio alterationes existunt, iiq; semper fluere cuncta dicunt secundum uiam alterationis, ab generatione & corruptione actus quoque alterationis sempiternus

auferetur. Neque enim simul atque quidpiam exortum in lucem comparuit, continue' statim occidit interitq́;. Quum talem itaque disputationem absoluisset, motum scilicet unum continuumq́; ac sempiternum nullum alium existere, q̃ qui in circularem ambitum efficitur, nũc demõstrare parat nulla alia conditione motum talem contingere continuum esse atque sempiternum, nisi is solus motuum omnium principatum obtineat. Et nunc principem motuum omnium lationem esse demonstrare non instituit, hoc enim ante demonstrauit, sed lationum ipsarum eam, quæ circulari linea peragitur, primam esse ostendit. A diuisione igitur inducit disputationem suam, hoc modo, Omnis latio uel per circularem uel per rectam lineam efficitur, uel ex utraque constituitur. at quæ mixta latio est, si ex utraque omnino constat, eas priores esse conuenit. ex illis nanque ex simplici uidelicet rectaq́; componitur. & de hac latione mixta non hoc loco agitur. At duarum lationum rectæ uidelicet & circularis ipsa circularis principem locum tenet, ob hanc uidelicet causam, ꝙ ipsa simplex magisq́; perfecta est, sicut dictum fuit. & ꝙ etiam infinita existit. Illud nanque ponitur infinitum, extra quod semper accipere quidpiam licet. recta autem infinita esse non potest, ideo ꝙ infinitum actu non esse alio loco disputatum fuit. Sed neque si fuisset, illud necessario' moueretur.

SED NEQVE si fuisset, quidpiam moueretur.

Nos inquit alio loco præuenientes ostendimus corpus actu infinitum esse nullo modo posse, potestate autem, sicut & omnia quoque continua infinite' diuisibilia sunt, esse posse. ipsorum tamen infinitum actu nunquam peragetur. Actu igitur infinitum hoc modo non est. quare ne per rectam quidem lineam infinite' quispiam mouebitur. neque si etiam huiuscemodi esset infinitum, illud moueri potuisset. ubi' enim moueretur, si quemlibet alienum locum occuparet? hoc nanque esse non potest. Quod autem non potest esse, ne illud quidem efficitur. sicut & rursum id quod potest atque fieri contingit, impossibile non est. At motus, qui super recta linea infinita efficitur, reuertens quidem regrediensq́; ex duobus utique atque iisdem contrariis motibus constituitur. Non reuertens autem neque iter resumens imperfectus motus ille est atque corrumpitur. Sed quæso quomodo imperfecte' peragitur ille motus, quando quicquid per ipsam rectam lineam mouetur, magis perficitur atque consumatur? Nam si quod ab albo in nigrum mouetur, perfecte' absolute'q́; denigrabitur, quid est, cur motum ipsum per rectum imperfectum uocemus? Et huic loco respondendum censent in partem illam sensumq́;, in quam partem sensumq́; motum eum perfectum esse dicebat, qui continue' atque in sempiternum æuum peragitur. quæ prærogatiua motui ei non obuenit, qui per rectum efficitur. Nos quoque, qui eo loco talem dubitationem attigimus, solutionem talem attulimus, non esse scilicet spectanda ea, quæ mouentur, sed ipsum motum esse considerandum, & super quo spatio res ipsa perficitur, animaduertendum. Atqui motus ab opere suo quiescens finita perfectaq́; re, ꝙ uidelicet in operando tantum substantiam suam positam habet, imperfectus erit ac penitus interibit. Quanquam enim in tali motu res ipsa mobilis sui perfectionem est consequuta, motus tamen ille sistitur neque amplius continuatur. itaque interit. Atque ex hoc loco efficit constituitq́; motum perfectum & immortalem priorem antiquioremq́; eo esse, qui imperfectus atque mortalis existit. Nam si imperfectus is est, qui sui finem sortitur, sine dubitatione is perfectissimus habetur, qui opus suum perpetuat continuatq́; in sempiternum. Itemq́; quicquid æternum esse contingit, eo quod tale esse non contingit, prius & antiquius existit. Atqui motum, qui in orbem efficitur, æternum esse contingit, præterea nullum alium. neque ipsam quidem lationem, quæ recto cursu perficitur. Non sine igitur summa ratione factum uidetur ob fatalem quandam causam atque necessariam, ut motus in lineam orbicularem circumcursans æternum sempiternumq́; perduret, neque ullo unquam tempore sit interiturus, motus autem per rectam lineam peractus intereat, suiq́; finem aliquando habeat. Nanque motus per rectam & principium est, unde quispiam incipiet, & finis, in quem desinet. & medium, unde uersus finem uia suscipitur. Quare quum motus in rectum extrema duo habeat, in quo ipsum mobile conquiescet, quidpiam erit. uel in principio uidelicet, unde mouebitur, uel in fine ad quem peruenit. At motus, qui in circulari linea geritur, extrema indefinita indiscretaq́; sunt, propterea ꝙ quacunque parte circuli libuerit, principium finemq́; arbitratu tuo constitues lineam

enim intelligit circularem. Quamobrem siquid in fine est, simul & in principio erit. semperq; mouebitur. & nunquam in fine solum, uel in principio solum consistet.

IDEOQVE mouetur & quiescit quodam modo sphæra.

Mouetur sphæra in morem turbinis seu lapidis corrotundati, & quiescit quodammodo ratione quadam. Illud enim uerbum, quodammodo seu quadantenus, ei uoci quiescit adiungendum est, non autem ipsi mouetur. Subiiciens nanque exponit, quare quodammodo quiescere sphæram dixerit, quæ mouetur, quia uidelicet eundem semper locum obtinet. Quare autem mouetur & quadantenus quiescit: uel propter hanc causam, quoniam in recta linea aliud principium, & aliud finem, aliudq; medium esse dicebamus. hoc in orbiculari ipsum centrum sibi uindicat, & trinum munus subit sustinetq; ipsum enim centrum est, quod principium & finem mediumq; sibi asciscit assumitq;. Quamobrem quia extra ambitum circunferentiamq; centrum constituitur, neque enim in ipsa circunferentiæ linea centrum positum est, sed longe ab hac circa medium collocatur, ubi quiescat corpus mobile, nihil habet, tanquam quod itinere peracto ad finem aliquem peruenerit. neque enim ad ipsum centrum sed circa centrum motus efficitur. Quia uero hoc centrum immotum manet, quicquid enim mouetur, super immoto mouetur. idq; cernere est in medio clauo, qui in molari lapide immotus perstat. idcirco semper totum secundum totum quiescit, & secundum partes motu continuo mouetur. Talem autem motus is sphæricus prerogatiuam possidet, ut ab altera parte respondens conuersio quædam efficiatur. hoc propter illud est, atque illud propter hoc. Quod etenim motus circularis inter omnes motus mundanos principatum obtinet, propterea regulam mensuramq; ipsum eorum esse necessario conuenit. omnia enim a primo permetiuntur. Si quidem mensura esse motuum omnium. qui in mundo fiunt, motum ipsum circularem, ex eo prouenit, ꝙ ipse primus in omnes motus imperium habet, tanquam causatum a causa proficiscens. Et quia regula mensuraq; ipse est motuum reliquorum, propterea iure necessario primus existit. His adde, ꝙ motus in orbem pergens solus omnium summa æquabilitate conficitur. Nam quæ super recta mouentur, primum quiescentia illinc mouentur. Quum uero ad quietem finemq; suum propius accedunt, segniter lenteq; quodammodo mouentur. Sed quanto longius a fine recedunt, tanto celeriori motu festinant. Quare inæquabilisq; disparilisq; motus est, qui in rectum tendit. Motus uero, qui in orbem agitur, neque principium neque finis in circumactu consistit, sed extra circumactum in medio constituitur ac reponitur. Et propter hoc hunc motum principalem parilem æquabilemq; esse ratio postulat. Itemq; extruit comprobatq; lationem, quæ secundum locum efficitur, inter reliquos motus primum locum tenere, ut ex hoc rursum ipsius lationis species ea, quæ in orbem conficit cursum suum, prima motuum omnium esse demonstretur.

ESSE autem motuum primam lationem, quæ fit secundum locum, omnes testantur.

Scopus semper Philosopho propositus est, ut suam de re qualibet opinionem ad sententias antiquorum sapientum dirigat accommodetq;, quáquam ipsi alia oratione eundem sensum sequuti uidentur. siquidem quasi uel de industria uel per uim semper adprobat mentem suam authoritate ueterum philosophorum. Quicquid enim antiquitate præstat, illud religionem quasi quandam secum adfert. Ex qua ratione & opiniones plerunque, quæ sibi displicent, neque quæ in rem suam faciunt, ad usum tamen suum ipsas refutans ingeniose reuocat. Id autem ea gratia facit, non ut ipsis perperam latis assentiatur, sed ut per hasce quoque ueterum opiniones tanquam ex summa doctrinæ copia suam ipsius quoque sententiam rectissime constituat. Et de latione deinceps disserit, ipsam uidelicet motuum omnium primam existere. cui rei testimonium inquit adhibent, quicunque de motu uerba fecerunt. Ipsa nanque motus principia iis adscribunt, quæ mouent secundum locum. etenim congregationem atque disgregationem constituerunt. & amor quidem congregauit, lis autem ac dissidium disgregauit dirimitq;. Ex quo Empedocles ipse, qui de hisce disputat, lationem ante alios motus primam constituit concelebratq;: Et Anaxagoras mentem asserens fuisse, quæ primum mouendis homæomeriis cuncta discreuerit atque in ordinem redegerit, testis hoc loco est. Itemq; quicunque per uacuum

tanti & per inane hanc uniuersam naturam moueri tradunt, totis suffragiis lationem ipsam prosequuntur. Tanquam enim in loco motus ipse fit. nanque uacuum secundum illos locus est corpore priuatus atque destitutus. Iis igitur, quæ primo' mouent, ex omnibus motibus nullum alium quam lationem ipsam adscribunt atque condonant. Quæ uero' ex hisce rerum principiis constant, iis non solum lationem sed reliquos quoque motus contribuunt, hoc est corporibus naturalibus. Etenim corpora hæc naturalia alterantur, augentur, decrescunt, oriuntur, & occidunt. Concrescentibus nanque atomis corporibus atque diductis dicunt ii, qui Democritum & Leucippum sequuntur, reliquos motus fieri contingit. Sunt & quidam, qui raritudinem atque densitudinem generationem & corruptionem esse faciunt. & generantes quidem res ex rarescendo, ex concrescendo ipsas destruunt interimuntq;. sicut ex aqua generant aerem & ex aere corrupto aquam procreant. Rursum ex condensando concrescendoq; aliquarum rerum naturam generantes, ex rarescendo ipsas corrumpunt abolentq;, sicut in reliquis elementis euenit. Ii igitur omnes elementis reliquisque motibus communi consensu atque princpali consilio ipsam lationem attribuunt. nanque propius esse, densationem, longius atque rarius, raritudinem esse decernunt. Hisce quoque eos adiungas, qui motus causam animam constituunt. hi nanque huiusce modi motus causam animæ adiudicant adscribuntq;, quemadmodum & antea dixit. Nam quicquid se ipsum mouet αὐτοκίνητον, secundum hunc maxime' motum seipsum mouere dicitur.

ET PROPRIE quidem illud moueri dicimus.

Motus, qui secundum locum efficitur, magis corporalis existit, magisq; sub sensum cadit. atque hunc maxime' lationis φορᾶς nomine appellamus. Magisq; in rebus inanimatis & quæ aliunde motum habent, hoc nomen constituimus. unde est & aduerbium φοράδην latiue' siue lationaliter. Similiq; ratione oppositam sibi quietem, proprio uocabulo quietem uocamus. Siquid autem secundum hoc quietis genus quiescit, increscit autem uel decrescit uel alteratur, quasi motum ipsum quadantenus priuatum particularemq; inducimus. & quadam ex parte non omnino neque in totum moueri dicimus. Hinc colligit concluditq;, quæcunque de motu disputata fuerunt. Quemadmodum igitur inquit motus sit æternus, & quis author dux atque princeps huiusce sempiterni motus existat, ducem autem hunc principiumq; hoc mouens uniuersum effectiuũ uidelicet intelligit & non ipsius rei, iteq; qui motus primus omniũ habeatur, hoc est localis, atque huius rursum motus circularis, pariterq; quemadmodum primum mouens immobile esse contingat, expositum fuit. Nunc restat, ut hoc tale primum mouens immobile incorporeum atque indiuiduum esse demonstremus. Ponit autem primum de more suo sumptiones necessarias. quarum una est fieri non posse, ut uis finita tempore moueat infinito. Magis autem initium faciens loquitur sic, tres uidelicet res ad motum pertinere, id quod mouet, id quod mouetur, tempus in quo mouet quicquid mouet, & mouetur quicquid mouetur. Atque hæc ex diuisione hoc modo instituit. uel omnia infinita, uel omnia finita sunt, uel quædam infinita, quædam uero' finita uel conuerso modo, hoc quidem infinitum, duo uero' finita. Quod reliquum deinde est, hæc omnia membra examinat consideratq; diligenter.

SIT QVIDEM a. id, quod mouet.

Iam & per designationem quoque literarum ostendit ac docet id, quod ostendere, docereq; proposuerat. Sit enim inquit id quod mouet. a. sit quod mouetur. b. atque hæc duo finita sint. signum uero'. g. tempus infinitum existat. Ex ipso igitur mouente. a. extrahatur tanta uis, quæ sit. d. atque hæc moueat partem quandam ipsius mobilis. b. quæ sit. e. non tamen in uniuerso tempore infinito. g. propterea quo'd tota uis mouens quæ est. a. totum. b. in. g. uniuerso tempore infinito mouebat. Quare & uis ipsa. d. in sectione aliqua temporis mouebit. e. & sit ex infinito tempore. g. pars. g. z. in qua parte temporis ipsius mouentis pars aliquam rei mobilis partem mouit. Atque hoc modo tantundem partis æqualis ex ipso corpore mobili adiiciens ac rursum addens tantundem aliud, proculdubio tot adiectionibus absumam atque in nihilum redegero & omne quod mouet. & omne quod moue-

tur. utrunque enim finitum positum est. Ipsi uero. g. z. tempori aliud æquale tempus ad ponens & alii aliud & huic alterum atque hoc semper modo temporis aliquid adiungens tempus ipsum nunquam interimam neque consumam. nanque infinitum constitutum fuit. Et sic ostendit fieri nullo modo posse, ut uirtus quædam finita in tempore infinito magnitudinem aliquam moueat infinitam neque motu infinito. Atque nunc quidem si motus is, qui in orbem efficitur, infinitus atque sempiternus existit, ipsum quoque nunc utique finitum esse demonstratur. nanque uis finita non mouet motu infinito. In processu autem huiusce sublimis disputationis demonstrabit, quemadmodum & ipsum quoque mouens hoc motu non solum non finitum sed ne infinitum quidem existat tanquam impermeabile atque impertransibile ἀδιεξίτητον, sed omni parte atque omni prorsus magnitudine uacans ἀμερὲς καὶ ἀμέγεθες. Tale autem quicquid sit, num potentiam uirtutemq; habere possit infinitam, summa inquisitione digna res est. Sed nunc in magnitudine finita ostendit potentiam infinitam esse non posse. Præueniens autem huiuscemodi sumptionem constituit. Sit inquit amplior maiorq; uirtus, quæ identidem æqualeq; in minori tempore perficiat, quod alia uirtus atq; potentia pariter in maiori tempore perfecit.

NECESSE ergo est ab eo quod finitũ quidem est, potentiam tamen habet infinitam. & reliqua.

Sumptionem constituerat talem, ampliorem uidelicet maioremq; uirtutem magnitudinem minori potentiæ æqualem mouere, sed in minori tamen tempore mouere. Statim enim ignis maiori uirtute præstans subiectam materiam incendio opportunam inuadet atque corripiet, et in ipsam in minori tempore uires suas profundens totam comburet. id quod & tota quoque ignis potentia non ita excellens uiribus factitabit, sed in maiori tamen tempore incensionem factura erit. Hac re constituta aliquod quoque quod finitum sit, potentiam tamen habeat infinitam, moueatq;, ipse constituit. Et quoniam infinita potentia est, ipsum patiens ab ipso quidpiam patietur, & plus certe patietur quam ab alio, quod finitam potentiam habeat. in aliquo autem tempore patietur. Et si qua potentia maior quam alia potentia sit, in minori tempore ab huiuscemodi maiori potentia quidpiam perpessum est. Itemq; ab alia maiori potentia quam hæc sit, in minori adhuc tempore. & a maiore quam illa, rursum in minori tempore perpessum erit. Sed quoniam potentia uires infinitas habet, tempus nullum accipere est, in quo potentia illa infinita uel impulerit uel calefecerit: Atque huiusce rei ratio late patet, quoniam potentia ac uis infinita neque rationem neque conuenientiam cum tempore ullam gerit: Quod si non ita est, sit. a. in quo uis infinita uerbi gratia calefecit. & sit maius tempus quam. a. ipsum uidelicet. a. b. in quo tempore uis finita calefecit. Atque ad hanc uim potentiamq; finitam maiorem assumens aliam adiungo, & omnem potentiam maiorem præstantioremq; reddo, atque ex. a. b. tempore aliquid aufero. Idq; faciens semper ad illud usque tempus perueniam, quod. a. sola uis infinita habebat. Ratio est, quia ad finitam uim minorem aliquid addo semper, & demo de tempore finito. Ergo in æquali spatio temporis uis infinita finitaq; eandem magnitudinem mouebit, id quod esse nullo modo potest. Neque igitur conuersa uice in aliquo infinito finita uis existet. siquidem in sinapi maiorem inesse uim calfactoriam contingit quam in cenchro amplitudinis maioris. Sed si in sinapi maior uis inest, in maiori sinapi & maior inest. Sit ergo. a.b. infinitum, ipsius autem uis finita extet. finitum uero sit, finitamq; uim habeat. b.g. quæ uis quidem finita ipsum. d. in tempore. e. z. mouerit. Si uim in. b.g. existentem conduplicaueris, uis ipsa potentiaq; geminata in dimidio tempore ipsius. e. z. hoc est in. z. t. tempore ipsum. d. mobile mouebit. Tempus igitur absumetur in hunc modum, at ipsum. a. b. infinitum nullo modo pertranseo neque percurro. Dato autem concessoq; tempore minorem semper accipiam, atque uis quidem finita explebitur finieturq;, quod uero uim hanc habet existens infinitum ne in totum quidem percurri pertransiriq; poterit. Itaque & uis ipsius infinita est, propterea q omnem finitam uim exuperat exceditq;. & cuiuslibet uis potentiæq; finitæ tempus quoque semper finitum oportet esse: Nam si uis tanta ut puta per diem unum ponderis tantum mouit, maior uis in pauciori tempore quam sit unus dies, atque in tanto definito tempore mouebit. Atque hæc est conuersio proportionis utrinque resonans, ut quanto magis

potentia

potentia increscat & augeatur, tanto minus temporis ad motum intendum requiratur. Quũ uero uis uirtusq; infinita existit, tempus quoque aliquod quod ex conuersione ad ipsam conuenienter respondeat, inuenire nulla ratione possumus.

LICET ET hoc demonstrare hoc modo.

Aliter quoque hoc idem ostendit, in magnitudine uidelicet infinita potentiam finitam esse non posse. Potentiam enim infiniti sumamus inquit, quæ in magnitudine finita existat. potest autem quo'd finita potentia est, & in magnitudine quoque finita reperiri. Sit igitur magnitudine duntaxat eadem, hoc est uel ad incendendum uel ad quidpiam aliud idem peragendum. enimuero necessario iure huiuscemodi uis atque potentia finita, quæ in magnitudine finita inest, potentiam eam, quæ in magnitudine inest infinita, finitam permetietur. Sed potentia potentiam uelut finita finitam permetietur, atque illi potius adæquabitur. At finitum magnitudinem infinitam nunquam pertransibit, siue qua ratione ipsam permetietur? Quum igitur de hisce rebus quæstionem propositamq; disputationem absoluisset, aliud quid ad considerandum proponit. De his enim, quæ feruntur, dubitationem quandam dubitare pulcherrimum uidetur, hoc est de iis, quæ feruntur, suo mouente ipsa minime' consequente. Ea igitur inquit, quæ se ipsa mouent ommittenda sunt, propterea quo'd ea ex se ipsa interiori motu mouentur. Quid autem dicendum de iis est, quæ proiiciuntur, queq; ad aliquod spatium usque feruntur, quum interea ab eo, quod ipsa, mouit, amplius non contingantur?

QVO'D SI simul mouet atque aliud quid mouet is, qui mouit.

Quum de iis, quæ proiiciuntur, mouente non contingente quomodo ferantur, dubitasset, infert quoque talem orationem. Si quispiam inquit diceret eum qui mouit, & aliud quid mouere, quod ab ipso motum & aliud quid mouet & impellit. uel quod mouetur ut ipse ait, hoc est aerem. atque hoc modo huiuscemodi dubitatio defenditur. Et quod de rebus, quæ proiectu missu'ue cuiuspiam feruntur, dubitatum fuit, qua uidelicet ratione in multum spatii moueantur amplius eo non mouente, qui ipsa miserit, hoc itidem & in aere quoque forte' dubitabimus. quomodo scilicet & is aer moueatur, & in tantum moueatur, ut dum mouetur, aliam quoque rem mouendi uim ipse suscipiat. Qua ratione igitur & ipse mouetur in longum tractum, separato abiunctoq; neque amplius tangente eo, quod ipsum mouerit? Hæc nanque aer ipse uidelicet & res quæ missa uibrataq; est, & siquidpiam aliud ad mouendum uires præstabat, atque dum mouebatur, & ipsum mouebat, hæc inquam omnia primo mouente a' motu cessante atque quiescente ipsa quoque & moueri & a' motu quiescere prorsus debebant, ac non in multum spatii moueri, quando ipsum mouens a' motu desistit. Et si facit, sicut missus lapis aerem mouet, qui motus & ipse mouit. atque inter dubitandum solutionem quoque præpedit implicatq;. Inquit enim illud dicere magni interest, primum mouens & lapidem & aerem & aquam mouere facere, uel si quidpiam aliud est, quod suapte natura & moueat & moueatur. Atque quum adhuc imperfectam solutionem adtulisset, ea deinde uerba subiecit. Et quanquam hoc inquit est, primum scilicet mouens causam esse, cur lapis moueat aerem, qui a' primo mouente mouetur, uidemus inquit tamen non simul cessare lapidem, qui aerem mouet, & ab homine moueri desitum, sed si is, qui ipsum mouet, a' mouendo desistat, & ipsius quoque motum desistere, mouere uero' aerem nondum desistere. Atque huius ratio est, quia aer alii aeri adhærescens deinceps quoque adhuc mouetur uel & in hoc quoque inquit eadem ratio ualet. Atqui in eo, quod primo' mouet, ipsum mouens cessasse cuiuis forte' uidetur. sed non cessauit, neque a' motu adhuc quieuit, propterea quo'd uis ipsa lapidem mouens proiiciensq; in ipso insidet adhuc uigetq; atque ipsum quasi concomitatur. Pari latione lapis quoque ipse, qui mouetur mouet aerem. & moueri iam desitus apparet lapis, sed nondum moueri desiit. At ubi uis primo' mouentis infirmatur prorsusq; euanescit, tunc temporis & lapis & aer moueri desinunt. Nam quum solum fuerit lapis illud, quod mouetur, tunc quidē a' mouendo desistit, & ipse quoque moueri desinit, ideo q̃ primũ mouēs iam finem mouendi fecerit. Quare simul omnia desinunt.

IS IGITVR in contingentibus rebus.

Atque is inquit motus in contingentibus rebus inest, hoc est interdum moueri, interdum quiescere . qui motus ne continuus quidem existit. Qui enim motus is continuus esse potest, qui plura simul habet & quæ mouent & quæ mouētur. motus nanque continuus unus est & unius. & sub uno. Hic autem neque unus motus neque unius rei mobilis existit, sed & lapidis & aeris, neque sub uno, sed sub homine & sub lapide & sub aere. est & plerunque, quum & ipse aliud quidpiam mouet. Sed solum motus continuus esse uidetur secundum ipsius temporis seriem continuam, ideo ꝙ huiuscemodi quæ mouent & mouentur, uel deinceps priori posterius esse adsidereq; dicitur, uel res ipsæ contactu mouentur. Ea uero', quæ rursus mouent, aliud alii adhærent, tanquam unius eiusdemq; aeris aquæ ue portiones ac partes. Huiuscemodi autem motum ἀντιπερίστασιν circunstantiam uocant, ex eo ꝙ una pars alii implexa adhæret adsiditq; . atque motus talis ab una in alteram partem circunsistitur & circunuenitur, tam motus dum quidpiam mouet, quam motus dum quidpiam mouetur. Quocirca cuncta simul cessant & quæ mouent & quæ mouentur. De hoc itaque motu, qui in contingentibus rebus gentur, partim quiescendo, partim mouendo, non hoc loco quæstio instituitur. Sed quoniam motus circularis unus idemq; est atque sempiternus, neque statum quietem ue ullam sentit, idcirco de hoc disputatio præsens suscipitur. Et quis author quæ ue causa huiusce motus existat, qui & cuiusmodi sit, hoc loco a nobis inquiritur. Quia enim motum continuum oportet esse ipsumq; unum & eundem, hunc certe' motum unum & continuum alicuius magnitudinis motum esse necessarium est. Et est quidem uniuersi mundi motus, sicut consequente libro demonstrabit. & unius magnitudinis & non plurium magnitudinum est. & sub uno mouente & non sub pluribus efficitur. Atque infert quicquid mouetur, illud magnitudinem esse oprtere, iam supra demonstratum fuisse. Et ꝙ præterea quicquid magnitudine caret, non mouetur, & unius quidem magnitudinis unus atque continuus motus est & non plurium, & sub uno mouente & non sub pluribus mouentibus, ideo infert, nisi sub uno & unius corporis motus exstiterit, illum non unum neque continuum motum futurum, sed plures atque alium alii adhærentem & interpellatum. Mouens autem uel immobile persistet, uel & ipsum quoque mouebitur. Et si mouebitur, ipsum sequi & mutari simul & ab alio moueri simul oprtebit. Quare si sistetur, ad eam usque legem aliquando perueniet, ut ab immobili quodam moueatur.

HOC NANQVE mutari simul non est necesse.

Nanque illud, quod immobiliter mundum mouet, cum eo quod mouetur, mutari simul non est necesse. Sed habebit sempiternam mouendi potestatem, tanquam quod ipsarum mobilium rerum nihil existit. Hoc autem modo mouere dum ipsum mouens nihil patitur neque mouetur, absque ullo labore perficitur. labor nanque non ab agendo sed a patiendo prouenit. An non diceret quispiam re quapiam agenda operandaq; laboramus? dicendum, næ. Sed quia mouemur, ideo membra fatigamus atque laboramus, & non quatenus agimus uel operamur, sed quatenus quidpiam patimur, ideo ꝙ dum mouemur, mouemus. At immobiliter mouens non solum cum eo simul, quod mouetur, mutationem nullam subit, sed ne laboris quidpiam in mouendo suscipit. Quod autem hoc modo mouere absque ullo labore peragitur, propter hoc parilis quoque & æquabilis semper motus constat. Neque enim ipsum mouens mutatur, atque traducitur, uerbi gratia ex ui potentiaq;, quam in sempiternum mouendi habet, in impotentiam quandam atque socordiam. Neque ex hoc negotio, absque ullo enim negotio mundum mouet, traducitur in otium. laboriosum enim Deum appellare nec fas nec iura sinunt. Quia tamen plerunque & in plerisq; aliis huiuscemodi æquabilis motus inuenitur, uel solus inquit is est uel maxime'. Oportere autem ait & illud quoque, quod ab illo mouetur, nulli mutationi esse obnoxium & opportunum in motu suo peragendo, sed sempiternæ legis imperio uniformiter semper in orbem ire nulla unquam re præpeditum neque in motu suo à quopiam interpellatum. Sed

quoniam

quoniam ipsius orbis & media pars & ipse in circulum ambitus principia sunt, ubi author & conditor huiusce motus uniuersi constituendus sit num in medio an in ipso ambitu sphæræ, philosophatur atque perscrutatur. Et pronuntiat naturaliter cuiuslibet motus causam ibi maxime esse, ubi talis motus magis peragitur atque perficitur tanquam ipso mouente in propinquo loco habitante. In hisce autem inquit celerrima totius mundi conuersio efficitur, uel in medio uel in ambitu ipsius orbis. Et perspicue patet unum motum eum esse, qui sit totius circunferentiæ, quiq; simul geritur circa centrum. Celerrimus igitur est, & qui motus circa totum peragitur. ergo ibi mouens habitat atque consistit. Deinde rursum dubitationem resumit solutionemq;, quam superius attulit de iis, quæ proiiciuntur, num uidelicet motus continuus perduret in aerem, quum ab aliquo lapis proiicitur ac mouetur. an ideo continuus dicatur, ꝙ ex ordine deincepsq; initur atque peragitur. More enim impellentis rursum ac rursum uel aerem uel aquam impellit lapis, ac non secundum continuationem. Vel enim lapis impellat aerem necesse est, uel aer lapidem trahat oportet. uel utrunque etiam fieri opus est, & lapidem quidem impellere, & ab aere trahi lapidem. uel huic simile quidpiam fieri contingere in rebus his, quæ ab alio mouentur, & in ipso quod ab alio quodam mouetur. Quare si diuiduus aer uel aqua, ꝙ suapte natura facile diuiditur ac secatur, dum mouetur, lapidem mouet, uel ab ipso lapide mouetur, uel qui tanquam semper mouetur, hoc est uel elementorum quoque natura secabilis ad ea mouenda, quæ mouentur, quidquam confert, uel prodest ad hoc, ut ipsa per se se moueant ac moueantur absque ulla diuisione, utraque uia & hac & illa motus neque unus continuus esse potest, sed alius alii adpositus adhærensq;. Hæc autem omnia prosequitur & exponit eo consilio uidelicet, ut unum proprie continuumq; motum esse demonstret, quem immobile ipsum mouet. Quod quidem immobile uno eodemq; modo semper se habet & erga se & erga ipsum mundum, qui motu circunlabitur sempiterno. Hoc enim uniuersum, quod assidue & absque ulla intermissione mouetur, neque unquam a motu cohibebitur, neque unquam immutabitur. Quibus rebus ita disputatis atque definitis manifesto constat primum mouens idemq; immobile aliquam habere magnitudinem non posse. Nam si magnitudinem habet, ipsam uel finitam uel infinitam esse necesse est. Magnitudinem autem actu esse infinitam non contingere, in prioribus libris disputatum fuit. quos libros & naturales uocat, quasi hi proprie de motu sint. Quod si finitam magnitudinem illam esse diceremus, ut magnitudo finita potestatem habeat infinitam, esse nullo modo potest. & ab aliqua re finita in tempus infinitum quidpiam moueri non posse, nuper demonstratum fuit. At primum mouens æternumq; mouet regitq; motum hunc circularem in tempus sempiternum & infinitum. Ex hisce igitur intelligitur neque finitum ipsum esse neque infinitum. Indiuisibile ergo est & omni parte atque omni magnitudine carens. Iste igitur tollit ipsum infinitum esse ad finitum esse propter primas constitutiones, quæ ab ipso positæ fuerunt, & propter infiniti definitionem. Tu autem ipsum primum mouens omnis partis magnitudinisq; expers prorsus esse teneas, tanquan quod corpus nullum habeat. Atque ipsum rursum infinitum recte appelles, quippe quod a re nulla complectitur neque continetur. Quæ enim res est de iis, quas extruxit fabricauitq; author mundi Deus, quæ ipsum capiet atque continebit?



Naturalis ausculationis.

FINIS.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt Terni præter O qui est Duernus
De ✠ autem ipse uidete.

Venetiis apud Federicum Turrisanum.

M D LIIII.



